This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

646
.516
L55
R

gitized by Google

616-002;6

LIBER DE MORBO GALLICO, IN QVO DIuerſi celeberrimi in tali materia ſcribentes, medicine continẽtur auctores videlicet.

NICOLAVS LEONICEnus Vicentinus.

VLRICHVS DE HVTten Germanus.

PETRVS ANDREAS Mattheolo Senenſis.

LAVRENTIVS Phriſius.

IOANNIS ALMEnar Hiſpanus.

ANGELVS BOlogninus.

CHREMER VSQVE LICET. NVNQVAM DEFICIAM.



Venetijs. M D XXXV.

Digitized by Google

NICOLAI LEONICENI VICENTINI IN LIBRVM de Epidemia, quam Itali morbum Gallicum vocāt, ad Illuſtrem virum Ioānem Franciſcum Mirandulenſem Concordiæ comitem, præfatio.

HAbitam nuper Ferrariæ de morbo, quē Gallicum vocant, diſputationem, atq; a me poſtmodum mandatā literis, cui magis q̄ tibi Ioānes Franciſce Mirandulenſis dedicauerim qui cum ſuperioribus diebus Ferrariæ adeſſes, atq; ante diē ad eandem diſputationem conſtitutum, tibi ex cauſis vrgentibus eſſet diſcedendum, non parum dolere mihi viſus es, ꝙ eidem diſputationi non poſſes intereſſe, neq; diſſimulanter tuliſti gratiſſimam rē me tibi facturum, ſi quæ non potuiſſes præſens accipere, haberes abſens ex meis literis vel potius volumine ad id dedicato legendi facultatem. Et quoniam non te latebat magnæ contentionis diſputationes, a medicis atq; philoſophis pertractatas, nō veritatis inuentione, ſed iurgiis atq; clamoribus plerūq; terminari, illud inſuper a me expectare videbaris, vt non ſolum quænam inter diſputantes opinio tandem eſſet pro vera recepta tibi ſignificarem, ſed mei quoq; iudicii calculum inter ambigentes ſententias manifeſtarem. Quid plura? ego qui tibi propter tua eximia in me beneficia omnia debeo, pollicitus ſum facturum me quod optabas, arduum quidem opus ac pene temerarium, niſi ipſum excuſaret obſequium. Ecce igitur iam tibi fidē promiſſam exoluo, quāto tardius q̄ tu forte cupiebas, tāto maiore cū fœnore, nō ſolū enim eā quę ꝓcipue defendebāt Ferrarię opinionē, ſed q̄ſcūq; alibi plu-

Digitized by Google

rimũ vigere intellexi, conatus ſum ꝑ mei ingenii i-
becillitate cõfutare, meaq; poſtremo loco exẽplis,
rõnibus, ac nobiliſſimorũ medicorũ auctoritatibus
cõfirmare. Multa ꝑterea Aui. dicta, q̃ ad ꝓpoſitã cõ
tẽplationẽ ꝑtinebãt duximus in cõtrouerſiã. Quare
qui hæc lecturi ſunt eo boni cõſulãt, neq; me ꝓpea
impudẽtẽ aut inſolẽtẽ iudicent, q auſim magni nõis
authores inceſſere. Facimus hoc multorũ veterũ ac
ꝑcipue Ariſt. ſũmi philoſophi exẽplo, q tãti fecit ve
ritatẽ vt ꝓ ea aſſerẽda ſcripſerit ẽt cõtra ꝑceptorẽ,
neq; vero hãc apud te ꝑcamur veniã, q hoc meũ cir
ca antiquorũ ſcripta examinãda ſtudiũ adeo nõ i-
probas, vt in ea quã nuꝑ Ferrariæ habuimus de lr̃is
cõfabulatione, mirari te mihi dixeris, qđ in illo quẽ
ſuꝑiorībꝰ annis edidi de medicorũ erroribus libro.
Pliniũ tã leuiter ꝑſtrinxiſſem, ĩ cuius authoris libris
tu multo plures quã q a me fuer̃ notati errores aĩad
uertiſſes. Dicimꝰ iſta malignis atq; ĩpudẽtibꝰ quorũ
aliter ea ẽt q̃ tacite ꝓbãt, qa tñ ipſi nõ ſcripſerũt aut
inuenerũt, liuore ducti apte calũniãtur, aliter vero
more pecudũ alienis ſemꝑ veſtigiis ĩſiſtẽtium, nihil
ſuo, oĩa aliorũ iudicio tribuũt, & ſi cui ſe ſemel au-
thori addixere, eiꝰ authoritatẽ ſine rõne, rõnẽ eẽ ar
bitrãr. Vtcũq; tñ hi de nr̃is ſcriptis iudicauerit, q̃to
minorẽ apud ipſos gratiã ſumꝰ habituri, tãto maio-
rẽ apud ꝓbos ac doctos ſpamus cõſeq, apud te pſer
tiꝫ, q Ioãnis Pici pſui ꝑ oĩuꝫ gradꝰ virtutũ veſtigia
imitaris, qq; eã, q ĩ eius ĩtẽpeſtiua morte facta ẽ, lr̃a
rũ atq; oĩuꝫ bonarũ artiũ iacturã ita reſarcis, vt ad
te reſpiciẽtes Vergilianũ illud oẽs vno ore ꝓnũciẽt.
Vno auulſo non deficit alter.
Aureus & ſimili frondeſcit virga metallo.
Tibi itaq; & paucis cecinimꝰ, vobis placuiſſe cõtẽti
reliquorũ ãt vel ĩuidorũ vel ĩpitorũ iudicia cõtẽnẽtes.

Digitized by Google

DE EPIDEMIA QVAM ITALI MORBVM GALLICVM, GALLI VERO Neapolitanum vocant. Nicol. Leoniceni Vicentini Liber.

NOuos Italiæ aduenisſe morbos prioribus ſeculis ignoratos antiqua ætas credidit, ſiquidẽ Plinius vir eruditiſſimus non modo Italię, ſed vniuerſæ fere Europæ lichenas ante Claudii principatũ incognitos fuiſſe teſtatur vigeſimoſeſto de hiſtoria naturali libro. Ego vero de aliis Europæ partibus non plane habeo ſtatutum quid ſentiam. Illud pro certo affirmare auſim, multis antequam Claudius imperaret annis lichenas fuiſſe Græcis familiares, quãdo Hippocrates author Græcus vetuſtiſſimus cum multis aliis in locis, tũ præſertim in tertia particula Aphori. in morborum æſtiuorum mentione lichenum cõmeminit, vt mihi magis fiat veriſimile vexaſſe id malum etiam Italiam, quãuis forte longo temporum interuallo ante Claudiũ, ſed nondũ Romano imperio ad exteras nationes propagato atq; ideo minus a græcis medicis Roma frequentata defuiſſe eidem morbo nomenclatores, idcirco donec ſine nomine perſtitit, fuiſſe interim obſcuriorem, ſicuti poſtea Claudio imperante iam græcis artibus ac præcipue medicina vigente in ciuitate, lichenas atq; mentagrã vocitantes fecere illuſtriorem. Simile quoddam hoc noſtro æuo accidit, iam enim inſolitæ naturę morbus Italiã & multas alias

Digitized by Google

regiones inuaſit. Puſtulæ ſunt a partibus obſcœnis incipientes, mox totũ corpus, atq; ipſam præcipue faciem occupantes præter fœditatem magnũ inſuper cruciatũ plerũq; afferentes. Huic tamen morbo nondũ noſtri temporis medici verũ nomen ipoſuere, ſed vulgato nomine malũ Gallicum vocãt, quaſi eius cõtagio a Gallis in Italiã importato, aut eodẽ tempore & morbo ipſo & gallorũ armis Italia infeſtata. Nõ defuere quidẽ, qui eundẽ cũ illo putarint, quẽ priſci elephantiaſin nominarũt, ſicuti alii morbũ gallicũ eſſe antiqs lichenas alii aſaphati, alii prunã ſiue carbonẽ, alii ignẽ perſicũ ſiue ſacrũ exiſtimarunt. Quę quidem ambiguitas nominũ & de re ipſa quoq; diſſenſio multos ſuſpicari fecit nouã hãc eſſe luẽ nunq̃ a veteribus viſam atq; ideo a nullo medico vel Græco vel Arabe inter alia morborũ genera tactã. Ego ſicuti neq; illis aſſentior qvarias huic morbo indidere appellationes haud quaq̃ eius naturæ congruentes, ita vbi deſidero eadem natura præditos hoĩes ſub eodẽ cœlo natus, ſub eiſdem ſyderibus educatos, eiſdem etiã ſemper fuiſſe morbis obnoxios cogor exiſtimare, neq; mihi poteſt in captũ mentis peruenire natã hanc repente labem noſtram, ita infeciſſe ætatem, vt nullam ſuperiorem. Quod ſi quis aliter q̃ ego ſentiat, quid tandem hoc eſſe dixerit, aut quam deorũ vindictã: nam ſi cauſę naturales inſpiciãtur millies poſt mũdi initia æedẽ extitere. Quare ſimilẽ morbum ex cauſis ſimilibus etiã ſuperioribus ætatibus contigiſſe parati ſumus oſtendere, vbi prius illorum opiniones, qui morbũ Gallicũ fuiſſe a priſcis elephantiaſin nominatũ ſiue quid aliud a noſtra opinione diuerſum credidere, cõfutauerimus. Sed anteq̃ diſputationẽ ipſam aggrediamur, illud in primis admonẽdũ eſt, aliud mor

Digitized by Google

bi genus ſignificari verbo elephãtiaſis in libris Ara bum, aliud in libris Græcorũ. Raſis ſiquidem atq; Auicẽna elephantiaſin pro morbo accipiũt in quo pedes & crura ſupra modũ intumeſcũt. Galenus ac Paulus omneſq; Græci authores ĩ eodẽ verbo mor bum intelligũt, quem Aui. & medici iuniores leprã appellãt. De primo verbi elephãtiaſis apud Arabes ſignificato neminem ambigere arbitror, de ſecũdo apud græcos vſitato lõgius eſt a nobis differendũ, nã ſi oſtenſum fuerit nihil aliud eſſe Græcis elephã tiaſin, quã morbũ illũ quem vulgato nomine leprã vocamus, tunc id quoq; probatũ erit morbũ gallicũ nõ eſſe elephãtiaſin, quãdo & qui cõtrariũ ſentiũt, morbũ gallicũ plurimũ a lepra diſtare cõcedunt. Vt igitur ad rem ipſam propius accedamus, elephãtia ſin apud Græcos eſſe apud Arabes & iuniores Me dicos leprã ita demonſtratur, elephãtiaſis authore Paulo æginita eſt cãcer totũ occupãs corpus vnde idem Paulus inquit. Si cancer vnũ tãtum morbum infeſtãs, tamen ſecundũ ſententiã Hippocratis inſa nabilis eſt, quãto maius elephas, qui cãcer quidem eſt vniuerſalis, omnem curationem ſupabit? Eãdẽ ſententiam ſcribit lib. iiii. Auic. his verbis. Et quum cãcer, qui eſt lepra mẽbri vnius, ſit de illis quibus non eſt ſanatio, quid dicemus de lepra q̃ eſt cãcer totius corporis? Idẽ dixerat Auic. circa initia eius capitis in quo agit de lepra q̃ vz lepra eſt ſicuti cãcer cõis toti corpori. Sed & eorũdẽ humorũ vitio generari elephãtioſin Pau. cenſet & Auic. leprã, & quẽadmo dũ Paulus minus malã elephãtiaſis ſpeciem ſtatuit quæ ex quadã veluti fece ſanguinis ſup aſſata ortũ habet, alterã quæ flaua bile æque retorrida fit, de teriorẽ, ſic & de duabus lepræ ſpeciebus, quarũ al tera itidem ex fece ſanguinis, altera ex flaua bile in

Digitized by Google

atrā ꝓpter aſſationē ꝯuerſa generat, Aui. decernit. Neq; vero aliā Paulus elephātiaſi, aliā lepræ Aui. adhibet curationē. Neq; ēt Gal. ſcribēs de elephantiaſi. ii. li. artis curatiuę ad Glauconē, minus q̄ Paulus cū Aui. ſcribēte de lepra cōcordat: imo vero oia illa Auic. verba, qđ lepra multiplicat in Alexādria propter caliditatē aeris & malitiā cibi & eius eſſentiā ex gener piſciū & carne ſalita & carne groſſa & carnibꝰ aſinorū & lētibus (liceat. n. mihi ipſius Aui. verba q̄uis barbare ſcripta, maioris tñ fidei gratia referre) oia inquā hęc Aui. verba ſunt ex Ga. de elephātiaſi, eo quo nup diximꝰ libro loquēte, trāſlata. Quid qđ niſi Gal. p elephantiaſin, morbū quē diximus itellexerit illud ſequet abſurdū. Galenū medicorū facile principē, q tot de medicina volumia tā acurate tā copioſe cōſcripſit, nullā de eo morbo q reliquos oēs magnitudine ſupat, quē nos vulgo leprā appellamus, in ſuis libris feciſſe mētionē, Galeni aūt libros itelligo, quos idē author in ꝑpria lingua ſcriptos reliqt, nā in his quos vel ex Græca vel arabica lingua trāſlatos habemus, plurima ē in hoc verbo lepra, ambiguitas, qm̄ aliqn̄ tranſlator, vbi elephātiaſin i græco Galeni codice ſcriptū iuenit, leprā ē interpretatus, vbi vero leprā, nihil imutauit ſed eodē vſus ē verbo, quū tñ apud græcos authores alius morbus ſit lepra, alius elephātiaſis. Lepra enim (vt inqt Gale. in libro de tumoribus cōtra naturā). Paſſio ſolius cutis eſt, qđ de elephātiaſi dici nō pōt, quū i eo morbo, q elephātiaſis a Græcis nominat, nō mō cutis, ſed carnes ēt atq; oſſa, vt Celſus quoq; teſtat pleruq; vitient. Quod ſi qs ptinaciter tueri velit eūdē eē morbū, quē græci leprā atq; arabes itidē nominēt, videat qd ipſum cōcedere oporteat, hoc. ſ. eſum viperarū quo nullū eē pſtātius re

mediũ aduerſus leprã medici oẽs vno ore ꝯſentiũt,
quodq; īter nobilia medicamenta cõtra leprã Aui.
numerat, nõ mõ nõ ſanare id malũ, ſed inſup gene-
rare, Gale. n. li. xi. de ſimplici medicina, duorũ me-
minit elephãtiaſi morbo laborãtiũ, q ex vſu carniũ
viperinarũ in leprã inciderũt, q̃re neceſſariũ eſt di-
cere aliũ eſſe morbũ q a Gale. & cæteris græcis le-
pra vocet, aliũ q ab Aui. ac medicis iunioribꝰ eodẽ
noĩe nũcupetur. Quid lepra nomen ſignificet apud
Arabes & medicos iuniores q Arabũ doctrinã ma-
gna ex pte ſequũtur nemo niſi hebes, atq; oĩno ob-
tuſus ignorat, quid vero apud græcos ſiue latinos
veteres, græcos imitãtes, multi etiã neſciunt erudi-
ti, vnde data eſt errori occaſio, vt diuerſarum lin-
guarũ ſignificata diſtinguere neſcientes, vel elephã
tiaſin nõ eſſe leprã de quo ſcribit Auic. vel non ſim
pliciter lepram, ſed quandam lepræ ſpeciem exiſti
mauerint. Nos vero elephantiaſin idem eſſe quod
lepra, de qua agit Auic. atq; ab altero morbo diuer
ſam quem Gale. leprã nominat exiſtimamus, idq;
videmur multis ratiõibus ex ipſius morbi ſumptis
eſſentia demonſtraſſe. Age vero etiam ex vi nomi-
num quibus idem morbus nuncupatur argumente-
mur, neq; enim tantum elephantiaſis, ſed preterea
ſatyriaſis apud græcos nominatur, licet verbũ ſa-
tyriaſis pro priapiſmo quandoq; apud eoſdẽ græ-
cos accipiatur. Nomen autem elephantiaſis tra-
ctum eſt a ſimilitudine elephantis, quoniam (vt in-
quit Galenus ſexto de cauſis accidentium) qui hoc
morbo laborant carnem habent nigram & tuberi-
bus plenam, qualis eſt cutis elephantum. Non-
nulli elephantiaſin ob morbi magnitudinem qui
nulli fere remedio ſuccumbit dictam exiſtimant.
Quidam ob id quod ſicut Elephas præ cæteris

Digitized by Google

animalibus diutiſſime viuit, ita hic humor longiſſimus eſt, quæ quidem omnes proprietates nulli alii morbo magis cõueniunt q̃ illi quẽ nos vulgo leprã nominamus. Sed & ſatyriaſis idẽ morbus a Græcis vocatur, quoniã eo affecti faciẽ ſimilẽ ſatyris habẽt naſum ſimiũ craſſa labra, aures leuigatas, vt ſcribit Galenus libro ſecũdo de cauſis morborũ ac ꝑterea alio libro qui de tumoribus cõtra naturã inſcribit, quo etiã in loco, aſpectu horribiles & male olẽtes, ſatyriaſin patientes oſtẽdit, q̃ omnes notæ morbũ illũ quẽ lepram vulgo dicimus, minimo minus ante oculos ponũt. Quãquã vero efficacibus rationibꝰ, tũ ex morbi eſſentia atq; appellatione, tum etiã ex ſenſu ſumptis ꝓbauerimus, nihil aliud eſſe elephantiaſin apud Græcos, q̃ morbũ quẽ Arabes nominãt leprã, ſiue quid aliud qđ ipſis leprã ſignificet, idem tamen Arabes vt antea admonuimus, per elephantiaſin nõ eũdem quẽ græci morbũ, ſed crurũ potius ac pedũ tumorẽ imodicum intelligunt, quod facile eſt ipſis permittendũ, quãdoquidẽ vt ſæpe Gal. ꝑcipit, nõ eſt de nominibus a medicis litigãdũ, niſi idẽ authores, nõ ſolũ nomina, ſed res ipſas quoq; cõfunderẽt, quũ videatur Auic. libro. iii. vbi agit de Elephãtiaſi ſumpta pro tumore pedũ, nõnulla dicere, quę etiã Galenus de elephãtiaſi, in eo accepta quo Græci capiũt ſignificatu, libro ſiquidẽ qui de nigra colera apud Latinos inſcribitur, Galenus inq̃t ex eodẽ fieri humore elephãtiaſin atq; varices, qui q̃dẽ humor primũ rudibus apparet, deinde nigreſcit. Idẽ de ſua elephãtiaſi refert Auicẽna, & ſicuti Galenus ac Paulus elephãtiaſin ad rubidũ colorẽ declinantẽ minus malã arbitrãtur, ita Auicẽna ſubrubrã elephantiaſin, nigra cenſet eſſe incolumiorem, & quia Dioſcorides ſcribit cedreã, hoc eſt gũmi illud

ex cedro arbore fluens, quod Arabes vocant alchi
tram, licet Simon Genuenſis id verbũ arabicũ picẽ
liquidã latine interpretatur, quia inquã Dioſcori/
des author eſt cedreã iuuare elephãtiacos, ſi ligẽt
aut inũgatur, poſtmodũ Auicẽna de eodẽ remedio
contra elephãtiaſin, hoc eſt tumorẽ (ſic enim ipſe id
verbũ accipit) crurũ vel pedũ, ita ſcribit, dicitur qđ
alchitran confert inunctũ & linitũ. Raſis quoq; q̃
elephantiaſin, in eodẽ quo Auicẽna accipit ſignifi/
catu, nã & in Almãſore & in diuiſionibus, ſeorſum
de lepra, & ſeparatim de elephãtiaſi, tãquã de mor
bis differentibus tractat, idem tamen author libro
duodecimo Cõtinentis, in quo agit de crurũ vitiis
quibus annumerat Elephãtem, de vitio elephantis
plurima ſcribit, quæ etiam Gale. variis in locis de
elephãtiaſi, imo vero Raſis ipſe Galenũ allegat li/
bro de colera nigra ita ſcribentem. Vitiũ eliphan/
tis & varices fiunt ex humore nigro, quod niſi fue/
rit cũ eis caliditas, nõ erunt intenſę malitiæ, ex ve/
hementi quoq; declinatione ad coleram nigrã pu/
ram, fit vitiũ elephãtis. Similẽ fere ſententiã, vt añ
ex parte notauimus, ſcripſit Auic. lib. iii. capite il/
lo, quo vna de elephãtiaſi ac de varicibus agit qui
quidẽ Auic. partim Galenũ partim Raſim in eodẽ
capite videtur imitatus. Multa aũt remedia q̃ Grę
ci tradunt contra elephantiaſin pro lepra ſumptã,
ſcribit Raſis libro, quem diximus cõtra vitium ele/
phantis, vbi de pedũ aut crurũ vitiis tantũ dixerit,
veluti ex Galeni authoritate plãtaginem, quã etiã
Celſus ad elephãtiaſin præcipue cõmẽdat. Ex Dio
ſcoridis itidem authoritate, ad vitium elephantis
laudat Raſis fel hircinũ atq; mentaſtrum. Longum
eſſet, ſi multa alia vellem enarrare, quæ græci atq;
arabes, quãuis de morbi eſſentia differentes, de ele/

Digitized by Google

phantiaſi tamen ſimiliter tradiderunt. Quod ſi qs forte tam Aui. q̃ etiam Raſim ea ratione tueatur, quod crurum pedũue tumore, quẽ elephãtiaſin no/minarunt, nõ lepram ſed tãtum lepræ principium iudicauerint, atq; ideo diuerſis nominibus, alio.ſ. lepram, alio lepræ principium nũcupare voluerint, vt morbi tamen ſua tempora diuiſionem nõ impro bamus, ita illos, duas eiuſdem morbi partes, nõ de/buiſſe diuerſas facere ſpecies, vel etiam genera om/nino contendimus, quod maxime videtur feciſſe Auic. qui de elephãtiaſi lib. iii. de lepra vero egit in quarto, tãto ſcilicet interuallo, vt videat̃ elephan/tiaſin, diſtinctũ oĩno genus a lepra putauiſſe, quum preſertim idẽ Auic. elephãtiaſin, nõ vti Gale. inter figuræ morbos, ſed quãtitatis potius, libro primo collocauerit. Et hæc quidẽ de prima opinione lon/gius forte q̃ decuit, qa tñ ẽ in ipſa p̃cipue Ferrariæ diſputatũ nos hoc in loco abũdãtius diſſeruimus.

IAm ad alterã opinionem, quæ morbũ gallicũ eſſe lichenas aſſerit, confutandum veniamus. Hanc opinionem eſſe falſam ita colligitur. Li/chen eſt morbus ille, qui Latine dicitur impetigo, vulgo autem volatica. Morbus Gallicus nõ eſt im/petigo ſiue volatica, Igitur morbus Gallicus nõ eſt Lichen. Quod morbus gallicus non ſit impetigo, ſiue volatica, quæ fuit noſtri ſyllogiſmi minor pro/poſitio, tam imperiti q̃ etiam periti ipſo ſenſu mõ/ſtrante nouerunt. Quare id ſolũ oſtendere oportet quod malũ Græci Lichena vocãt, nos latino voca bulo impetiginẽ nominare, & quod docti impetigi nem, vulgus volaticã nuncupare. Qui vero poſſu/mus melius iſta p̃bare q̃ Caſſii felicis auctoritate: cuius auctoris hæc ſunt, q̃ a Simone Genuenſi alle/gantur verba, Impetigo, Græci lichenas dicũt, La/

Digitized by Google

tini zemas, naſcuntur ex melãcholico humore, rotundo ſchemate, in ſuperficie cutis, cũ ingenti pruritu, quis non videat his verbis morbum, quẽ vulgato nomine volaticam vocitamus deſignari? Plures quoq; medici iuniores, in quorũ numero Nicolaus eſt, atq; etiam Gentilis, ſiue quicũq; is eſt, cuius expoſitiones in Fen. ſeptimam libri quarti Auicẽnæ habentur impreſſe, ſentire videntur impetiginem eſſe volaticam, & allegant alios idem ſentientes, quãuis videatur Raſis, vigeſimoquinto Continentis, putauiſſe impetiginem eſſe tineã ſiccam, de qua opinione poſtea dicetur. Eundem vero morbũ eſſe apud Latinos impetiginẽ, qui ſit lichen apud Græcos, præter Caſſii felicis authoritatẽ, etiã ratione probatur. Quæ enim remedia Galenus, & Paulus, omneſq; Græci auctores contra lichenas notauere, eadem fere contra impetiginem a Quinto Serenio, Raſi, atq; Auicenna ſcribũtur, neq; hi Arabes auctores aliter generari impetiginem, quam Græci lichenas, docuerũt. Sunt autem lichenes & lepra (ſi lepram eo modo quo ante a Græcis capi docuimus intelligamus) ſolius cutis paſſiones. Peior tamen eſt lepra, quam lichenes, nã (vt Paulus & Galenus teſtantur) lichenes ſi diu perſeuerauerint, tandem in lepram conuertuntur, maior enim eſt cutis fœditas & deſquamatio in lepra, q̃ in lichenibus. Tantam tamen habent lichenes & lepra naturæ cognationem, vt credere poſſim hos duos mo bos apud diuerſos auctores, inuicem nomina mutuari, nã quæ de impetigine ſcribit Celſus, ea potius lepræ cõueniũt. Videtur enim idem Celſus, ſicuti lepram impetiginem, ita lichenas papulas latine nominaſſe, quod ex q̃plurimis, quę alii de lichenibus ipſe de papulis retulit, colligere poſſumus. Quem.

admodum enim a Caſſio felice ſcribitur, lichenas naſci rotundo ſchemate.i. figura, in ſuperficie cu-tis, cũ ingenti prurita & aſperitate, atq; vbi id ma-lum ſerpere cœperit, ſerpiginem dici, ita & Celſus ait, alterũ papularũ genus, per minimas puſtulas, cuti exaſperare, rodere, & eandem ſerpere, atq; vti id vitium rotundum incipit, ita in orbem procede-re, & quod Græci dicunt, ex lichenibus diuturnis fieri leprã, Celſus de quadã ſpecie papularum idem pronunciat, quod niſi cito auferatur, in impetiginẽ vertitur & ſicuti Græci, quoſdã lichenas, agrios, id eſt feros nominãt, eodem modo Celſus, alterã pa-pularũ ſpeciem, agriã, id eſt ferã, ab eiſdem Græcis appellari teſtatur. Deniq; quod leui papulę Celſus remediũ præcipit, vt ſcilicet ieiuna ſaliua quotidie defricetur, idem Græci adhibent lichenibus puero rum, qui quidem curationis modus argumento eſſe poteſt, lichenas eſſe morbũ, quem vulgo volaticam nominamus, aduerſus quam noſtro quoq; tempore mulierculæ circa puerorũ mala ſananda præcipue ſollicitæ nullã magis præſentaneã nouere medici-nã, quã ieiunã ſaliuã. Sed & eodem Celſo authore maior papula murali herba cõmodiſſime tollitur, quã quidem herbã Græci, vt Celſus quoq; lib.iii. teſtatur, parthenicen & perditiũ nominant, Latini vero quia in parietibus naſcitur alio nomine parie tariã appellant, vulgus ob eũ quem in vaſis vitreis abſtergendis exhibet vſum vitriolũ, vt minus mirã dum ſit, hãc ipſam herbã lichenas ſuaui abſterſoria ſanare. Eſt tamen & altera herba, ipſa quoq; in mu ris, ſed maxime ſaxis humectis prouenienſ, a ſimili vi effectuq;, lichen a Græcis nominata, quã noſtri temporis medici, neſcio qua ducti ratione vel vſu, hepaticã vocitarunt, neq; enim vſquã apud cele-

Digitized by Google

brem authorem vel Græcũ vel Arabem legitur, li/chenem herbã hepati vtilem eſſe, vnde prę cæteris hepatica dici meruerit. Quod vero Pandectarius ſcripſit ex Serapionis atq; Galeni (vt videtur) au/thoritate, valere hãc herbã cõtra ſplenis atq; hepa/tis obſtructiones, & cõtra omnem hepatis ægritu/dinem, hi quidem lichenis effectus, neq; a Galeno, neq; a Serapione vſquã ſcripti leguntur, ſi vero Pã/dectarius illos ex ſua protulit opinione, minus illi hac in parte credendũ, quoniã hãc ipſaȝ herbã, quã Græci lichena vocãt, tãta nominũ cõfuſione obſcu/rauit, vt q̃ tãdem herba ſit, neq; alii ex verbis eius ſcire liquido poſſint, neq; ipſe ſciuiſſe videaꝛ, cum enim de lichena ſiue lichene egiſſet in litera, a, vbi eã arabice ainec, Latine muſcũ vel vſne vocari do/cet, poſtmodũ in ſequenti fere capite, agens de ea/dem herba lichene, licet videaꝛ nõ animaduertere, eã Arabice azemalſaret inq̄t appellari, Latine ve/ro hepaticã. Eãdem vero eſſe hãc ipſam hepaticã, cũ ea quã Græci lichena nominãt, indicãt illæ, quę Azemalſaret ſiue (vt Pãdectarius interpretatur) hæpatice, a Serapione ex Galeni ac Dioſcoridis auctoritate tribuunꝛ, ſunt enim quas iidẽ auctores in ſuis de ſimplici medicina libris licheni herbę ſub ſcripſere. Neq; vero cõtentus Pandectarius ex vna herba feciſſe duas, poſtmodũ in litera, l, eãdem her bã ter geminauit. De lichene ſiqdem, ſub ꝓprio vo/cabulo egit, & limũ terræ latine vocauit. Iudicent ergo legentes, quãta ſit homini fides habenda, qui herbã eãdem, modo muſcũ, modo hepaticã, modo limũ terræ latine nominat, non ſolũ varia nomina, ſed res quoq;, quæ tamen vna erat, diuerſas opina/tus. Quod ſi qs lichenem herbam, ꝓdeſſe hepati ea ratione ꝯtendat, quoniã de ipſa ſcribit Serapio ex

Digitized by Google

Dioſcoridis auctoritate, qđ ictericis ꝓfert, morbus aũt q icterus noĩat, plurimũ hepatis vitio oriať, is ẽt Dioſcoride docẽte diſcat nõ intra ſumptã ad vitiũ ipſum tollẽdũ, ſed extra adhibitã potius, ad colorẽ ſcilicet naturalẽ ictericis reſtituẽdũ, herbã lichenẽ a medicis pitioribus cõmẽdari, qđ verba ipſa Dioſcoridis apte demõſtrãt, neq; enĩ cũ melle cõfectã atq; comeſtã, vt verba Serapionis male Dioſcoridẽ interpraetãtis videnť innuere, ſed cũ melle illinitã potiꝰ lichenẽ iuuare ictericos idẽ Dioſcorides ſcribit. Nõ eſt aũt a rõne alienũ hanc ipſam herbã q̃ (vt inqt Gale.) plurimũ valet abſtergẽdo, ſicuti lichenas, ita alterã cutis in ictericis fœditatẽ delere. Sed poſtq̃ de vera hepatica hoc in loco diſputať, ſimilis error Gẽtilis medici nr̃a quoq; ætate celeberrimi, haud quaq̃ ẽ diſſimulãdus, q hãc iuuandi hepat ꝓrogatiuã cuidã herbæ i littoribꝰ maris naſcentis, quã alii ſoldanã alii p diminutionẽ ſoldanellã nominat, in quodã cõſilio tribuit, in quo ẽt herbam, a pluribꝰ ſoldanã vocatã, ſcribit cachilem ab Arabis noiari, de qua itidẽ cachile refert Serapio, ex Iſaac Ebenarã auctoritate, qđ debilitati hepatis cõfert. Sed qđ tãti viri pace dicere liceat, fallit ſua opinione Gẽtilis, neq;.n. herba, vulgo ſoldana ſeu ſoldanella, vocata eſt apud Arabes cachile, ſiqdem herba cachile folio naſturtii vel vſne deſcribiť a Serapione. Neutra aũt ſimilitudo ſoldanæ cõuenit, quã ſcimus hr̃e folia hederæ foliis fere ſimilia, q̃ quãtũ a naſturtio atq; vſne diſcrepent, iudicent illi, q haſce herbas aliquãdo oculis ſunt cõtemplati. Naſturtium quidem, quũ ſit herba hortenſis, vulgo agriti nominata, puto omnibus notam. Vſne aũt (vt inqt Serapio) eſt herba cali. Simõ vero de cali ita ſcribit. Cali eſt plãta in littoribꝰ maris naſcens, ſimilis

vermiculari

Digitized by Google

vermiculari pinguis & ſalſa. Ego hāc puto a gręcis
lephrion nominari licet Author Pandectarū, anti-
phyllon pro telephio corrupte ſcripſerit, quo etiā
ductus errore, vſne facit anthyllidis ſpeciem, quū
tamen anthyllis alia herba ſit a telephio vel vſne.
Si qua vero herba ſit (vt ad propoſitum noſtrum
reuertamur) quę ob excellentē iuuandi hepar pro-
prietatem nomine hepatica debeat inſigniri, illa
profecto eſt eupatoriū, quæ etiā inde apud gręcos
videtur nominata quod bona ſit epati, quanq̄ Pli-
nius ab Eupatore potius inuētore dictā exiſtimat.
De hac enim ſcribit Galenus libro. vi. de ſimplici
medicina, q̄d hepatis obſtructiones expurgat atq;
inſuper hepar ipſum corroborat. In libro enim qui
de antidotis inſcribitur idē Galenus ita de eadem
herba ait. Affectum hepar ſępius herba eupatoriū
efficaciter iuuit, ſicuti mirabolanus lienē. Saxifra-
ga autem atq; Betoni carenes. Non tamen quod &
alibi monuimus, ad hunc effectum ſumēda eſt her-
ba illa vulgaris, paſſim in foſſatis naſcens, quę ma-
gno noſtræ ætatis errore, pro vera eupatorio re-
cipitur, neq; enim illi hæ notæ conueniunt, quibus
nobis veram eupatorium Dioſcorides deſignauit.
Quod ſi quis forte a me exigat vt quęnam ſit vera
eupatorium, aperiam, quod in priore libro de Pli-
nii ac medicorū erroribus inſcripto diſtuli manife-
ſtare, dicam tantūdem quid ſentiam, ſi prius illud,
quod in eodem libello etiā antea oſtendi declara-
uero, ſemper fuiſſe aliquos in veris medicinarum
nominibus, etiā prioris ſæculi errores, qui vſq; ad
noſtra tēpora ſunt propagati, nā quia plures ſupio-
re quoq; ætate imperiti, colore decepti, metallum
id q̄d peritiores cinabarim nominarūt, eſſe draco-
nis ſanguinē crediderūt atq; ideo nō cinabarū, ſed

Digitized by Google

potius draconis ſanguinẽ, idẽ metallũ nũcuparunt, nos quoq; priſcã ſeruãtes cõſuetudinẽ ita vocamus idẽ in herba eupatorio cõtingit hãc enim multi veteres, quos Dioſcorides notat, putarũt eſſe verã argemoniũ, quũ tamẽ hæc ſit ab eupatorio diuerſa, qui error ad nos etiã ꝑmanauit, herba enim quę eſt vera eupatoriũ, a pluribus creditur eẽ argemoniũ, atq; iõ corrupto vocabulo paſſim Agrimonia nominatur. Quã quidẽ rẽ miror a multis nõ fuiſſe animaduerſam, quũ (vt alio ſcripſimus loco) herba eupatoriũ paſſim naſcatur, ſic vero a Dioſcoride, & Plinio Dioſcoridẽ imitãte, deſcribitur vt pene ſub aſpectũ poni videaṫ. Hæc eſt Dioſcoridis in eadẽ herba deſcriptio. Eupatoriũ herba ẽ fructicoſa, virgã vnã attollens rectã, lignoſam, tenuẽ, nigrã, hirſutã, cubitalẽ, vel etiã maiorẽ, folia per interualla diuiſa in quinq; maxime ꝑtes vel plures, ſimilia foliis pẽtaphilli vel cãnabis potius, & ipſa quoq; ſub nigra ſerratim ĩciſa ꝑ ambitũ. Semẽ vero medio cauli adnaſciṫ ſubhirſutũ, vergẽs ad ĩferiora, ita vt exiccatũ veſtibus adhereſcat, in qua quidẽ deſcriptiõe ea herba pingiṫ, quã aliq ab illa adhereſcẽdi natura quã fructui tribuit Dioſcorides, lappulã nomiarũt, nos vulgo agrimoniã vocitamus. Sed & alia quę in Eupatorio deſcribũtur, caulis. ſ. lignoſus, nigricãs, hirſutus, cubitalis aliquãdo altitudinis, folia ſimilia canabi vel pentaphyllo, ita herbæ vulgo vocatæ agrimõia quadrãt, vt hãc eẽ verã Eupatoriũ nemo niſi ab ortu naturę cęcus nõ agnoſcat, vnde etiã duplex ſęculi noſtri error deprehẽditur. Alter qđ herbã a veteribus eupatoriũ nomiatã, ꝑ vera agrimonio recipimus. Alter qđ pro eupatorio, herbã vulgarem, de qua nulla ſit a priſcis authoribus mẽtio, nulla niſi vel ratione vel authoritate, ad vſum me-

Digitized by Google

dicinæ frequẽter adhibemus. Sed hęc quidẽ quãuis forte a noſtro propoſito, qui morbum gallicum potius q̃ herba intẽdimus explanare, longe aliena: iuuandæ tamẽ mortalitatis gratia, quæ hactenus in veris remediis dignoſcẽdis hallucinãtur, obiter ſint exarata. Iam ad propoſitum reuertamur, quo probare intẽdebamus, qđ malũ greci lichenas dicunt, a Celſo papulas nominari, ſicuti quod iidem græci lepra dicũt, a Celſo etiã impetiginem nuncupari, hoc enim poſſit vel ex ipſorũ morborum definitionibus demõſtrari, nã lichen, in libro qui ori iatrici ideſt definitiões medicinales inſcribitur, definitur, ſiue liber ille Gale fuerit, vt titulus præ ſe fert, ſiue alterius nõ multum a Galeni placitis diſſentientis. Lichen eſt aſperitas cutis cũ magno pruritu. Lepra vero hoc pacto. Lepra eſt tranſmutatio cutis ad contrariũ naturæ habitum cum aſperitate dolore atq; pruritu & ſquamarũ reſolutione, & quandoq; vnam quãdoq; plures corporis partes depaſcitur. Celſus quoq; tam in papulis q̃ etiam in impetigine cutim exaſperari innuit. Impetigini vero hoc proprium tribuit ꝙ in ea ſquamulæ reſoluũtur, & hoc qdẽ fieri in qualibet impetigine ſicuti etiã omnem eius ſpeciẽ oriri in pedibus & manibus, atq; vngues quoq; infeſtare idẽ Celſus teſtificatur, quod poſtremum dictũ vel ipſum probare queat, nihil aliud ſignificare impetiginẽ apud Celſum, quã leprã, quũ nõ ſolũ gręci authores: ſed Plini⁹ quoq; author Romanus vngues leproſos ſępiſſime noiat Aui. & ipſe ĩpetiginẽ ita diuidẽt, qđ alia ſi nõ excorticata, alia excorticata ꝑ impetiginẽ nõ excorticatã, papulas apud Celſum, lichenas vero apud grecos videt ſignificare ſicuti ꝑ ĩpetiginẽ excorticatã, id qđ Celſus vocat ſimplr̃ ĩpetiginẽ gręci vero leprã. Sũt aũt hęc

Digitized by Google

Auicēnæ de impetigine excorticata verba. Et de impetigine, eſt excorticata, propter vehementiam ſiccitatis, & multitudinē profunditatis & eſt ſicuti albaras nigra, & ſicuti cortices. Eſt autē hic dubitatione dignū cur Auic. hoc in loco impetiginē excorticatā dixerit eſſe ſicuti albaras nigrā: qui tamē in alio capite ſuperiore, albaras nigrā ita definierat. Albaras nigra impetigo excorticatiua, & ē ſcabioſitas accidēs aſpera, vehemēs & facit ſquamas ſicuti piſcium cum pruritu, & eſt propter humorē melancholicum inhibentē de eo qđ eſt iuxta ea inhibitione fortiore quā in colore imprimat tantum hęc quidē Aui. Eſt aūt (vt dixi) dubitandū, ſi albaras nigra eſt impetigo excorticatiua vt hoc in loco inqt Auic. quo pacto erit ſicuti albaras nigra quēadmodum ſcribit inferius, quod enim eſt ſicuti alterum, non idem videtur eſſe. Nos vero hāc dubitationem ita ſoluimus Gręcos a quibus arabes omnia iſta acceperunt, duo habere vocabula germanos morbos ſignificantia, leprā ſcilicet & pſoram atq; ideo hæ duæ paſſiones propter naturę proximitatē a Paulo eginita ſimul deſcribuntur in hāc ſententiā. Lepra & pſora ſunt in ſuperficie cutis aſperitates cū pruritu & reſolutiōe, ex melācholico humore ortū habentes: ſed lepra quidem cutem profundius depaſcitur in orbem procedens, atq; in ea quædam veluti ſquamulæ reſoluuntur. Pſora vero magis in ſummo cōſiſtit: variiſq; modis figuratur & furfuraceea corpora abiicit. Lepra igitur apud Paulum, eſt impetigo excorticatiua apud Auicēnā: ſicuti impetigo non excorticata apud eundem Auic. eſt lichen apud gręcos, vt etiam ſupra monſtrauimus. Albaras autem nigra eſt Paulo æginetæ pſora: quā quidem albaras nigram Auicē, ab impetigine excorti-

Digitized by Google

catiue ſeparauit, cum loco quaſi differentiæ adiū-
xit eſt ſcabioſitas accidens, & reliqua: quod verbū
adiunctum indicio eſt tantum importare. Auicen.
albaras nigram, quātum græcis authoribus pſora,
hoc enim verbū arabes in ſua lingua baras iterpre-
tantur: quod patet ex verbis Raſis quæ libro.xxv.
continentis capite illo quo agit de paſſionibus vn-
guium in hunc modū ſcripta leguntur. Dixit Gale-
nus, expertus ſum cāntharides, & inueni quod ſanāt
vnguium baras, ſi de eis fiat illinatio cum ceroto.
Huius vero remedii ſufficientē ſe habuiſſe experiē-
tiam ad vngues pſorā patientes ſcribit Gal. lib.xi.
de ſimplici medicina. Vt vero primum noſtri inſti-
tuti propoſitū tandē abſoluamus. Quum lepra ac
pſora ſolius ſint cutis affectus, vt ex earum defini-
tionibus conſtat, ac fere ſine dolore, in quibus ſqua-
mulæ tātum & cortices furfuri ſimiles emittuntur,
non autem puſtulæ eminentiores quoddam veluti
virus ſtillātes, quātę ac quales in morbo gallico ap-
parent, excitentur, morbum gallicum nō eſſe liche-
nas (ſi etiā lichenes cum lepra vt apud Auicē. atq;
ipſum forte Plin. confundātur) tam ratione q̄ ſenſu
ipſo adſtipulante demonſtratur.

POſtquā ſatis (vt apparet) probauimus, morbū
gallicum nō eſſe lichenas ſiue impetiginē, ma-
gnam etiā eius opinionis partem, quę eundem
morbū eſſe aſafati aſſerit, vna videmur deſtruxiſſe
quādo arabes aſafati atq; lichenas pro eodē mor-
bo nōnunq̄ accipiunt, eſt enim (vt inquit Auicen.)
impetigo non longinqua, aſafati niſi cum re occul-
ta, & pertranſit vt ſit aſafati ſicca impetigo mali-
gnior. Raſis quoq;, quod & antea notauimus, ſcri-
bit in vigeſimoquinto continentis putare ſe impe-
tiginem eſſe tineā ſiccā, quaſi diceret ſafati ſiccam,

Digitized by Google

videtur enim hoc verbum ſafati apud Arabes duo tineæ genera ſignificare, alterā ſiccā, alterā humidā. Nō diſtinguūt aūt iidē Arabes tineā ſiccā ab impetigine, ea ratione fortaſſis, quod ſimiles ipetigini diſpoſitiones ſicuti faciē ac collū ita ſummā capitis partē frequēter infeſtāt. Idcirco Auicē. iiſdē remediis vtitur etiā ad ſafati, quibus Paulus ad lichenas ſiue impetiginē ſtercore ſcilicet lacerti, & ſtercore turdorū ꝓprie comedentiū oryzam, quāuis Paulus aues illas veſcētes oryza nō turdos ſed ſturnos potius nominet, de quo arabū ac ꝑcipue Auic. errore turdos pro ſturnis ſæpe ponētiū alibi diximus. Qđ vero Auic. etiam ſaphati pro tinea nō modo ſicca, veluti aliqn̄ Raſis, ſed ēt humida accipiat, illę oſtēdunt medicinæ qbus vtitur Auic. ad ſaphati humidā, tucia. ſ. climia, & chimolea, & charta cōbuſta cū aceto, & gūmi pini cū balauſtiis & aceto & oleo roſaceo, hæc enim oīa fere Paulus eginita ad fauū. i. cuiuſdā ſpeciei tineæ humidæ ita nominatæ adhibet curationē. Meſue quoqꝫ Galenū allegat ſcribētē multos ſe ſanaſſe, q ſaphati patiebātur, linimēto chartarū cōbuſtarū tritarū & cū aceto tēperatarū. Hoc autē medicamēto Galenus lib. i. decē tractatuū qui memiri inſcribitur apud Arabes ad Achoras. i. alterū humidæ tineæ ſpeciē vſum ſe fuiſſe teſtatur, quā etiā tineæ ſpeciē Raſis in libro diuiſionum ſafati nominat, ſcribēs enim de altera ſpecie, quā græci cerion, nos fauū appellamus, ait qđ eius foramē ē maius & latius foramine ſafati, quæ ſunt Gal. ac Pauli verba, Achoras & fauū ex foraminū magnitudine diſtinguētiū. Idē Raſis in libro de ęgritudinibus puerorū, alterā tineæ ſpeciē, quæ fauus ſiue (vt ipſe inquit) fauoſitas mellis vocatur, etiam ſafati nomine arabico nuncupauit, hæc enim ſunt

Digitized by Google

eius verba. Paſſio quæ dicitur fauoſitas, eſt ſpecies ſafati. In almãſore etiã habetur capitulum de ſaſai vel ſafati, quæ ſunt, vt ibi exponitur, vlcera capitis habentia cruſtas. Vſq; adeo aũt raſis ſafati capitis morbis addixit vt vigeſimoquinto cõtinẽtis (quod & teſtatur Nicolaus) ſafati capitis impetiginẽ nominauerit qui itidẽ Nicolaus de ſafati & tinea vna agit, & ſafati ideſt tineæ vt ipſe etiã exponit, plures modos enumerat ex Galeni in primo memiri, & libro de apoſtematibus, authoritate. Apud Auicẽnã ẽt oẽs ſafati ſpecies ſũt cutis capitis paſſiões. Nã ſafati incipiẽs q̃ eſt (vt Aui. inq̃t) bothor paruę fixę leues diuiſę in numeratiõe locorũ, deinde exulcerãtes, nihil aliud ſunt niſi exãtemata .i. puſtulæ, quas ſcribit Paulus rubidi eẽ coloris, & aſpas, ſũmã capitis partẽ exulcerãtes. Sirẽgi vero q̃ eſt ſpecies ſafati humidę apud Auic. ẽ ceriõ ideſt fauus apud gręcos ad quã (vt diximus antea) Auic. ſcribit eadẽ remedia, quæ Paulus, vt videat verbũ græcũ cerion, in ſiregi apud Auic. eẽ deprauatũ, ſicuti forte pſydracia in balciati, ſiue vt alii ſcribũt, raciati alterã ſafati ſpeciẽ. Sũt aũt pydratia, vt Paul. atq; Alexãder exponunt, puſtulæ ſup cutẽ capitis eminentis. Verbũ aũt Balciati, puſtulas tales apud Auic. ſignificare indicãt ipſius Auic. verba ſequentia, quæ ita ſe habẽt. Et balciati q̃dẽ ẽ de genere ſafati malæ, & quãdoq; eſt cauſſa eius, morſus ſicuti ſcinifes maligni, eſt autẽ verbũ ſcinifes æque hoc in loco, a verbo græco conopes deformatũ, cuius quidem verbi quãtumlibet vitiati ſignificatũ Pãdectarius intellexit, nõ tamen ſcripturã emendauit, ſed corruptũ vocabulũ, ita vt inuenit, expoſuit hoc modo. Scinifes .i. quædã muſca parua, quaſi effugiens viſionem habens aculeqm acutum, & alio nomine vocatur

Digitized by Google

culex culicis, & idiomate noſtro vocatur ſenzala vnde declinatur hoc ſcíniſes, genitiuo huius ſciniſes indeclinabile. Hæc Pandectarius nõ magna cũ elegantia ſed fide tamen. Nam quod nomẽ ſciniſes ſit indeclinabile, oſtẽdit modus ipſe loquẽdi Auic. quum inquit morſus ſicuti ſciniſes maligni, ẽ enim ſciniſes caſus genitiui. Quod vero conopis ſeu culicis morſus, in cute verticis vel faciei tales puſtulas excitet, quales diximus a Paulo atq; Alex. medicis, pſydracia nominari, loco habitãtes, in quibus plurimus eſt eius inſecti prouẽtus, magno ſui tedio plerũq; experiuntur. Tantã autem fieri græcorum nominum vel morbos vel animalia ſignificantium in libris Auic. trãſformationem, quãtã hoc in loco inſinuauimus, vnuſquiſq; mihi facile credet, qui in ſecundo eiuſdẽ authoris volumine æqualem, vel ẽt aliquãdo maiorem, in nominibus medicinarũ factã animaduertit. Quum ibidem cochiũ pro phoca. i. vitulo marino. Cheichem pro camcamo. i. gummi quodã odorato. Aſtratiſus ꝑ aſteraticus ideſt herba inguinaria. bacche probetio ideſt tuſſilagine, biſoniũ mel pro aphore pro pelio pepelio, beblisi pro peplo, herbis earũdẽ viriũ, altera tñ portulacę hortẽſi, altera rutę ſilib⁹. Guegueris ꝑ cẽchro. i. milio, ſucutũ pro ſymphito. i. cõſolida herba. Tephiſie ꝑ thapſia, & & mille alię gręcorũ verborũ corruptiones iueniãtur, q̃s vix puto poſſe itelligi, ſine authorũ gręcorũ, q medicinã poſteris tradidere, cognitione, qñ & Auic. tãtus alioq medicinę magiſter in eis caligat aliqñ vt cum teſiſie. i. gummi rutę agreſtis, quod nuſq̃ inuenitur, exponit ſucutũ vero ſemperuiuã vel ſpeciẽ ſeminis mãdragore ſecundum duas opiniones, vtrãq; tamẽ falſam interpręrtatur. Qua quidem nominũ obſcuritate neſcio quid poſſit eſſe

Digitized by Google

in medicinæ opere periculoſius quando ex ea non modo alterũ pro altero morbũ curari, ſed alia etiã pro aliis remedia exhiberi cõtingat. Quocirca nũquam ſatis laudari poſſet Al. Manucius Romanus Vir nõ minore ingenio quã doctrina qui ſua induſtria atq; labore omnem græcorum ſapientiã grãmaticã, poeticã oratoriã, philoſophiã, & medicinã etiã innumeroſis voluminibus curat imprimi mendam qui tot doctiſſimorum hominũ lucubrationes quæ nõ multis poſt annis erãt interituræ, ita reficit atq; reſtaurat, vt nulla vnquã poſſint temporũ vetuſtate aboleri, dignus profecto imortalitate, q̃ tã multis viris preſtãtibus dat æternitatẽ. Alluatim vero de quo poſt ſafati ſpecies, Auic. facit mentionem, quoniã crurum nõ capitis vlcera eſſe dicũtur, ideo neq; ſafati ab eodẽ Auic. cognominãtur, quare neq; ad præſentẽ diſputationẽ videtur pertinere, quia tãtum probare intendimus, morbũ gallicum non eſſe ſafati. Illud tamen a nobis obiter dicetur, alluatim verbum eſſe arabicũ, corrupte hoc loco pro albotim ſcriptum, ſic enim legitur & non alluatim in codice arabico Auicẽnę. Significat autem albotim in Arabum lingua arborẽ terebinthum, ex qua naſcitur reſina terebinthina, vnde & gluten albotim nomine partim latino, partim arabico, a medicis iunioribus eadẽ reſina notatur. Sed & iidem arabes albotim vocãt, quædã genera puſtularum, ſimiliũ fructui arboris terebinthi, a qua pariter ſimilitudine græci quoq; antequã arabes eaſdẽ puſtulas terinthus vocauere. Sunt autẽ veluti vlcera parua lentis magnitudine, vel non grandiora faba, colore inter nigrum ac viridem, quãuis & qualis eſt etiã fructus a quo nomẽ, tã apud græcos, q̃ etiam apud arabes habuerunt. De his autem

Digitized by Google

vt arbitror, vna cum ſpeciebus ſafati egit Auicen. quoniã hæ quoq; ſicuti ſafati in ſũma corporis cu-te naſcuntur, vt Paulus æginita qui de terminthis ſcripſit, ex Dioſcoridis alexãdrienſis authoritate, teſtatũ reliquit. Sed de eiſdem, etiã lib. iii. capite de bothor, nomĩatis botim, ipſe Auicẽna plenius erat executus his verbis. Hæc bothor apparẽt in crure nigræ quaſi ipſæ ſint fructus tamaricis aut grana virida magna, & materia earũ eſt materia varicũ, & cura earũ ex parte mũdificationis ẽ cura varicũ vlcerũ melãcholicorũ quæ quidẽ verba Auic. nihil aliud oſtẽdẽtia q̃ quod lib. iiii. capite de ſafati, circa finem de alluatim idẽ Auicenna ſpecialiter ſcribit, quod videlicet alluatim ſunt vlcera melãcholica q̃ apparent in crure ex eadẽ materia ex qua ſiunt va-rices & appropinquat cura eius curationi earũ, il-lud etiã luce clarius manifeſtat verbũ alluatim lib. iiii. male pro albotim poſitũ, & has puſtulas botim nominatas, eaſdẽ eẽ cũ illis quas græci terminthus appellãt, a ſimilitudine, vt diximus, fructus arboris terebinthi, qui fructus apud Arabes granum viride nominatur, hoc enim eſt quod dicit Auicen. capite libri tertii nuper allegato, eſſe eas quaſi fructus ta-maricis aut grana virida magna, ideo aũt Auic. ad-didit magna, quia ſicuti duplex eſt arbor terebin-thus fructifera feminina vtraq;, nã maſcula eſt ſine fructu, ita fructus diuerſificatur, alter enim eſt ma-gnitudine lẽtis, alter vero grãdior faba, vt dixim⁹, hic aũt ẽ quẽ Auicẽ. magnũ vocat ad alterũ æqualẽ lenti cõparatũ. Hæc igit̃ ſi vera ſunt (vt certe vera eſſe exiſtimamus) nõ parũ illi decipiũtur, qui allua-tim quarta faciunt ſafati ſpeciẽ, quinq; ſafati non tã cutis caput integẽtis quãtũ faciei morbũ eẽ arbi-trãtur, quo etiã errore ducti videtur, qui morbum

gallicũ ſafati eſſe opinãtur, quoniã hic morbus cæteris partibus ſub veſte latẽtibus vulnus hominum euidẽtius oſtẽdit. Eiuſdẽ vero erroris authores aiũt ex .i. libro Galeni de decẽ tractatibus ſuos ſe ſermones ſumpſiſſe, neq; animaduertũt, ꝙ idẽ author de morbis faciei, nõ primo libro, ſed q̃nto tatum illorum tractatuũ ediſſerit. ſic enim rectus odor exigebat, vt primũ a caluariæ morbis inchoaret, de q̃bus ſolis in .i. lib. pertractat, deinde ad ea quæ in auribus, in oculis, atq; in tota facie oriuntur mala, deſcendens ſingula in propriis tractatibus declararet, vt vel ex his quæ ipſi concedunt, illud probari poſſit, ſafati eſſe ſolius verticis paſſionem, quãdo a Galeno in .i. libro decem tractatuũ de ſafati agitur. Sed & achores, & faui, & pſydratia, & exãthemata & quicũq; eodẽ libro capitis morbi a Galeno cõnumerantur, vel tinea ſunt, vel tineæ ſimiles fœditates ſumpto tamẽ tineæ vocabulo, in eo quo medici iuniores capiunt ſignificatu. Quod niſi Auic. hæc omnia ſub ſafati nomine in ſuis libris cõpræhẽderit, vane videbitur gloriatus, quicquid ſuo opi fuerit ſuperadditũ, eſſe incõpræhẽſibile, quũ nuſq̃ aliter de tinea aut his tineæ affinibus affectibus egerit. Quãquã vero ſaphati propriũ capitis morbum ſtatuerimus, nõ tñ ignoramus, morbũ ẽt certę parti corpis peculiarẽ, poſſe aliis aliqñ cõicari, qđ ẽt innuit Auicẽ. inquiẽs ſaphati plurimũ in capite fieri. Nos quoq;, vt medici, de his q̃ magna ex p̃te, nõ aũt raro, aut ſemp̃ eueniũt, hoc in loco diſſerimus. Poſſumus ergo ita colligere. Cũ morbus gallicus nõ ſit impetigo, vt ẽt antea probauimus, neq; vero tinea quoniã hic, & ei cõpares morbi, vt in capite fiunt, ita a capite incipiũt: morbus aũt Gallicus primum ſui ortũ habet ab obſcœnis., tã morbum Gallicum

Digitized by Google

differre a ſaphati, quantum caput ab inguine, quæ-
cunq; alia corporis parte eſt exiſtimandum.

CONtra vero illos qui dicunt morbũ Gallicum eſſe prunã, vel ignem Perſicũ ſiue ſacrum, non eodẽ modo, vt contra cæteras opiniones poſſumus argumentari, cum tãta ſit apud arabes & medicos iuniores, de pruna & igne Perſico vel ſacro ambiguitas, quãta fere de hoc ipſo morbo de quo in præſentia diſputamus. Alii enim prunã atq; carbonem, non idem malum, ſed diuerſa potius opinãtur, quũ tamẽ ab Auicẽna pruna dicitur, a Galeno lib. xiiii. artis curatiuæ & multis aliis in locis, carbo latine, ſicuti anthrax græce nominet̃. Alii q̃uis anthrax idem grçcis ſignificet, quod carbo latinis, differre tamẽ anthracem a carbone ea ratione arbitrãtur, quoniã anthrax fiat ex materia malignore & magis aduſta, quã illa ex qua carbo generat̃, nec defuere qui ita deſiperent vt verbo græco latinam darent deriuationem, anthracem ab antro dictum exiſtimãtes, quoniã (vt inquiunt) intra cõcauitatem habet abſconſam. Non abſq; omni tamen ratione quidã moti vidẽtur, vt inter anthracẽ atq; carbonem ſiue prunã differentiã ſtatuerent, quum viderent inde Auicẽnã de Altoim, quẽ ipſi anthracem interprçtãtur, vno capite agentẽ, poſtmodum altero capite de pruna tractãtem, tãquã de morbo ab altoim ſiue anthrace diuerſo, inde Raſim in libro diuiſionum de igne perſico primũ, mox de anthrace ſeorſum ſcripſiſſe. Ego tamẽ illos qui inter carbonem, ſiue prunã, atq; anthracẽ, faciunt differentiã, libenter interrogarem, nũquid Gale. de anthrace, in eo quẽ ipſi ſub hoc verbo intelligũt ſignificatu, vſquã fecerit mentionẽ. Tãtum enim morbum ac magis q̃ cçteros exitialem latuiſſe Galenũ,

Digitized by Google

atq; ideo neq; in lib. xiiii. artis curatiuæ, neq; in ſe-cundo ad Glauconē, neq; in libro de tumoribus cō-tra naturā, nuſquā deniq; ab ipſo fuiſſe nominatū, pene ridiculum ſuſpicari. Quod ſi Gale. & de pru-na, de qua agit Auicē. & de anthrace peſtifero, ſub eodē nomine anthrace videlicet lib. xiiii. artis cura-tiuæ tractaſſe dicatur, quoniā anthracē fieri aliqn̄ in epidemia eodem loco Galenus teſtatur, nonne hoc idem de pruna & igne perſico refert Auic. his verbis. Et quādoq; accidunt iſta, cauſa peſtilentię. talis ergo pruna, atq; altoim, ſiue anthrax, minime different. Atq; hoc pacto Auicē. de eodem tumore peſtifero, ſub variis nominib⁹, pruna. ſ. atq; altoim fruſtra in duobus egiſſe locis iudicabitur, niſi forte dixerimus altoim quidem eſſe anthracem nō omni tēpore, ſed ſolum peſtilente, neq; in omni parte cor-poris, ſed tātum in glādulosa ac præcipue inguini-bus ortum, quādo & ipſe Auic. hoc idē videtur inſi-nuare ita ſcribēs. Antiquiſſimi antiquorū nomina-uerūt nomine, quod trāſlatū eſt in arabico altoim, omne apoſtema eueniens in mēbris glādinoſæ car-nis aut alibi, hæc enim eſt verior lectio q̄ altera ali bi, ſiquidem alibium ſignificat apud Arabes inguē, vnde & herba inguinaria, quā græci boboniū no-mināt, apud Arabes alibium nuncupatur, licet Pā-dectarius ſecutus Serapionis errorem, heringium a bubonio ſiue herba inguinaria non diſtinguentis, alibium heringium interpræteatur. Voluiſſe autem Auicen. lib. iii. vbi de altoim ſcribit, de hoc tumore agere qui præcipue in inguinibus naſcitur facile cō iecturabitur vnuſquiſq;, qui inuicē verba Auicē. de altoim & Pauli de bubone contulerit. Sūt enim q̄ſi eædē medicinæ, quibus Auic. curat altoim, & Pau-lus bubonem, niſi qđ Paulus multo rectius eandem

Digitized by Google

bubo, alter qui fit a cauſa primitiua (vt vtar verbo apud medicos iuniores vſitato) atq; ideo ex ſanguine non neceſſario maligno, alter qui fit ex materia venenata tēpore pſertim peſtilētiæ, in primo qdē bubone inchoāte Paulus vtitur refrigerātib? atq; adſtringētibus medicamētis, veluti ſpongia ex poſca, & lana ex vino & oleo acerbo, vel roſaceo, vel melino .i. pomorū, vel lentiſcinio vel myrtino, nullum ex his in tali bubone piculū iminet, vt quilibet medicæ artis peritus intelligit. Auic. vero nulla adhibita diſtinctiōe hæc eadē remedia q̄uis ex reprimētibus adhibet in principio altoim .i. deſt bubonū peſtiferi, quibus nihil poſſit eē in hoc malo periculoſius. Neq; vero illud ſatiſfacit qđ nōnulli de hoc genere medicādi dubitātes dicunt in Auicennę excuſationem, quod videlicet Auicēna voluerit, non ſuper ipſum altoim, ſed potius partes ipſi vicinas, ne corruptio perābulet, eas quas diximus imponi medicinas reprimētes. Ego eni; in hoc genere morbi præſtare ſemper opinor nō ſolū ad locū affectū, ſed etiā proxime tabem peſtiferā quātum fieri poſſit euocare. Si enim a locis circūſtātibus repcutiat quātum extrinſecis partibus hoc ē ignobilioribus mali depelletur, tātū ad intrinſeca & plerūq; lethalia detrudetur, quū illud quoq; in peſtilētia ſit obſeruatū, quāto plures cutis exterioris partes afficiūtur, tota vi noxia foras prodeunte, tāto minus ſubeſſe periculi, ſicuti vbi vnū ſolū locum carbunculus occupauerit ægri ſalus pene eſt deſperata, quāquā vero Auic. & ſi nō in curādi ratione ſaltē in eo cum Paulo cōueniat quod ſicuti hic bubonū ab anthrace, ita ipſe altoim a pruna ſeiūxit, nō tamē æque cōſtat apud Auicēnā ex qua materia pruna, vel ignis perſicus oriatur, quū videatur quādoq; Auicenna

non ſolum a Paulo, atq; Galeno, ſed a ſeipſo pariter de hiſce morbis ſcribens diſſentire. Galenus.n. quẽ Paulus etiã ſequitur ait anthracem ex ſanguine melãcholico feruẽte generari atq; ideo a puſtula aliquãdo incipere, aliqñ ſine hac, deinde quãdã attolli puſtulã, qua diſrupta, ſimiliter vlcus cruſtoſum fit. Eadẽ vero de pruna, vel igne perſico, quodã in loco ſcribit Auic. lib. ſ. quarto iter initia fen. tertiæ capite de apoſtematibus & puſtulis, in hũc modũ. At vero ex ſanguine groſſo, malo, fiũt ſpẽs exitu rarũ malarũ nã ſi eius malitia vehemẽs fiat & ipſius ambuſtio pueniet hereſipila, & eueniet cõbuſtio, & cruſta, & deterior ẽ ignis pſicus. Hoc.n.i loco Aui. de igne qdẽ pſico videt̃ cũ Galeno cõſentire, ſiqdẽ ignis pſicus idẽ genns, coit cũ anthrace de quo Galenus agit lib. xiiii. artis curatiuæ, quẽadmodum ex ipſo cõſtat Auic. qui libro quarto capite de vlceribus ait, vlcus corroſiũ ignẽ perſicũ a Galeno noiari vt etiã ex multis trãſlationibus cõſtat, quæ anthracem ignem ſacrũ vel perſicũ interptãtur. De heriſipila vero idẽ Auicẽna aperte a Galeno diſcordat, qui vult heriſipilã non ex ſanguine craſſo, qualis ẽ melãcholicus, ſed potius tenuiſſimo generari, vt cõſtat ex eius verbis. libro. ii. artis curatiuæ ad Glauconem de vero heriſipelate ſcriptis. Poſtmodũ vero Auicenne in eo quarti libri capite quo de pruna atq; igne perſico tractat, licet eaſdem fere notas in pruna & igne perſico ſcribat, quas Galenus ac Paulus in anthrace ſiue carbone, puſtulas ſcilicet corroſiuas facientes accidere eſcaram, qualem facit accidere combuſtio & cauteriũ, vult tamẽ tam prunam, quam ignem perſicum, ex cholera citrina generari, quæ ſi verba eius attendimus, ex ſanguine cholerico originem traxit. Si autem mihi q̃
Digitized by Google

etiã ab initio expoſtulaui, hoc in loco conceſſum ab iis, qui nihil niſi elegãter dictatum audire patiũtur, & verba potius q̃ ſententias conſectãtur, vbi de arabũ medicorũ opinionibus diſputatur, ſeruare eundem aliquãdo modum loquendi quo medici paſſim iuniores vtũtur, pro flaua bile cholerã, pro atra melãcholiã, pro herisipilate herisipilã, & plura alia nomina barbara vſurpare, ne ſi aliis q̃ ipſi vocabulis vti voluero, nõ tã videar latinitatẽ affectaſſe quãtum verborum ſtudeo bonos authores oppugnare tentaſſe. Materiã itaq; prunæ vel ignis perſici, apud Auicẽnã eſſe cholerã citrinã ex cholerico ſanguine genitã indicãt ipſius Auic. (vt nuper diximus) verba quæ ita ſe habent. Et vnuſquiſq; amborum tã ſcilicet pruna q̃ ignis perſicus eſt de cholera citrina adurente permiſta melãcholiæ. Et paulopoſt in curatione eorũdem morborum Auic. prçcipit fieri phlebotomiã aliquãdo vſq; ad syncopen, vt ſanguis cholericus euacuetur, qui quidem curationis modus neſcio quãtũ rationi vel etiã ipſi Auic. conueniat, qui ſanguinem eſſe frenũ choleræ vbiq; inſinuat: & primo libro cauendum eſſe admonet, ne ſuperflua ſanguinis miſſione ægrũ ad humorum cholericorum ebulitionẽ perducamus. Quare ſi eius aliis in locis doctrinã ſequimur, in morbo ex cholera ſuperãte ſeu ſanguine cholerico facto, phlebotomia non cõpetit vel non tãta vt ad syncopen vſq; perducat: nã & Galenus ipſe qui tã audaci remedio adſtipulatur, non niſi in tribus diſpoſitionibus vſq; ad animi defectum ſanguinẽ detrahit, vel ſcilicet in maximis phlegmonibus, vel febribus ardentiſſimis, vel doloribus vehementiſſimis. Quarũ nulla adeſt in eo de quo diſſerimus morbo: ſi enim ſanguis cholericus ſit ſuperabundãs quod eſſe in

igne

Digitized by Google

igne Perſico innuit Auic.nō phlegmones faciet, ſed potius heriſipilas etiā exquiſitas, vt inquit Galenus lib.ii. artis curatiuæ ad Glauconem, vbi inter phlegmonē atq; heriſipilas ponit differentiā. Veri autē heriſipilatis calor imodicus, vt idem Galenus ſentit li.ix.artis curatiuæ, nō aliter q̄ aqua frigida epota curatur. Sic & quæcūq; aliæ febres, ex choleræ, vel per ſe vel ſanguini miſtæ feruore generātur, nullum magis præſentaneū habēt remedium, q̄ frigidæ aquæ potionē. Vnde Auic.tā in curatiōe heriſipilæ, q̄ etiā cauſonis viſus eſt dubitare an in eis ſanguinē mittere oporteat, nedū iuſſerit ad ſyncopen vſq; profundi. Hoc enim remediū in his ſolū febribus cōuenit quæ ex multo ſanguine, vel ebuliente, vel putreſcente generātur, quales illæ ſunt quæ proprio nomine ſynochi nominātur, ſed neq; propter intolerabiles dolores (hi enim in hoc morbo nō adſunt) tāta ſanguinis detractio eſt faciēda, quod ſi etiā adeſſent diſtinguendū foret, vt inquit Galenus in expoſitione aphor. Quæ egeruntur nō multitudinem cōſiderare oportet an phlebotomia vel potius purgatione ſedari deberēt, nihil aliud ex his verbis inſinuās, niſi quod vbi humor alius a ſanguine, faceret ſua vel qualitate vel quātitate dolorem, purgationē eſſe præferēdā, quod videmus eūdem Galenum in omniū morborū præcipue cholericorum curatione vbiq; obſeruaſſe, adeo vt in cōmentariis lib.ii.de humoribus, etiā in pleuritide cū ſit ex humore cholerico dānet phlebotomiā, quam tamen plus in hoc q̄ in vllo altero morbo, alioquin videtur probare. Apparet enim & ipſum quēadmodum etiā Auic.nimiā humorū cholericorū inflāmationem vbiq; euitare, quāuis hāc in ignis perſici curatione Auic.nō caueri:, docēs aliquādo in ea vſq;

Digitized by Google

ad ſyncopen ſanguinem euacuare. Quid quod etiã Auic. in pruna vel igne perſico prohibet ſcalpellationẽ profundã quãdo materia eſt decliuis ad cholerã. His enim & ipſe vtitur verbis, & tamẽ capite ſupiori vbi agit de formica, ſuaſerat ex Galeni cõſilio extirpare formicã cũ aliquo qđ ſit ſicuti embula & extremitas pẽnæ aut alterius rei, cuius extremitas ſit acuta, q̃ poſſe ſit deglutiri formicã. Atq; hæc extirpatio formicæ ſi diligẽter iſpicimus multo ẽ violẽtior quã ſcalpellatio, vt ſi hãc timet Aui. quãdo materia eſt decliuis ad cholerã multomagis tale qđ facere debuerit formidare in morbo ex materia nõ decliui ad cholerã, ſed mera cholera vt ipſe opinatur pcreato. Ego quidẽ puto Aui. modo ſalua tãti viri reuerẽtia dicere liceat, morbos & natura diſtãtes atq; eorũdẽ curationes plerũq; cõfundere, vel vt eiſdẽ vtar verbis, quæ ipſe ſolet aliqñ in aliorũ reprehẽſione vſurpare, capitulũ in cap. ponere, quã quidẽ cõfuſionẽ videtur in tribus capitibus de heriſipila, de formica, & de igne perſico ſe cõſequẽtibus præcipue feciſſe (nã vt nos etiã eundẽ ſeruemus ordinẽ) capite quo agit de heriſipila ĩter cæteras huius morbi notas hãc etiã ponit qđ cõburit & ſua virulẽtia veſicat. Hęc aũt (vt ita dixerim) veſicatio maius propria eſt alteri morbo de quo agit in ſequẽti capite, quẽ ipſe formicã miliarẽ, Galenus vero ac Paulus herpetẽ cenchriã ideſt miliarem, ea potiſſimũ nominãt ratiõe, quod ſerpit atq; in cute veſicas ſiue puſtulas milio ſimiles excitat ſed etiã medicinæ ipſæ quas adhibet Aui. ad heriſipilã ſuper cutẽ exiſtentẽ ſunt quæ a Paulo ſcribũtur ad formicã miliarẽ, ſiue (vt eius vtar verbis) ad herpetẽ veſſicoſum vel puſtuloſum. Hæc enim ſunt Pauli verba. Ad herpeten viſſicoſum ſcoria plũbi

Digitized by Google

ex vino auſtro cõtrita mox illinita cataplaſma ex foliis betæ in vino decoctis ſuperpone. Auicē. autē ad Pauli, vt videtur, imitationem ita ſcripſit. Et ſi fuerit heriſipila ſuper cutē curetur ex ſcoria plũbi cum vino pontico cum foliis ficlæ bullitæ cũ vino. Modus autem loquendi Auic. non paruã poteſt diligenter inſpicientibus facere dubitationem, quum enim inquit. Si fuerit heriſipila ſuper cutē videtur ex his verbis innuere poſſe etiã aliter q̃ ſuper cutē fieri heriſipilã. Atqui Auicēna ſuperius inter phlegmonem atq; heriſipilam faciens differentiam, ita ſcripſerat. Et apoſtema heriſipilæ non fit niſi in eo quod apparet de cute. Quare niſi hęc dubitatio ſoluatur, nõ parua ſuſpitio relinquetur, quod medicinæ, quas hoc in loco ad heriſipilã ſcribit Auic. alteri potius morbo, hoc ē formicæ miliari cõueniunt. Sed & verba ſequentia Auicē. hoc ipſum apertiſſime monſtrant, nam ſtatim ſubinfert. Et curetur cũ eo in quo eſt reſolutio & exiccatio fortis cum infrigidatione. Nemo autem neſcit, niſi qui tritum illud in medicina principium etiam ignorat, cõtraria. ſ. contrariis curari, heriſipile morbo calido & ſicco fortiter exiccantia non competere. Quod ipſum Gentilis animaduertens inquit Auicennam hic dupliciter intendere. Primo q̧ ponit abſolute medicinas, quæ competunt in ſtatu. Secundo q̧ hic ponit medicinas, quæ competunt in heriſipila vlcerata, quæ ſunt nimis fortis exiccationis. Nos vero ex hac ipſa reſponſione illud confeſſum habemus, quod contra Auic. probare nitebamur, eas. ſ. quæ hic ponuntur ab ipſo medicinas, non heriſipile, de qua agit in hoc capite: ſed alteri potius morbo, de quo tractat ĩ ſequẽti formicę. ſ. vt miliari, vel corroſiuæ cõuenire: nã heriſipila vlcerata nihil aliud eſt

Digitized by Google

niſi herpes excedēs apud Gale. vt idē Gale. li. xiiii. artis curatiuæ teſtatur: herpes autē comedēs ē formica corroſiua ſiue vlcerata apud Aui. Quod vero nō differat herpes comedēs de quo agit Gale. a formica corroſiua, de qua ſcribit Auic. videre licet ex his quæ Aui. quidē de formicæ corroſiuæ. Gal. vero de herpetis comedētis curatiōe eadem ambo præcipiunt, hæc enim ſunt Aui. verba. Via autem ſecundū quā curatur formica eſt, vt ea quæ ex ipſa eſt corroſiua alienetur ab humectatione quā iā adminiſtraſti in heriſipila: humectatio enim nō eſt cōueniens i vlceribus. Gale. quoq; a quo ſumpſit Aui. in eādem fere ſententiā ſcribit lib. ii. artis curatiuæ ad Glauconē. Herpetes quidē quātū ad totius corporis curationē ſimili modo quo heriſipelata curare oportet: quātum vero ad locū ipſum affectum, non etiā ſimiliter: omnes enim qui exeſi ſunt refrigerari quidem deſiderāt, ſicuti & alii atq; heriſipelata, nō tamen ea medicamēta quæ preter id quod refrigerāt etiā humectāt patiuntur, ſed ex ea ſola ex refrigerātibus quę ſimul exiccare poſſunt admitūt. Hic Gal. ſicuti Aui. in cura formicæ corroſiuę, ita in curatiōe herpetis comedētis prohibet humectationem, quā tamen in heriſipelatis probat, atq; ideo idē Gal. ſubiūgit. Non igitur neq; lactucā neq; polygonium, neq; ex ſtagnis lenticulā, vel paluſtrē lotū, vel anthylium, vel pſylium, vel portulacā, vel intybum, vel ſemperuiuā vel tale aliquid quod poſſit humectare, q̄ heriſipilatis erunt oportuna oportet adhibere. Sed hic non paruus manet ſcrupulus, quia has ipſas herbas vel magnā earum partem in principio formicæ corroſiuę probat Auic. ita ſcribens. Et adminiſtra in principiis eius. ſ. formicę corroſiuæ (de ea enim ſtatim ſupra locutus erat) ſicuti

lactucã & nenufrarẽ & ſemperuiuã & volubilem & portulacã vt videatur Aui. ſibiipſi manifeſte repugnare, ſi enim vt ipſe paululũ ſupradixerat ea quæ debetur heriſipilæ humectatio fugienda eſt in curãda formica corroſiua, cur poſtmodũ lactucã ſemperuiuã & portulacã, quas Gal. lib. xiiii. artis curatiuæ ad heriſipilæ quidã laudat curationem libro vero ſecundo ad Glauconem propter earũ humiditatem in herpete exedente cenſet euitãdas, ſtatim Auicẽ. in formicæ corroſiuæ principio cõmendat, vel iubet adminiſtrari. Non ſolas inquit Gentilis, qui hãc in verbis Aui. repugnãtiã viſus eſt animaduertere, ſed cum aliis exiccãtibus mixtas vtputa lẽticulã quæ eſt frigida & humida cum ſemperuiua quæ eſt frigida & ſicca, quãquã idem Gentilis non de formica corroſiua, ſed ambulatiua, in qua ſicuti in qualibet alia formicæ ſpecie ſecũdum ipſam aliqua eſt vlceratio atq; ideo humiditas quæ debet exiccari moueat dubitationẽ. Sed cur obſecro ad formicã ſiue corroſiuã ſiue vlceratã talis mixtio ſit neceſſaria, quaſi non inueniãtur herbæ ſimplices q̃ ſimul habeãt tum exiccãdi tum etiã refrigerãdi poteſtatẽ, aut quaſi ea ſola quæ humectãt poſſint refrigerare. Ipſe quoq; Auic. poſtmodũ ſicuti ẽt Gal. eas quæ vtrũq; præſtãt effectũ quę. ſ. æque exiccãt atq; refrigerãt memorat ſicuti arnogloſſam, rubũ, & lentem quibus mille alię poſſint ſimiles reperiri. Quod ſi etiã eædem, formicæ corroſiuæ ſiue vlceratæ competunt medicinæ, quæ etiã heriſipile frigide. ſ. modo non poſſint humectare ſicuti neq; calefacere, cur Auicẽ. volubilem herbã ad caliditatẽ, vt ipſe ſcribit ſecundo ſui operis libro, aliis refrigerãtibus adnumerauit: vt tamen hæc competat, q̃m a quibuſdã cẽſetur frigida, non vdeo niſi (vt inquit

Digitized by Google

Gentilis)hæ quas ſcribit Auic. medicinæ non per ſe ſolæ ſed miſtæ cum aliis recipiantur, quomodo ex mixtura humectãtiũ ac refrigerãtiũ, fiat medicina quæ tãtũ frigefaciat & exiccet, qualẽ exigit formica corroſiua vel vlcerata quę vt morbus calidus frigida ſolũ ſine calidis quærit, vt vero vlceratus ſolũ ſicca ſine humidis, in quo quidẽ morbo Gal. ẽt ſtrychnũ.i.ſolanũ reſpuit qa nõ habeat ſufficiẽtem ſiccitatẽ, Auic. vero eãdẽ herbã nõ probat niſi ſiccã quaſi viridis poſſit humectare. Si ergo humida cauebat, cur lactucã & nenufar & lẽticulã aquæ, ſimileſq; herbas humidas ẽt aliis ſiccis admixtas approbauit? Neq; tamẽ puto, qđ Gentilis credit, eũ fuiſſe Aui. intellectũ, vt ſemperuiuã pro herba ſicca, quæ aliis humectãtibus debeat adiũgi, hoc in loco nominauerit, quoniã eãdẽ herbã Gal. lib. ii. artis curatiuæ ad Glauconẽ aliis adnumerat quæ herpetẽ comedẽtẽ nõ ſolũ poſſunt refrigerare, ſed etiã humectare, q̃uis enim idẽ Gal. vi. de ſimplici medicina li. ſemperuiuã frigidã ac ſiccã ſtatuerit, plurimũ tamẽ illi tribuit frigiditatis, minimũ vero ſiccitatis imo in ea vigere aquoſam ſubſtãtiã plane aſſeuerat, cuius ratione vt arbitror in ſecundo lib. quẽ diximus artis curatiuæ ad Glauconẽ, quando herpes fuerit vlceratus, ſemperuiuã vnam cũ aliis humectãtibus improbat, ſicuti ipſam heriſipilatis cõuenire fatet: nã licet facta ad corpus tẽperatũ (ſicuti fit in cęteris medicinis collatione, libro quẽ diximus de ſimplici medicina ſexto, ſempuiua frigida & ſicca herba dicatur, eadẽ tamẽ ad heriſipilas morbũ calidũ ac ſiccũ cõparata, ſecũdo lib. ad Glauconẽ) frigida atq; humida reputatur, ſicuti oleũ roſaceũ & refrigeratos calefacere, & calefactos refrigerare ab eodem Gal. ſcribitur lib. iii. de ſimplici medicina, quę

quidem effectuũ diuerſitas vt etiã ibi ſcribitur his præcipue datur medicinis quæ parũ a temperamẽto receſſerũt, qualem eſſe diximus ſemperuiuã herbam in ſiccitate, authore Gale. ſexto libri de ſimplici medicina volumine. Hãc vero ad diuerſa corpora comparationẽ nõ animaduertẽs Rabi Moyſes, auſus eſt notare Galenũ quaſi lib. ii. artis curatiuæ ad Glauconẽ contraria de ſemperuiua ſcribentem, quę libro (quẽ diximus) ſexto de ſimplici medicina ſuper eadem herba aſſeuerat. Nos vero de hac repugnantia ſententiarum falſo obiecta Galeno plenius alibi diximus, vbi eundem Galenum defendimus contra Rabi Moyſen, principi medicorum et in plæriſq; aliis infeſtum. Aliud vero Gentilis ſuffugium dicentis, quod in principio principiante formicæ frigida & humida competunt, quia licet ibi ſit aliqua vlceratio, nõ tamen corroſio adeſt, eiſdẽ quas ſupra poſuimus rationibus improbatur, atq; eo magis, qm̃ a Galeno in. ii. artis curatiuę libro ad Glauconem, quælibet vlcera etiam in ſumma cute exiſtentia egere exiccãtibus Hippocratis auctoritate monſtratur. Sed vt etiam antea innuimus cũ Auicenna his verbis vtatur, & adminiſtra in principiis eius, hoc verbum eius nihil aliud poteſt referre, niſi formicam corroſiuam de qua ſtatim ſupra fit ſermo. Neq; vero illa ratio conuincit, quam quidam adduxerunt probare volentes Auicen. intelligere de principiis formicæ ambulatiuæ, non autem corroſiuæ, quoniam poſtea ſubiungit, & cũ timetur ſuper eam corroſio, cũ in formica corroſiua (vt inquiunt) nõ timeatur corroſio, quę iam adſit: ſed potius in ambulatiua, quaſi non potuerit Auicenna prius ſcribere curationem formicæ corroſiuæ, deinde docere, antequã formicæ corroſio

Digitized by Google

ſuperueniat, quibus remediis ſit occurrendũ. Mihi
vero maiorem faciunt dubitationem remedia quę-
dã, quibus vtitur Aui. ad prohibendã corroſionem
ſicuti aqua quæ currit ex ligno viris humido cum
aduritur, & ſtercus ouium cũ aceto, & ſtercus vac-
cinum cum aceto, quæ Dinus ipſe extranea eſſe cõ-
ſitetur, neq; multum ad prohibendã corroſionem
proficere. Ego vero multomagis extranea exiſti-
mo, quæ ſtatim poſt ab Auicẽna, ſuper corroſionẽ
iã apparentem imponuntur, ſicuti ſuccum cucume-
ris aſinini, & ſal, & fel hirci, & rutã cum nitro & pi-
pere, & nitrum cum vrina pueri, quę omnia tã prio
ra, q̃ etiã ſequentia, non formicæ vel ambulatiuæ,
vel iã corroſiuæ, ſed tollendis potius verrucis con-
ueniunt, vt patet ex Paulo eiſdem vtente ad tollen
da quædã genera verrucarum, quæ Græci myrme
cias acrochordonas appellãt, vt etiã ex Auicenna
conſtat qui de nõnullis eorum in curatione verru-
carum meminit, & variis in locis vbi de earundem
medicinarum proprietatibus agitur valere eas ad
verrucas, non autem formicã ambulatiuã, vel cor-
roſiuã inſinuat. Sed hoc quidem capitulum de ver-
rucis in capitulo de formica male fuiſſe ab Aui. po-
ſitum, & cauſam etiã huius erroris in ſequentibus
plenius aperiemus. Illud nũc probaſſe ſufficiat Aui.
heriſipilã pro formica, & formicã pro heriſipila, nõ
ſine magna confuſione accepiſſe, quãdoquidẽ quæ
erãt heriſipilæ remedia refrigerãtia. ſ. atq; hume-
ctãtia, eadẽ formicæ corroſiuæ accõmodauit, quæ
vero formicæ competebãt vel corroſiuæ, vel mi-
liari, multum. ſ. exiccãtia, hæc retulit ad heriſipilã.
Sed quoniã ſupra monſtrauimus medicamenta for
titer exiccãtia ſcripta ab Auicenna ad heriſipilã ſu
pra cutem exiſtentem a Paulo fuiſſe trãſumpta, an

Digitized by Google

etiam fideliter trāſlata fuerint: videamus, ſic enim nō ſimplex, ſed multiplex potius error indicabitur. Vnum ex his remediis fortiter exiccātibus, de quibus ſupra facta eſt mentio, ita habetur apud Paulum. Lanæ antiquæ illotæ circa tædā combuſtæ drachmas duodecim, ceræ drach. vigintiquinque ſcoriæ plumbi acetabulum medium ſepi caprini purgati & loti in aqua. ʒ. xxv. olei myrtini. ℥. v. Altera huic correſpondens, apud Auicē. ſcribitur in hunc modum. Lanæ veteris aduſtæ non lotæ pondus. ʒ. xii. ß. carbonis de cortice arboris pini tātundē ceræ ʒ. xx. ſcoriæ plumbi. ʒ. v. ſepi caprini veteris abluti cum aqua. ʒ. xv. olei myrtini. ℥. v. ſi pondera quidē medicinarum notata in Auic. compoſitionibus nō omnino quadrāt cum alteris quæ in ſimilibus apud Paulum compoſitionibus inueniuntur non eſt, vt arbitror, magnipendendum. Illud multomagis eſt conſiderādum ab his præſertim, qui quādā veluti diuinitatem tribuunt Auic. in cuius libris de medicina præſertim nullum poſſe inueniri errorem arbitrātur, quo pacto Auic. in nuper dicta compoſitione miſceat carbonem de cortice pini, quem tamen Paulus in ſua compari omnino prætermiſit. Eſt inſuper quā, vt exiſtimo, diligētius examinādum, an Auic. vel alius deliquerit noua atque inaudita medicamēta veterum compoſitionibus adiungendo: veluti carbonem de cortice pini, de quo quidem carbone nuſquā ſcriptum inuenitur, quod vllā habeat in medicinis ad heriſipilā, vel formicā efficaciam. Hunc autem non eſſe noſtræ tranſlationis errorem teſtē facio miro ingenio, ac ſingulari doctrina præditū iuuenem Paridem Ceſareum Mantuanum, qui vt ſemper fuit omnium bonarum artiū ſtudioſiſſimus, ita nunc medicinæ totus inſiſtit, ad quam fideliter

percipiendã nõ modo Latinos & Græcos, ſed etiã Hebræos, atq; Arabes adhibet præceptores qui a me eodẽ Paride præſente ſæpius requiſiti in his locis præſertim in quibus Aui. a Gale. ac Pau. nõ parum diſſentire videbatur: vt verba Aui. ſicuti in eorum iacẽt lingua mihi interpretarentur eundẽ fere ſenſum retulerunt, quẽ etiã nos in noſtro habemus Aui. Vnde in eã veni ſentẽtiã, vt multos qui nõ ſolũ in noſtris, ſed etiã Hebræorũ atq; Arabũ libris, nõ inueniũtur errores Aui. ex prima Græcorũ authorum (quorũ ſentẽtias idẽ Auic. vndequaq; collegit) facta in Arabicã linguã cõuerſione ſumpſiſſe occaſionẽ: nam & hunc ipſum de quo Paulo ante loquebamur errorem nõ aliunde q̃ ex verbis Pauli male intellectis traxiſſe originẽ facile poteſt vnuſquiſq; perpẽdere. Cum enim Paulus ita ſcribat: Lanæ veteris circa tędã cõbuſtæ. ʒ. xii. credidit Aui. vel potius ille qui male Paulũ in Arabicũ ſermonẽ trãſferendo dedit Auic. errãdi occaſionẽ, tędã quoq; ſiue carbones ex tæda exuſta derelictos in eãdẽ venire cõpoſitionẽ, atq; ideo ita notauit. Sumatur lanæ veteris aduſtæ non lotę pondus drachmarum. xii. & ſemis, carbonis de cortice pini tãtũdẽ errore ſane ſatis ridiculo atq; aliquãdo futuro periculoſo, ſi medicinæ etiã quæ deuorãtur, vel bibuntur, poſtq̃ fuerint ſuper ignẽ quãdoq; paratę, carbones qui ex eodẽ igne remãſerint, in ſuã quoq; ſocietatẽ receperint, tale enim quoddã fiet in cõpoſitione relata ab Auicẽ. ſi vt ipſe docet ad lanã exuſtã æqua portio carbonũ ex tæda circa quã fuerit exuſta adiiciat. Nemo autem admiretur eã præcipue lanam quæ circa tædam fuerit exuſta a Paulo in ea quã diximus compoſitiõe probari, fuit enim quoddã apud veteres in comburenda lana, quæ non niſi combu-

ſta ad vſum medicinæ veniebat; artificium: cuius etiam Galenus, ſed multo plenius Dioſcorides meminit, qui inter cæteros lanam comburēdi modos, hunc quoq; tradit. Alii diſponentes obeliſcos ſuper vas fictile latum os habens inuicem diſtantes & ſuperimponentes ſcandulas & lanas alternatim leuiter ex tædis paruis ſuccedunt, vbi vero lanæ fuerint combuſtæ tollunt, & ſi quid pingue vel pix ex tædis paruis defluxerit, ſimul tollunt atq; reponunt, & hoc eſt ꝙ Paulus vult, lanam, ſcilicet ita vt docet Dioſcorides vſtam, non autem carbones de cortice pini in ea quam ſcribit ad herpetem veſicoſum compoſitione commiſceri. Nunc ad reliqua explananda trāſeamus in quibus videtur Aui. aliquando maiorem vel etiam periculoſiorem feciſſe confuſionem mox ad ignem perſicum, de quo præcipue diſputabamus, in quo morbo pluſquam in cæteris fuit Auicē. perplexus, reuertemur. Scio tamen me nō credēda ſcripturū his præſertim poſt habitis rōnibus ſola noīa ac ſcribētiū authoritatē ſequūtur, ꝗ ſe alicui ita addicūt authori vt ꝓprios ſenſus deſtruētes malint alteri ꝙ ſuis oculis credere. Nos ſupra quū ex ſenſu ipſo tū ēt Dioſcoridis authoritate, cui ēt ex ꝑte cōſentit Aui. ꝓbauimus eupatoriū habere folia cānabis vel pētaphyllo ſimilia, fructū paruū, ꝗ exiccatus veſtibꝰ adhereſcit, eē deniq; eupatoriū herbā illā ꝙ nos vulgo agrimoniā noīamus Auic. vero idē eupatorium aliud quā agrimoniam eſſe ſignificat, quum ait eupatoriū eſſe herbā aromaticā habentē folia cānabis & florē ſicuti nenufar. Cōſtat enim herbā vulgo agrimoniā nuncupatam neq; eſſe odoratā neq; habere florem ſicuti nenufar, immo ita exiguū vt vel nenufari vel eius flori colatus nullam ipſius habeat ſimilitudinem.

Digitized by Google

Cui igitur plus hac in parte credemus, Dioſcoridi ne, An Auicēnæ? inquies cui noſtra ætas dedit medicinæ principatū. Atqui Gal. vnaq; ipſe Auic. in hac parte medicinæ, quæ de medicamentis ſimplicibus agit, primum locum Dioſcoridi tribuūt. Sed fac authoritatem eſſe parem. Vbi tu mihi Auicēnę patrone herbā inuenies, aromaticam foliis canabis flore nenufaris quæ ſit verum eupatorium? ſicuti ego tibi alterā aſſignaui, ita Dioſcorides, Plinius, Serap. ſuper herba eupatorio deſcriptionibus cōgruentē, vt niſi malis videri cecus, q̄ fateri Auic. in veris eupatorii notis deſignandis aberraſſe, nullo modo negare poſſis herbam, quā nos vulgato nomine Agrimoniam vocamus, eſſe veteribus eupatorium. Quod ſi forte mihi cōceſſeris, id quod multi etiam ex medicis iunioribus nō diffitentur, Aui. non multam habuiſſe ſimplicium medicamentorū notitiam, non aduertes fortaſſis te eadem conceſſione, dimidiam ſcientiæ partem Auic. detrahere, quæ tota vt inquit Gale. lib. ii. de Criſi ex duabus conſtat noticiis altera ſubiecti circa quod medicus operatur, altera illorum quibus veluti inſtrumentis in ſuo opere vtitur. Cur vero ſi in his in quibus veritas ipſa ſeipſam cōtemplantibus offert, vbi vigent ſenſuum iudicia, Auic. erraſſe concedis non æque in rebus magnis abſtruſis atq; recōditis labi illū potuiſſe fatearis? Tu tamen crede quod lubet, nos paucis iſta ſcribimus & ſolis amatoribus veritatis. Si non apud malignos atq; imperitos, ſaltem apud probos ac doctos gratiam vt ſperamus conſecuturi, forte etiam apud ægrotos quos fortuitæ medicinæ periculo liberauimus, cum herba in foſſatis naſcentem, quæ quid ſit a medicis ignoratur, hactenus tamen a pluribus credita eſt eſſe eupato-

Digitized by Google

rium, ne ſyrupo ex eupatorio atq; aliis compoſitio nibus adiungatur, modo ſint qui nobis fidem velint preſtare, prohibemus. Sed & altero multo ſane maiore periculo, vel etiã tormento miſeros mortales liberemus, quod audio malo ſuo fato ſenſiſſe nõnullos, qui hac tempeſtate morbo gallico laborarunt. Neq; enim defuere medici, qui puſtulas quæ in eodem morbo totum aliquãdo occupãt corpus quibuſdã ferreis inſtrumentis extirpare tentarint, nixi (vt arbitror) Auic. authoritate, formicæ ambulatiue & corroſiue puſtulas, embula & pennæ extremitate, vt ſupra quoq; notauimus, euellentis, quod etiã miniſterium, ſi diis placet, neq; Dinus in tali curatione improbauit, & Frãciſc. de Pedemontiũ, pluresq; alii Auic. ſequentes, ſuis ſcriptis inſeruere, aiuntq; ipſi vna cum Auic. id eſſe cõueniens. ſ. Gal. opinionẽ. Sed vbi obſecro vnq̃ Gal. puſtulas ex humore acuto cholerico factas talibus ĩſtrumẽtis iuſſit extirpari? Gal. inquã qui vbiq; medicos crudeliter atq; imperite medicãtes, vocat humanæ naturæ perniciẽ. Quod vero ſæuius aut rudius medẽdi genus poſſit excogitari, q̃ morbũ nõ alio magis nomine q̃ quia exulcerat infeſtãtem, etiã vehemẽtius exulcerare? Falſo igitur inquit aliquis, Aui. Gal. allegauit, neq; vere neq; falſo, ſi tamẽ locum conſideremus vbi allegauit, dicere auſim falſo allegaſſe, Gal. enim id artificium ait eſſe conueniens, non ad tollendã formicam vel miliarem vel corroſiuã, ſed quoddã potius genus verrucarũ, quas græci myrmecias. i. formicas appellant. Natus eſt ergo error Auic. ex nominis ambiguitate, q̃a enim greci puſtulas quaſdã ex humore cholerico genitas, ſolã cutẽ occupãtes, atq; etiã ſerpentes ab hac ſerpendi natura Erpeta vocãt, Arabes quoq; a ſimili proprie-

tate eaſdẽ puſtulas formicã nominarũt. Sunt vero etiã quædã genera verrucarũ, quæ græci myrmecias noie ſumpto a formicis appellãt, quia ſenſum quaſi ſint morſus formicarum patientibus inferunt has quoq; verrucas arabes ad græcorum imitationem formicas nuncuparunt, quo fit vt verbum formica apud Arabes duorum morborum generibus, quãuis natura differẽtibus accõmodetur, Auicen. vtrãq; formicã tã pro puſtulis cholericis q̃ etiã pro verrucis acceptã, atq; vtriuſq; morbi curationem in vno capite copulauit, ſed alter ex humore tenui ac cholerico fiat, alter ex craſſo ac melancholico, atq; ideo vt genere diſtinguuntur, ita diuerſum genus curationis expoſcant, puſtulæ ſiquidẽ cholericæ vel ſola totius corporis purgatione vel etiam emplaſtris ſup locũ affectũ impoſitis, nunq̃ autem manu curantur, verrucę vero vt docet Gal. li. xiiii. artis cura. cum aliis inſtrumẽtis tum etiã penna, ita adaptata vt totã verrucã ſua cauitate compręhendat atq; adeo firmiter hæreat, q̃ ea deſuper acta verruca radicitus euellatur, quẽ etiã modũ docet Aui. lib. iiii. ca. de verrucis, quem pariter modũ vero loco illo potuit ad Gal. authorẽ referre, ſed vbi oportuit Gal. citare teſtẽ ibi eius teſtimonium prętermiſit, vbi vero reticere, q̃m non de verrucis ſed formica potius corroſiua curãda agebatur pperã allegauit. Huc vero tã multa q̃ diximus de Auicenna multos in vnum morbos confundẽte, omnia tendebãt, vt oſtenderemus ipſum ſimili atq; aliquanto maiore in pruna atq; igne perſico vſum fuiſſe confuſione ne quis forte ſuſpicetur nos in tam longis digreſſionibus ea quę nihil ad propoſitum noſtrum pertinẽt conquiſiuiſſe, quum enim probare intenderemus, morbum gallicum non eſſe ignem perſicum omnis

Digitized by Google

vero de quacunq; re ſumitur diſputatio debeat a definitione vt ait Ci. proficiſci, neceſſarium habuimus antea oſtẽdere q̃ non cõſtaret apud Aui. qd eſſet ignis perſicus, aliqñ enim ipſum ex ſanguine craſſo & melãcholico inqt generari, vt ẽt antea admonuimus, aliqñ vero ex cholera permixta melãcholię, & nũc ignẽ perſicum idem genus facit cum pruna, vt cũ inquit: hęc duo nomina fortaſſe abſoluta ſunt ſuper omnẽ puſtulã corroſiuã veſicãtem, adurentẽ, facientem accidere eſcaram, qualẽ facit accidere cõbuſtio & cauteriũ: nunc vero diuerſificat, vt cum inquit: prunam eſſe magis melancholicam, ignem vero perſicum magis cholericum, quãdoq; trahit ipſum ad formicam comeſtiuam, vt cũ iſta ſcribit, & quandoq; abſoluitur nomẽ ignis perſici de illis ſuper quo eſt illic puſtula de genere formicę comeſtiuę adurens, veſicans: quandoq; ad formicam transfert miliarẽ, vt cum ſcribit in hunc modum. Et quandoq; ſunt cũ formicę ſpeciebus & miliaris malę, febres vehementis caliditatis pernicioſę. Quaſi apud ipſum Aui. ignis perſicus & formica miliaris non differant, neq; multum referat, vtrum ignis perſici vel formicę miliaris ſigna manifeſtet: & ſane diligẽtius intuenti formica miliaris & ignis perſicus nihil aut parum admodum differunt apud Auicen. ſunt enim in vtroq; veſicę milio ſimiles veluti Raſis, Paulus atq; Gale. libro. xiiii. artis curatiuę conſentiunt. Quod ſi Auicennam ſequimur, non modo forma, ſed etiam materia eadem in ambobus morbis reperitur, quoniam tam ignis perſicus q̃ etiam formica miliaris ſecundum Auicen. fiunt ex cholera permixta melancholię niſi forte quis dixerit ad faciendam formicam miliarem non ſolam ſufficere melancholiam cholerę adiunctam:

Digitized by Google

ſed inſuper etiam phlegma requiri: hoc enim veſter innuere Auic. capite de formicis miliari ex verbis illis. Neceſſe eſt illic eſſe ex melãcholia & phlegmate quæ admiſcentur choleræ. Sed cum idem Auic. ſicuti Gale. ex ſolo phlegmate mixto cum cholera eandem formicam miliarẽ generari aliquando fateatur, cur non itidem melancholiam abſq; phlegmatis ſocietate iunctam cũ cholera poſſe eundem facere morbum conceſſerit: multi quoq; medici iuniores opinantur æque ex vna ſicuti ex altera mixtione formicam miliarẽ procreari. Quare & ignis perſicus & formica miliaris, in eadẽ non modo forma, ſed & materia, ſecundum Auic. ſententiam cõuenient, quãq̃ forte quiſpiam illam aſſignabit diuerſitatem, quod in igne perſico materia cholerica ſit magis aduſta, q̃ in formica miliari. Cur vero hoc cũ ipſa etiam ſua caliditate veſicas excitet, & vt inqt Auic. febres faciat vehemẽtis caliditatis, atq; ideo pernicioſas. Febris autem, & alia accidentia, quæ in formica miliari Aui. nominat, ſunt ignis ſacri ſeu perſici propria, quẽ etiam prunam appellat Auic. ad imitationẽ Galeni, qui eundẽ morbum & .xiiii. artis curatiuæ volumine, & multis aliis in locis anthracem vocat, quo in loco idẽ Gal. omnia hęc de anthrace refert. Quæ etiam hic ſcribit Aui. de formica miliari, q; videlicet febres habet vehementis caliditatis, & q; fit aliquando ex eiſdẽ cauſis ex quibus fit peſtilentia, & q; aſſimilatur in colore phlegmoni, magis tamẽ ad atrum declinante: quare non temere hoc in loco Dinus dubitauit, cur cũ Auic. in hoc capite intenderet de pruna & igne perſico agere, ſigna tamẽ formicæ miliaris & nõ ignis perſici, vt cuiq̃ non abſq; ratione videretur, expreſſerit: Soluit autẽ verba Auicẽnæ in hunc modũ exponẽdo. Et

do. Et

Digitized by Google

do. Et quãdoq; ſunt cum ſpeciebus formicæ miliaris. i. cũ pruna & igne perſico, quæ poſſunt abſolui ſuper ſpecies formicæ miliaris malæ. Hęc vero ſolutio mihi non placet, neq; videtur ipſi Dino eſſe conſentiens: nam cum quatuor ponat Aui. modos, ſuper quos abſoluitur nomen prunæ & ignis perſici, ex quibus quartus eſt magis propitius ſecundum Dini expoſitionem, cur hunc tacuit Auic. & alium minus proprium memorauit, volens tamen ea quę tam ignem perſicum proprie ſumptũ q̃ etiã prunã comitantur oſtendere: quare cum Aui. ſub nomine formicæ miliaris, ſcribat propria accidentia ignis perſici & prunæ, vel non differre prunã & ignem perſicum a formica miliari exiſtimauit, vel magis cum hoc q̃ cum alio aliquo morbo conuenire. Idẽ tamẽ Aui. ſuperius cap. de apoſtematibus & puſtulis, ignem perſicum non formicę miliari, ſed potius heriſipile, in nature vicinitate cõſociat, vbi ita ſcribit. At vero ex ſanguine groſſo malo fiunt ſpecies exiturarũ malarum: nam ſi eius malitia vehemens fiat & ipſius aduſtio, pueniet heriſipila, & eueniet cõbuſtio, & cruſta, & deterior ea eſt ignis perſicus. Hic Aui. facit ignem perſicũ non modo in materia, ſed etiam in forma cũ heriſipila cõmunicare, licet ignem perſicum dicat eſſe deteriorem. Torquent autem hæc verba Dinum atq; Gentilem expoſitores Aui. cogũtq; ipſos multa imaginari, forte a veritate aliena. Dinus ſiquidem tale apoſtema factũ ex ſanguine groſſo, non veram eſſe heriſipilã arbitratur, ſed potius phlegmonem qui aſſimilatur heriſipilæ in accidentibus: q̃ etiã videtur ſentire Gentilis, qui nomen heriſipilæ, hic ſumi improprie fatetur. Sed cur tale apoſtema factum ex ſanguine groſſo malo aduſto (vt inquit Aui.) heriſipilæ quę

ſit ex cholera pura ſecundum eundē Aui. ſimile iudicatur, & non magis anthraci qui (vt inquit Gal. primo de differētiis febriū, & pluribus aliis in locis) ſit e ſanguine melācholico ſupaſſato. Idcirco neq; cū Dino neq; cū Gētile cōſentio, quorū alter vult heriſipilā & ignē perſicum eſſe apoſtemata cholerica, alter ſanguinea quidē, ſed ad naturā choleræ declinātia: cur enim non magis ad melancholiā cū ſanguis ex quo generātur ſit melācholicus, qui tandē procedēte aduſtione cōuertitur in melancholiā. Mihi quidē heriſipila atq; ignis perſicus, hoc in loco ab Auic. nominati, nō aliter differētes, niſi quia alter eſt altero deterior, nihil aliud eſſe videntur, q̄ antrax, de quo Gal. multis, vt dixi, in locis facit mētionem. Atq; ideo nō heriſipilæ vel igni perſico ſimiles diſpoſitiones, ſed vera pruna vel ignis perſicus potius, quæ enim hic Auic. in heriſipila & igne perſico ſcribit, cōbuſtionē. ſ. & cruſtā, eadē tribuit Galenus anthraci, vultq; ipſum e ſanguine groſſo aduſto, ſicut etiā Aui. hoc in loco heriſipilā, & ignē perſicum procreari, ſed & heriſipilā eūdē eſſe morbum aliquādo apud Arabes, qui ſit apud Galenum anthrax, euidentius oſtendamus. Libro. xiii. continentis apud Raſim iſta verba legūtur. Dixit. ſ. Galenus ſecūdo li. artis curatiuæ ad Glauconē, quem etiā Raſis Paulo ante citauerat. Quotiens ſanguis ſuperueniēs ad membrū, fuerit ſuperabūdans, groſſus & calidus, generabit cicatricē ad modū cocturę ignis, etiā ſecus vlcus erit apoſtema calidū buliens & vehemētis doloris, & morbus ille appellatur heriſipila. Quod ſi ipſe ſanguis fuerit in diſpoſitione ſui in ſuperabundantia groſſi, buliente, & caliditate, & tamē in ſe habuerit eruginem ſubtilem, infert ampullas ad modum illarum quæ accidūt ad com-
Digitized by Google

buſtionem ignis & emanantibus ipſis ampullis ſub eis apparebit illud vlcus habens cicatricē,& appellatur heriſipila ſimiliter. Hæc quidē omnia de heriſipila verba ſumpta ſunt e ſecundo lib.artis curatiue ad Glauconē,vbi Gal.duplicē modum quo antrax generatur exponit.Sed & idē Raſis libro diuiſionum heriſipilā & ignem perſicū quaſi pro eodē morbo videtur accipere,ita inquiens. Quādoq; in corpore egrediuntur bothor, & incipiūt velociter peruenire ad hoc vt fiāt cruſtæ nigræ aut virides, & fiat illud qđ eſt in circuitu earū rubrum & coloris pauonis,tunc illud nominatur heriſipila & ignis perſicus.Pluribus tamē in locis Raſis lib.xiii.continentis,facit ignē ſacrum vel perſicū non ſolū eſſentia,ſed etiā ab accidētibus ab heriſipila differre, nā lib.xiii.continentis ſcribit in hunc modū de igne ſacro.Hic morbus accidit e ſanguine groſſo ebuliente,ſed in maiore parte incipit cum puſtulis præcedentibus eum & quandoque accidit ſine puſtulis, verumtamen omnino erit cum eo aliqua exiccatio in loco in quo fieri incipit, & ex pruritu egredientur puſtulæ, & poſt emanationem ipſarum efficiunt vlcus cum cicatrice imminenti ad ſimilitudinem combuſtionis ignis,& quandoque accidit vna puſtula,quandoq; plures paruulæ admodum pannici, & cum eis accidit febris vehementior febre phlegmonis & heriſipilæ. Alio autem eiuſdem libri loco ſcribit ignem ſacrum non ſolum febre acutiore,ſed etiam colore ab heriſipila differre.Hæc omnia fere etiam ſcribuntur a Gale. & libro decimoquarto artis curati. & pluribus aliis in locis de anthrace, ſepiſſime enim vbi Gale. ſcribit anthracem Raſis ignē ſacrum vel perſicum interpretatur, q̄q̄ vt etiam antea admonuimus Arabes & paſſim me-

dici iuniores qui Arabum doctrinā ſequūtur, aliud per anthracem, aliud per ignem ſacrum vel perſicū intelligant, atq; ideo etiam prunā ab anthrace diſtinguant, cū tamē anthrax verbū græcum, ſignificet latine carbonē vel prunā, vt Auic. interpres dicere maluit. Cur vero Aui. atq; Raſis anthracē, de quo Gal. loquitur, nō modo prunā vel ignem perſicum, ſed etiā heriſipilā aliquādo nominarint: neſcirē aliā reddere rationem, niſi quā etiā ſuperius multorū, qui in Aui. libris inueniūtur errorū aſſignaui, malas. ſ. græcorū authorū in linguā arabicā tranſlationes, in quibus non modo herbarū, ſed etiā morborū nomina plerūq; diuerſa notantur, vnde ſicuti eadem herba ſæpius apud Aui. ſub variis nominibus ſcripta, ita idē morbus diuerſimode nūcupatus reperitur. Poſſem multarū herbarum in quibus hic error accidit apud Aui. exēpla proferre, ſed vnum tantū vitandæ prolixitatis gratia, hoc in loco cōmemoraſſe ſufficiet. In volubili herba, de qua etiā eſt facta mentio ſuperius, inter medicamēta quę in curatione formicæ ſcribit Aui. Hæc ſiquidem verba aliquādo in litera, C, cuſſos pro ciſſos. i. hedera nominatur, aliquādo in litera, u, volubilis maior & tunc quoq; pro hedera ſumitur, oēs enim quæ volubili magnæ ab Auic. tribuuntur proprietates, vt quod lac eius abradit pilos, & interficit pediculos, & q folia eius recētia conuenientia ſunt vlceribus magnis, & q conſolidant decocta in vino, & ex eis emplaſtrū factum ſuperpoſitum aduſtioni ignis & proprie cū ceroto, & q diſtillatur ſuccus eius in aurem doloroſam, & cōfert vlceribus antiquis in ea, & q iuuet ſpleneticos cum aceto, hęc inquā omnia hederæ a Gal. aſſignātur. Quod ſi quis mihi hoc in loco obiiciat nullo modo poſſe volubilem pro he-

Digitized by Google

dera apud Aui. intelligi, qm̃ idem Aui. inquit, volu-bilem magnam ſuo lacte abradere pilos & pedicu-los interficere, & aquã eius ſolutiuã, cum tamen he-dera non habeat lac, neq; ſoluendi, ſed aſtringendi potius, vt de ea ſcribit Gal. poteſtatem. Facilis eſt ad iſta reſponſio. Nam ſicut Aui. in capite de cuſſos hederæ vires cũ alterius herbæ quæ ladanum fert viribus miſcuit: vt alibi oſtendimus, ita etiã hic he-dere proprietates cum alterius herbæ proprietati-bus quæ volubilis maior a Meſue & pluribus aliis nominatur, manifeſtæ confundit quæ quidẽ volu-bilis maior a græcis ciſſampelos. i. hedra vitealis a Plinio cõuoluolũ, vulgo cãpanella, quod etiã alias manifeſtauimus, nuncupatur. Hæc autem hedera vitealis, ſiue volubilis maior, ſiue conuoluolũ, vel quocũq; alio nomine libeat appellare, lacte pluri-mo manat & aluũ ciet. Idcirco Aui. qui viſus eſt ne-ſcire verã hederã ab hedera viteali diſtinguere, ſi-cuti pro hedera volubilẽ, ita lac pro lachryma po-ſuit, eſt enim vere hedere lachryma, non autẽ hede-ræ vitealis lac, cui tam a Galeno q̃ etiã a Dioſcori de is datur effectus, quod pilos abradat, & pedicu-los interficiat. Quare Aui. mixtis ambarũ herbarũ etiã natura diſtantium poteſtatibus, magnã pepe-rit cõfuſionẽ & ſicuti in morborũ ita etiã in herba-rum tractatione capitulũ in capitulo poſuit. Quos maxime errores inde arbitror habuiſſe occaſionẽ, quia varii interpretes arabes eaſdẽ non modo her-bas ſed etiã morbos variis nominibus nuncuparũt. Quia enim Dioſcoridẽ e grçca lingua in arabicam tranſtulit, hederã grçco vocabulo, corrupto tamẽ, cuſſos nominauit, qui autẽ Gal. cõuertit, pro hede-ra, leleb. i. volubilẽ poſuit, qm̃ hedera vitealis eodẽ nomine apud arabes appellatur. Idem arbitror in

Digitized by Google

verbo anthrax cõtigiſſe qđ in quibuſdã Gal.libris, ſicuti. xiiii. artis curatiuæ ignis ſacer ſeu perſicus apud arabes interꝑtatur, in quibuſdam vero, ſicuti forte in ſecũdo artis curatiuæ ad Glauconẽ, heriſi-pila, vnde eſt vt tã Auic. q̃ etiã Raſis eundẽ morbũ aliquãdo ignẽ ſacrũ ſeu perſicũ aliquãdo heriſipilã nominarint, atq; ita ſibiipſis quãdoq; contradixe-rint, ſicuti Raſis qui modo inter ignẽ ſacrũ atq; he-riſipilã ſtatuit differẽtiã, modo quæ ſunt ignis pſici proprietates eaſdẽ tribuit hereſipilæ ſcribit e ſan-guine groſſo generari nõnũquã, heriſipilã quidẽ ex cholera pura, ignẽ aũt ſacrum ex cholera permixta melãcholiæ, maiore tamẽ choleræ portione. Quæ quidẽ cõtradictiões, expoſitores latinos coegerũt, noua morborũ genera, præter illa quæ nimis mul-ta natura mortalis hominibus dedit, falſa ibi ima-ginatione confingere phlegmonem ſcilicet heriſipi-læ ſimilẽ, quaſi nõ ſufficeret phlegmon heriſipela-todes, hic enim alius eſt ab eo quẽ Gentilis imagi-natur, & phlegmonẽ igni perſico ſimilẽ quaſi ignis perſicus nõ multas habeat apud Auic. aliorũ mor-borũ (de quibus antea diximus) ſimilitudines. Huic tamẽ morbo adeo multiplici, Auic. pene ſimplicem adhibet curationẽ, illã ſcilicet quã Gale. ac Paulus ſcribunt ad anthracẽ, vt mihi nõ paruã faciat admi-rationem Aui. nõ modo a græcis, ſed etiã a ſeipſo in hoc morbo diſcordẽ, in vno tamẽ curãdi genere eſſe concordẽ. Sed neq; Romani authores inter ſe de eodẽ morbo conſentiunt. Pli. enim (queadmodũ & Seruius in expoſitione carminis Vergiliani, Tẽ-pore cõtractos artus ſacer ignis edebat) per ignẽ, ſacrũ morbũ intelligit, quẽ græci vocãt eriſipelata. Celſus diuerſum putauit, & quũ ignem ſacrũ deſcri-bit per minimas puſtulas aliquãdo ſerpẽtẽ, aliquã-

Digitized by Google

do ſummã cutem exulcerantē, videtur herpetē tam comedētē q̃ etiã miliarē (de quibus antea diximus) ſignificare, licet idem Celſus, capite antecedente, vlcus quod ſerpēdo penetrandoq; vſq; ad oſſa corpus vorat, erpeta heſtiomenon a græcis nominari aſſeruerit. Sed hoc genus vlceris græci medici peritiores, Hip. ſ. Gal. ac Pau. ab eodem vorãdi corpus effectu phagedena nominãt, ſicuti alterũ qđ tamē nõ tãgit ſed cutim tãtum exulcerat, erpeta heſtiomenõ ſiue comedētē appellant. Viderint ergo qui ſolũ cultum atq; nitorē ſermonis attēdētes, Cel. faciunt medicinæ deũ, malint ne Cel. homini romano an Hipp. & reliquis celebris nõis græcis authoribus in græca morborũ credere appellatione? Tãtam vero de pruna, igne ſacro, vel perſico opinionum diuerſitatē, non modo longum opus foret improbare, ſed etiã ſuperuacuũ, quãdo & ſine alia cõfutatione ipſe ſua ſe contrarietate ſternunt. Quod ſi ex omnibus illã, quæ verior eſſe videtur, velimus capere, tũ a Gal. ac Pau. tũ etiã a Raſi. xiii. cõtinentis approbatã, quæ ignē ſacrũ aut perſicũ, ſiue carbonē, vel prunã, ita deſcribit, vna etiã ipſius cauſa; explicãdo. Quũ ſanguis melãcholicus feruēs i aliqđ mēbrũ incubuerit cõtingit fieri eos quos carbones nominamus, qui ſunt vlcera cruſtoſa, magna quidē ex parte a puſtula incipiētia, qualis in igne aduſtis apparet, quãdoq; vero ſine ea, ſed ſcalpitur quidē mēbrũ omnino ab initio, deinde nõnunq̃ vna puſtula aliquãdo plures excitãtur tenues, veluti milium, quibus deſcriptis ſimiliter vlcus cruſtoſum fit, ſimile his quæ a cauteriis fiũt cruſta, nõnunq̃ colorem cinericium præ ſe ferente, aliquando nigrum, cum eo quod baſi ſua firmiter adhæret, ac veluti clauo fixa videtur, alia carne circũſtãte veluti inflãmata

Digitized by Google

& nigricante, vel etiã ſplendente, ſicuti aſphaltũ & pix. Talis enim eſt quæ vere atra bilis nominatur. Si inquã ita ignẽ ſacrũ aut perſicũ ſiue carbonẽ vel prunã (hæc enim oĩa eũdẽ morbum apud diuerſos authores ſignificãt) deſignemus, veluti etiã videtur voluiſſe Auicẽna prunã & ignẽ perſicũ lib. iiii. deſi‐gnare licet vt multis aliis in locis, ita & hic barbare & obſcure loquatr. Talẽ morbũ differre ab eo quẽ gallicũ nominamus, tũ ex multis aliis notis, q̃ alteri inſunt, alteri deſunt, demõſtratur. Tũ etiã ex puſtu‐lis, quę ſunt in morbo gallico lõge milio grãdiores. Ac pręterea ex febre acutiſſima atq; aliquãdo mor‐tifera, quę (vt ſcribit Gal. xiiii. artis curatiuę libro, & lib. etiã de tumoribus cõtra naturã, & Raſis pa‐riter. xiii. Cõtinẽtis) Carbonẽ ſiue ignẽ ſacrũ neceſ‐ſario comitatur, quod etiã ex parte ſentit Aui. qui ſub nomine formicæ miliaris ignem perſicũ afferre aliquãdo febres perniorioſas inſinuat. Altero autem libri quarti capite, vbi agit de vlceribus corroſiuis & putrefactiuis, qualia innuit eſſe ſecundum Gale. ſententiã, ignẽ, perſicũ & formicã ambulatiuam, in huiuſcemodi vlceribus, febrẽ multiplicari, aut inſe‐parabiliter adherere aſſeuerat, licet Dinus in eius loci expoſitionẽ nolit ſecũdũ Galeni opinionẽ, ignẽ perſicũ eſſe vlcus putrefactionũ, ſed tãtũ corroſiuũ atq; ideo plurimũ febre vacare, neſciens forte Gal. nunq̃ in ſua lingua de igne perſico, niſi ſub hoc noĩe anthrax, fuiſſe locutum. In cuius vlceris curatione idẽ Gale. lib. xiiii. artis curatiuæ dãnat cataplaſma‐ta, quæ vim habẽt cõcoquẽdi & pus mouẽdi, ne ma‐ior putredo ſupueniat. Vlceri quoq; ignis ſacri ſeu perſici adiunctã eſſe febrẽ atq; putredinẽ, teſtatur Raſis lib. xiii. Cõtinentis ita ſcribẽs. Ignis ſacer eſt vlcus in cuius loco accidit ampulla, ſimilis ampullę

Digitized by Google

factæ ex igne, cũ cicatrice maligna: ſed in loco atti-
nente ei, erit apoſtema inflãmatũ, prouocans febrẽ
violẽtã valde. Item Raſis in alio eiuſdem libri loco
ita ſcribit: Apoſtema calidũ accidẽs e ſanguine ca-
lido & groſſo, qđ appellatur ignis ſacer, cũ vlcere
eius erit putrefactio. Dinus ergo vel iſta nõ vidit,
aut differre ignẽ ſacrum a perſico apud Raſim, ſeu
ignem perſicum ab anthrace apud Gale. exiſtima-
uit. Quare vt diximus morbus gallicus, vel hac po-
tiſſimum nota ab igne perſico ſeparatur, quoniam
qui calligo morbo tẽtantur, febrem magnã ex pte
non habent, vel ita exiguã vt vix ſentiant. Si quæ
vero puſtulæ in hoc morbo apparuere ſub nigrę &
cruſtis ſimiles, quales in igne aduſtis viſuntur, eas
puto potius ex eo fuiſſe genere puſtularũ, quas ſcri
bit Gale. libro qui de cholera nigra inſcribitur, ex
atra bile citra febrẽ oriri, quæ hoc ipſo ab anthra-
ce ſiue a carbone diſtinguũtur, quoniã hic cũ febre,
illa ſine febre fiunt. Non tamẽ morbũ gallicũ ſimpli
cem morbũ, qui cũ eiuſdẽ naturæ puſtulis omnibus
eo laborãtibus morbo accidat, atq; ideo vel puſtu-
læ melãcholiæ, vel heriſipelas, vel herpes, ſiue for-
mica, vel aliquo vno nomine ſpeciali in cũctis poſ-
ſit appellari iudicamus. Cum pro variis hominum
quos morbus iſte male habet cõpoſituris, aliæ aliis
puſtulæ eueniant, in quibuſdã atram bilem, in qui-
buſdã flauam, in nõnullis pituitã, ſalſam pręſertim,
& varias præterea ſuperfluitatũ mixturas ſuo co-
lore repræſentãtes. quare vt tota huius morbi na-
tura, non autẽ vna ſola particula, facilius veniat in
noticiã, cauſſas a qbus habuit originẽ Paulo altius
repetemus. Sic itaq; dicimus, malũ hoc quod mor-
bum gallicũ vulgo vocant, inter epidemias hoc eſt
morbos populatim vagantes deberi cõnumerari.

Digitized by Google

Hæc vero aut diuina ira vt Theologi ſentiũt, aut vi aſtrorum vt Aſtrologi opinãtur, vel ex certa aeris intẽperie quẽadmodũ Medici arbitrantur eueniunt. Nos medicos hac in parte ſequentes cauſſas naturæ proximiores aſſignabis illud ſatis cõſtat eo anno quo morbus gallicus cœpit pullulare magnã aquarum per vniuerſam Italiã fuiſſe exuberãtiam. Teſtis eſt Roma, quæ prima id malũ ſentit, in qua tybris ita itumuit, vt tota ſit facta nauigabilis, quã rẽ Põponius noſtri tẽporis Poeta celeberimus elegãti tetraſticho publica colũna impſſo deſignauit.

Tempore Alexandri ſexti noniſq; decembris
Intumuit Tybris bis ſenas circiter vlnas,
Inſula quæq; domus facta eſt, mediiſq; repente
Circunducta viis æquabat cymba feneſtras,
Deucalionæo vix tantum tempore tellus
Diluuium paſſa eſt, latuit cum tota ſub vndis.

Nos vero duobus poſtremis verſibus additis hexaſtichon ex tetraſticho fecimus, ſed vt non modo eã quæ Romanã vrbẽ, ſed quæ præterea magnã Europæ partẽ circa eadẽ tẽpora oppreſſit aquarum multitudinẽ comprehẽderemus: nõ aliter enim q̃ in Romano Tybris, in agro etiã Bononiẽſi Rhenus, in Ferrariẽſi & Mãtuano Padus, i Venetia Atheſis extra ſolitos limites exũdarũt. Tãtis deniq; imbribus annus ille vbiq; maduit, vt terris exinde humẽtibus atq; ſtagnãtibus minus mirandum ſit, æſtiuũ aerẽ ad illã veniſſe intẽperiẽ, calidã.ſ. & humidam, quã medici atq; philoſophi omniũ putredinũ matrem eſſe cõfitẽtur. Similẽ vel etiã peiorẽ aliquãdo fuiſſe ea.ſ. tẽpeſtate qua Gothi Italiam bellis infeſtabant, ex qua ingens orta eſt peſtilentia Blundus Forliuienſis hiſtoriarũ ſcriptor diligentiſſimus primæ decadis volumine octauo memoriç prodit his

Digitized by Google

verbis: Imbribus nãq; multos dies continuantibus diluuium fore apparuit. Tybris tũc mẽſe Octobri prope exacto adeo aquis intumuit, vt Romę mœnia alicubi ſuperauerit, vnde regiones vrbis fluuio proximæ maxima acceperũt incõmoda. Per Italiã vero vbiq; latuerunt cãpi, & ex mõtibus collibuſue omnis mota aratro glæba i cœnũ liquefacta ſimul cũ aquis in intima eſt delapſa, vt fluminibus poſtmodũ intra ripas coactis, cãpi aqua deſtituti limo nihilominus mãſerint obtecti, & ſata quæ tunc primas iecerãt radices, putrefacta ſint, nec eo autũno, obtinẽte oĩa luto, aliud ſemẽ terræ potuerit mãdari, vnde fames maxima breui eſt ſecuta. Sed nõ ſolũ famẽ ea attulit aquarũ inũdatio, verũ ẽt aerea ſicuti & terrã corrũpẽs, peſtilẽtiã oriri fecit, adeo ingẽtẽ vt maximã populorũ partẽ vbiq; per Italiã abſumpſerit. Qua tactus labe Pelagi⁹ põtifex Romę obiit. Hæc Blũdus. Sed nõ longo poſt tẽporũ interuallo, Bonifacio. iiii. Romæ põtificatũ gerente (vt ſcri. Platina) in lib. de vitis pontificũ, fame, peſte, & inũdatione quoq; ẽ laboratũ. Adeo fere ſemper inũdationis comes ẽ fames ac peſtilẽtia, vt nõ temere priſci crediderint, ĩmodicas fluuiorũ excreſcentias, nõ ſolũ ad præſens inferre dãna, ſed alia inſup mala futura portẽdere. Nã & his adhuc vigẽtibus malis, Bonifacius eſt ſublatus e vita, & quædã eorum reliquiæ vſq; ad deuſdedit qui ſucceſſit in põtificatu tẽpora, pertigerũt terremotus. ſ. quos (vt Ariſt. docet in lib. qui Metheora inſcribitur) multitudies imbriũ nõ minus q̃ ſiccitates ſolẽt generare. Quædam præterea ſcabies, quæ (vt ſcribit idẽ Platina) ita tẽdebat ad elephantiam, vt deformitate cognoſci homines non poſſent. Nonne magnam horum malorum partem, immo vero omnia in variis Ita-

Digitized by Google

ſic locis noſtra hac tempeſtate perſenſimus: a quarum diluuia (vt diximus) annonę vbiq; caritatem, in quibuſdã ciuitatibus peſtilentiã, ac præterea terremotus: Quorũ nullã aliã cauſam niſi nimiã aquarum exuberãtiã poſſumus aſſignare, cũ hi maxime illis contigerint ciuitatibus quæ ſub cœlo ſunt humidiore, veluti Ferrariæ & quibuſdã oppidis circũſtantibus quæ nunq̃ adeo tremuerunt, ſicuti eo anno quo aquarũ inundationes inceperunt. Scabies vero, ſi ſcabies eſt appellãda, per vniuerſam apparuit Italiã, & adhuc perſtat adeo fœda, vt pleriq; medici quodã decepti ſimilitudine elephãtiaſin eẽ putauerint. Sunt enim puſtulæ, partes primum obſcœnas, deinde reliquũ corpus, atq; ipſaȝ pręcipue faciẽ (vt ab initio operis diximus) occupãtes, quarum primi ortus cauſam ſi ſufficienter expoſuerimus, magnã morbi gallici naturæ partẽ explanaſſe videbimur. Sed vt hoc cõmodius & maiore etiam cũ fide faciamus, duos medicorum principes Hipp. atq; Gal. in mediũ adducamus. Hippo. tertia particula Aphoriſ. illo aphp. quo morbos æſtiuos cõnumerat ita pronunciauit: æſtate vero quædã horũ & febres cõtinuæ & ardentes, & tertianæ plurimę, & vomitus, & alui profluuia, & oculorũ atq; auriũ dolores, & oris exulcerationes, & pudẽdorũ putredines, atq; ſudamina. Gal. vero partẽ illã aphoriſmi quæ ad noſtrũ propoſitũ attinet in hunc modũ exponit. Liquet aũt ꝙ oris vlcera fiunt ex humore bilioſo. Pudẽdorũ vero putredines non ſimpliciter accidũt, ſed quãdo magis humida æſtas, vel ſine flatibus, vel auſtro flãte cõtigerit. Vbi enim plurimũ a naturæ modo ad humiditatẽ & flauũ carentiã receſſerit, non modo pudendorũ, ſed cuiuſlibet partis alterius putredines facit, qualis fuit ille tẽporis ſta-

Digitized by Google

tus, qui & in.iii.epide.lib.& in.ii. circa initia deſcri
bitur. Exiguæ vero aeris euerſiones ideo attingũt
pudẽda, qm̃ hæc propter caliditatẽ atq; humidita-
tem, ſuapte natura ex qualibet occaſiõe ſunt apta
putreſcere, adeo vt quãdo etiã ſuã ęſtas ſeruauerit
tẽperaturã, quæ multis infeſtantur ſupfluitatibus,
cũ hæ aliquã ob cauſam ad pudẽda defluxerint, ip-
ſorum putredinẽ patiãtur. Sudamina vero ſunt ex
genere puſtularũ quæ veniunt in ſuperficie, & cutẽ
vlcerũ inſtar exaſperant. Fiunt autẽ (vt etiã ipſum
indicat nomẽ) ex multis ſudoribus, quãdo hi vel bi-
loſiores, vel omnino mordaciores extiterint: mor-
dẽt enim cutim, & pruriginoſam reddũt, atq; in mo
dum vlcerũ aſperãt. Iã ex iſtis Galeni verbis, Hip-
pocratis ſenſum interpræ tãtis, vnicuiq; patere ar-
bitror, cauſſam eius effectus, de quo homines plu-
rimũ ſunt admirati. Si enim puſtulæ, quas morbũ
gallicũ nominamus nihil aliud ſunt, niſi quędã ſup-
fluitatũ ſua multitudine corpora humana infeſtan
tiũ, germina. Eas partes quæ ſunt magis putredini
obnoxiæ (ſunt autẽ hæ præcipue obſcœnæ ꝓpter
earũ vt inquit Gale. caliditatẽ atq; humiditatem)
priores ſentire putredinẽ, deinde illas quæ nõ ęque
ſunt ſuapte natura ad patiendũ aptæ, nõ modo fit
veriſimile, ſed propemodum neceſſariũ. Cauſa ẽt
in prõptu eſt, cur eædẽ puſtulæ nõ pudenda tm̃, ſed
etiã reliquũ corpus infecerint, nimia. ſ. æſtiui aeris
in humiditate intẽperies, q̃ (vt inquit Gal. in expo-
ſitione apho. nuper allegati) nõ modo in pudendis,
ſed in qualibet alia corporis parte putredines facit
qualẽ etiã aeris ad nimiã caliditatẽ atq; humidita-
te euerſionẽ &.ii.&.iii. pariter lib. epidemiaꝝ fuiſſe
ab Hippo. tactã, Gal. etiã in nup dicta expoſitione
teſtatur. Cũ vero hãc, quæ noſtro tẽpore cõtingit,

Digitized by Google

intemperiē, illi de qua ſcripſit Hippocrates, fere ſi/
milē fuiſſe arbitremur, an etiā mala ſimilia genue/
rit videamus. Hoc autē liquido videri non pōt, niſi
quæ de ſuæ ætatis intēperie grçce ſcripſit Hippo.
latine proferātur, cū vt multis aliis Hippocratis li/
bris, ita præcipue eiuſdē authoris epidemiis fideli/
ter trāſlatis careamus. Hæc ſunt ſecūdo lib. Epide/
miarum Hippocratis verba: Carbones in cranone
æſtiui, pluebat in çſtibus aqua exuberāte continue
flebāt aūt magis auſtro flāte, & ſuberāt quidē in cu/
te humores quidā liquidiores, qui intercepti incale
ſcebāt, & pruritū faciebant deinde veſicæ veluti in
igne aduſtis excitabātur, ac ſub cuti exuri videbā/
tur. Sed hæc quidē aeris intēperies, vno tātū tēpo/
re, æſtate. ſ. cōtigit, quæ vero in. iii. lib. epidemiarū
ab eodē Hippocrate ſcribitur totū annū ſicuti hæc
noſtra fere ſuperflua humiditate maculauit. Audia
mus igitur Hippocratē ita de hac anni totius infe/
ctione loquētē. Annus, inqt, erat auſtralis abundās
pluuiis. Deinde nō multo poſt. Cū aūt totus annus
auſtralis & humidus & mollis factus eſſet, mox quç
ex eadē totius anni intēperatura, ob ſuperfluitatū
putredinē hominib⁹ mala euenire cōnumerat, atq;
inter cætera, heriſipelata, oris vlcera, gutturis paſ/
ſiones, pudēdorū puſtulas, carbūculos, oculorū inflā/
mationes, vētris perturbationes. Deinde qles eent
fluxiones enarrās ita ſcribit. Erat autē fluxio cōſi/
ſtens, nō puri ſimilis, ſed quidā alius putredinis mo
dus, poſtremo inferius volēs oſtēdere oīmode pu/
tredinis mala, ita inquit. Pluribus erāt ora affecta
vlceribus, quæ aphthæ vocātur. Fluxiones exulce/
rātes. Plurimæ exulcerationes circa pudēda tuber/
cula intrinſecus & extrinſecus quæ multorū ītuitus
corrūpebāt, quales ſunt quç ficus appellātur. Crie/

Digitized by Google

bantur & in aliis vlceribus plurima, & in pudendis carbũculi multi æſtiuo tẽpore, & alia quę putredo vocãtur, magna enthymata herpetes plurimis ma- gni. Quis nõ ſimilẽ noſtri tẽporis epidemiã ex ver- bis Hip. recognoſcat, quot enim fuerint qui & oris vlcera, & herpetes labra aliquando exedentes, & nigras puſtulas carbunculis ſimiles, pruritum non nunquã intollerabilem ingerentes, & multa alia tu- bercula, quandoq; etiam oculos infeſtantia pertu- lere, non expedit cõmemorare, quãdo hęc inſignio ra fuerunt quam vt egeant enarratione. Vt igitur tandem morbi gallici naturam ſummatim compre- hendamus. Hic non vnus ſpecie ſed tantum genere exiſtit, poſſumuſque ipſum hoc pacto deſcribere. Morbus gallicus eſt puſtulæ, ex varia humorum corruptione generatæ, propter nimiam aeris in calore atq; humiditate præſertim intemperiem, pudenda primum, deinde reliquum corpus, magno plerunque dolore occupantes. Cur pudenda pri- mum, deinde reliquum corpus obſederint: cauſſa, antea ex Gale. expoſitione aſſignauimus. Sed neq; difficile eſt cur idem morbos ſeuum quibuſdam do lorem intulerit: reddere rationem, quum præſer- tim id prius fuerit obſeruatum illos maiorem ſen- ſiſſe cruciatum, quibus vel nullæ, vel paucæ ad- modum puſtulæ in cute exteriore apparuerunt. Humor enim noxius quem natura imbecillior ten- tauit quidem non tamen potuit ad exteriora pro- pellere, tandem in articulorum neruos incubuit, ibiq; ingentem dolorem excitauit, duobus etiã in- ter cæteros modis, vt inquit Gale. in expoſitione aphoriſmi tertiæ particulæ qui ita incipit. Vere. n. atræ bilis ægritudines, atq; furores, & morbi co- mitiales, ſolet ſe natura oppreſſa releuare, vel. ſ. ma

Digitized by Google

teriam inutilem a membris intimis ac principalibus ad extimã cutim emittendo, vel ad partes ignobiliores, quales ſunt glandulosæ, & articulorũ compagines detrudẽdo, ſunt enim hæ præ cæteris ad ſuſcipiẽdas aperte ſuperfluitates, vt cõſtat ex Gal. expoſitione in aphoriſmorũ quartæ particulæ ita dicentẽ. Quicũq; in febribus laſſitudinem habẽt, iis ad articulos atq; maxillas abſceſſus fiunt. Primum innuit Hip. modũ, quũ ĩ altero aphoriſmo lichenas lepras & puſtulas vlcerosas inter morbos vernales, quorũ nõnulli iuxta eũdem Hip. æſtati cõmunicantur, enumerat. Secundum vero cum phymata quæ ſunt tubercula proprie in partibus glanduloſis (vt Pau. atq; Gal. ſentiunt) orientia, ac præterea articulorum dolores adiſigit. Quare in morbo gallico, vnaq; eadẽ materia & puſtulas facere, & dolorem in articulis creditur excitare, ac quãtũ ad hoc attinet non duo morbi, ſed vnus tãtum, cuius dolor eſt ſymptoma, reputatur. Illi enim ipſi, qui nullas habent puſtulas in ſuperficie exteriore, ſimiles tamen abſceſſus habere intrinſecus poſſunt, cum maiore aliquãdo (vt diximus) cruciatu. Immo nõnulli medici in quibuſdã mortuis, quos morbus gallicus viuentes infeſtarat, eius morbi explorãdi gratia diſſectis, ita eſſe depræhenderunt, cui quidẽ rei præter ſenſum etiam ratio adſtipulatur, quoniã (vt inquit Galenus) in libro qui de cholera nigra inſcribitur, haud quaquã credendum eſt partes interiores eſſe adamãtinas, vt non eiſdẽ, quibus videmus exteriores affici, noxis ſubiiciãtur. Hæc habui quę de morbi gallici natura, cauſſiſue, quũ morbi ipſius tum caſuũ idẽ morbo aſſidentium ſcriberẽ. Quod ſi forte a me expectabat, vt morbũ gallicum vno aliquo nomine apud antiquos vſitato, tanq̃ ſimplicẽ ſpeciem

Digitized by Google

ſpeciē deſignarē, nō potuiſſe me aliter q̄ ipſius morbi natura multiplex exigebat explanare tādē intelliget, ſi animaduerterit Hip. tātū in doctrina virū ſimilē epidemiā ex ſimili cauſſa ſuo tēpore factam per varia vlcerū atq; tumorum genera deſcripſiſſe. Quod ſi qs plus ſe Hip. ſapere arbitratur, is morbū gallicū tētet melius definire. Nos quæ de eodē morbo ſentiebamus pro noſtri ingenii imbecillitate p̄ſenti opere in mediū contulimus. Si quis vero illud a me poſtremo exigebat, vt quibuſnā eidem morbo remediis ſuccurratur edocerē qui vt multiplex eſt, ita multiplicē curationem deſiderat id me non ſine multa opis plixitate facere potuiſſe qſquis peritus iudicabit, cū in ſingula puſtularū genera, ſingula medicamēta ſcribēda fuerint, qbus tn̄ plena ſunt oīum fere medicorū volumia. Quare eadē hoc in loco repetere nō modo lōgus, ſed ēt ſupuacuus forte labor fuiſſe. Illud tamē in vniuerſum volo admonere cauēdū eſſe a medicis, ne more mali ſutoris eodē calceo pedes oēs induere laborantis, ipſi quoq; morbū gallicū, eadē in oībus medicina ſanare ſtudeant, ne ve enim (quod plurimi faciūt deceptores) parū puro corpori vnctiōes ex reprimētibus ſupinducant. Hæc enim vt cutē aliquādo librāt atq; in p̄ſentia leuāt, ita morbū vertūt ad interiora, & faciūt priore periculoſiorē. Quare vt etiā aliqua ex parte curandi viā ac rationē attingā, nihil adeo expedire i hoc morbo pu -o, q̄ plenis venis multū ſāguinis mittere, ſicuti vbi flaua bilis in corpore redundauerit, hunc præcipue humorē cōuenieti pharmaco euacuare. Vbi atra inualuerit, hāc quoq; idonea educere medicina ita & ſalſam pituitā & quaſcūq; alias totius corporis ſupfluitates, propriis medicamētis expurgare. Et quoniā vt ſentit Gal. atq; etiā Auic. Raro

Digitized by Google

humores ſimplices puſtulas faciunt ad morbos cõpoſitos cõpoſita etiã medicamẽta ſunt adhibenda. Quae curationis ratio nõ modo in his quę intra ſumuntur, ſed & in illis quae extrinſecus imponuntur eſt (vt arbitror) obſeruãtia. Quoniã ſicuti nõ eædẽ omnibus purgationes, ita neq; vnctiones proſunt, quãtum vero ad victus attinet modũ, in eo ſeruãdo duorum præcipue aphoriſmorũ qui ſecũda particula ſcribũtur ab Hippocrate debemus meminiſſe, quorũ alter corrupta corpora quãto maius nutriũtur, tãto plus lædi pnũciat, alter vero & hoc ipſum inſinuat & præterea corrupta ab integris dignoſcere docet, vbi enim fauces ęgrotãt, aut tubercula naſcuntur in corpore cõſiderãda eſſe excremẽta proponit, ſi enim biliosa fuerint, idicio ſunt corpus male ſe habere, ſi ſanis ſimilia poſſe corpus ſine piculo ali. Qualia etiã debeãt eſſe quæcũq; offeruntur alimẽta ex iis quę ſupra diximus cõſtare arbitramur, talia. ſ. q̃ humores minime malos aut ad putreſcendũ paratos ſint apta generare, q̃ deniq; cauſſis morbũ faciẽtibus cõtrariã oĩno habeãt naturam. Hæc ſunt qua de morbi gallici curatione ſummatim breuiterq; pertrãſeo, forte altero volumine latius executurus, ſi hãc primã noſtrã cõtẽplationẽ gratã fuiſſe legẽtibus intellexero. Tãtũ tamẽ abeſt vt quę vel ad aliorũ opinionũ cõfutationẽ vel ad propriæ opinionis ſcripſi corroborationẽ, loco ſentẽtiarũ haberi velim, vt vltro omnis medicæ artis profeſſores hortor ac rogem me in meis ſcriptis diligenter examinent, corrigant, atq; redarguant, paratum quæ me male fuiſſe opinatum demonſtrauerint, vt philoſophum decet, retractare.

Explicit liber morbi gallici Nic. Leoniceni.

Digitized by Google

AD REVEREN DISS. IN CHRISTO PATREM

Illuſtriſſimum Principē ac dominū D. ALBERTVM S. Romanę eccleſię Tituli ſancti Chryſogoni preſbyterū Cardinalē, Moguntiñ. & Magdeburgeñ. Archiepiſcopum, principē electorem, Primatem per Germaniā, Sacri Romani imperii Archicancellarium, Halberſtadienſis eccleſiæ adminiſtratorem, Marchionem Brandenburgenſem, Stetineñ. Pometaniæ ducem, Sclauorum, Caſſuborumq; Rhugiæ, principem, D. ſuum colendiſſimū, in librū ſuum de Guaiaci medicina & morbo Gallico, VLRICHI de Hutten Eq. Præfatio.

HOc nono ineunte anno, nequid a more intantum paſſim antiquato, vt legis iā loco ſit, diſceſſiſſe videar, ecce Saturnalitiū tibi munus, ALBERTE Cardinalis, ac Princeps omnium optime, non tale quidem iſti, qualia mittunt circa diuitiarū oſtentationem ambitioſi homines, ſed quale ipſum me dare poſſe & intelligis & gratum habes, Libellum de magnifica Guaiaci vi ac virtute, quem compoſui, non tam vt eius medicinæ, cuius ope ex morbo omnium peſſimo conualui, teſtatum meis literis præconium eſſet, quam vt tibi, ſic de me, ſic de optimo quoq; merito, gratificarer. Iā tu ſoles enim vt cum bono Poeta dicam.

Meas eſſe aliquid putare nugas.

Atq; ita me habes, vt non ſolum tua dignum aula, quod præter vulgarem principum ſentētiam, ſatis ſuperq; fuerat exiſtimes, ſed meum etiā qualecūq;

Digitized by Google

ideſt obſequium, veluti rem tibi honorificam, verbis glorioſe iactes. Tantūq; abeſt, meam tibi præſentiam grauem uideri, vt tibi pulchri etiā aliquid acceſſiſſe, quod domeſticum Huttenum habeas, arbitreris. Noui quos apud viros, qua me prædicatione extuleris, ſummo per Chriſtū bonitatis tuæ argumento, ex qua vel vna re intelligere licet, quāta fortunam hanc humanitate temperes, & tuum conſilium quam non ſit vanum, quo decreuiſti, vt iſtos armatos iuxta te ſtipatores habere, ita hominibus literatura præditis, cinctus & inſtructus, hinc auream Moguntiam, inuictos iſtinc Saxones gubernare, nec te adhuc perdidiſſe quod in me contuleris aliquid exiſtimas. Verum iam adhuc exporrectam aduerſum me vtrāq; manum habes, cum ego ſentiā maiora tua eſſe beneficia, quā vt vllum meū poſſit hæc demerere obſequiū. Ob idq; petere abs te aliquid vix auſim, quum tu ea prius dederis quæ rogare verecundia erat, adeo in me liberabiliter beneſice adeo effundi ſoles, nō Cardinalis primū aut Archiepiſcopus, ſed olim etiā, his haud dum poteſtatibus præditus. Hinc ego non exultem? hinc me non fortunatum iudicem? Aut cum ille dixerit,

Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt,

Ego non eximiam meam fœlicitatem agnoſcā, qđ tibi non Principi modo, ſed ſummo etiam, non Epiſcopo tantum, ſed & Archiepiſcopo, ideſt epiſcoporum Principi, & Cardinali, ideſt e paucis in quibus tanquā neceſſariis quibuſdam cardinibus Romana vertitur eccleſia, vni, ſic placeam, vt me placere intelligant multi? Quod faxit deus OPT. MAX. vt nobis perpetuum ſit, quo videant homines nec ineptum fuiſſe hoc tuum iudicium, nec me indignum quem tu ſic complecteteris, ac iſtis

Digitized by Google

ilia rumpantur indocte doctis, qui nos, qui literas, non tam publico ſtudiorum incommodo, quam fœdo Principum Germanorum dedecore, tot iam annos impune perſequuntur, quando tibi aures, tibi oculos eſſe videbunt, ſuam extremum periclitari barbariem, ſe, vt ignauum pecus, prædatores fucos, ideſt non inutiliter tantum ſtudioſos, ſed ſtudiorum adhuc perniciem a melliferarum apium aluearibus, ideſt a fructuoſiſſimarum diſciplinarum cultu, & fortiter arceri, & longum exulare cognoſcent. Poſſumus enim non optime proſpectum nobis dicere, cum tu tantus patronus, tam benigne nobis arrideas? cuius rei primum Germaniæ documentum ex me prodiit, quem tu in familiaritatem & in ſinum adeo tuum cum acciperes primum, obſcure ſentiebas, quæ doctorum hominum expectatio, quæ opinio, quod iudicium eſſet? & non tacite muſſitabas tecum ipſe Vergilianum illud?

Feret hæc aliquam tibi fama ſalutem,

Sic eſt profecto, fuitque non minus iucundum tibi, quod videres haud indigno loco poſitum tuum beneficium, quam mihi plauſibile quod ex illa communi ſtudiorum iactatione, tutum & ſalutarem inueniſſem otio meo portum. Atque inter cætera, quæ familiari ſæpe vultu confers mecum, bene ſperare nos iubes, hoc promittens quantum in te ſit, munitam hāc nobis ad id quo tendimus viam eſſe, qua tua gratia fretus, auſum iam vt inſultare barbaris, ita ad res pulcherrimas excitare æquales, & quoties aliqua incumbit perſequutio, ad te veluti, ad commune quoddam bonorum aſylum, voco ex bonis aliquem, hoc magni iterum poetę ingeminans,

Huc tandem concede, hæc ara tuebitur omnes,

Tanto, quod videmus, fructu, vt iam multos hinc erexerim quoſdam illinc impatientiſſimo ſuo fremitu abiecerim ac depreſſerim. En te vnum igitur omnino, aut certe ex pauciſſimis vnum cui ego oculos, cui intellectum eſſe dicam. Quod de te ſcribere, quã neq; pro tempore eſt, atq; is ẽ tuus candor, vt quãlibet etiam laudem immodicam exiſtimes facile ad præſens ſuperſedeo, quod caput eſt inculcans tibi, hoc munuſculum gratanter vt accipias, quod etſi exiguum eſt, tanti a me ſit tamen, vt magnum quid perdidiſſe me, ſi de vuulgo amicorũ dedicem id alicui, arbitrer. Nam cũ rem ibi tractem meo iudicio permagnam, non niſi magni illã viri auſpiciis egredi volebam. An non præclarum exiſtimare licet, quicquid id eſt, quod non mihi tantum, ſed aliquot præterea millibus, ex ſumma deſperatione manifeſtam peperit ſalutem? Niſi ita colendus eſt animus, vt corporis adminiculum pro neglecto penitus habeatur? At ille Appollinis oraculo ſapiens iudicatus Socrates, inter pauca bonam corporis habitudinem in voto habuit. Pyrrhus clariſſimus Epirotarum rex, idem a diis præcatus legitur, & cõmuni omniũ conſenſu ſapienter orare credũtur qui orãt,

Vt ſit mens ſana in corpore ſano.

Proinde hunc maxime campum mihi delegi hoc tempore in quo hęc qualis, qualis eſt vena procurrat, ſi non vt debet, ſaltem vt poteſt, cum illius te præmoneam. vulgo triti,

Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas,

Si quo impetu quæras, hac dico ratione, vt cum atrocis iam pridem inimici, crudelis Tyranni, immane facinus, deteſtabilem iniuriam, iniquiſſimum factũ, ſtilo illuſtrauerim, idq; miſerrimo meo tempore, nefas eſſe putem, hoc committere, vt diuinũ

Digitized by Google

hoc beneficium, hoc cœlo delapſum auxilium, iam reſtitutus mihi, iamq; valens ac vegetus, quacunq; poſſim ingenii ope, ab obliuionis iniuria non vendicem. Vbi quid refert ſæpe declamatū a me prius dicere, quantam ego pecuniam curando hoc morbo elocauerim? Quas torturas, quæ ſupplicia ſub Chirurgicis exhauſerim? quas cruces tulerim? Quātum mihi virium ex medicorū inſcitia deperierit, cum tuo hæc gemitu teſtatus, iā ſæpe & apud multos ſis. Non immenſum hoc mihi exiſtimandum igitur eſt, potuiſſe reſtitui ex morbo, in quo nō ſolum dolores paſſus ſum acerbiores, quam vt in his viuēdum fuerit, ſed fœditate etiam tanta fui, vt omniū prope rerum ipſum me ægerrime tulerim? Age autem, quod fuit vitę ibi periculum? Quam putabant homines actum de Hutteno? Tu vero quam non fruſtra dicebas te, ſi commodius valerem, vti mea poſſe opera? quod effectum cum ſit, & depulſa omni inualetudine, vires ita receperim vt de nouo factus ac renatus homo videar, non applaudam ipſe mihi, in eius rei commemoratione, quæ hanc ſalutem præſtitit? Non iucundum hoc mihi opuſculum erit, qui facio, & non chariſſimus cui illud dono? Vbi quidem vnum hoc hæſitabam, vt acciperent homines hanc deſcriptionem. Verebar enim ne eſſent quibus monſtra nuntiare viderer, & cum ea ſit hæc medicina, vt multorum eam fides reſpuat, medicorum placita non agnoſcant, metuebam poſſe fieri vt non fabulam putarent aliqui effingi hanc a me, aut dum rem incognitam tracto, hoc credant, in reſtitutæ mihi valetudinis iactatione effuſius ꝓgredi. Neq; ita curioſe quēquā hæc tractaturū puto, vt neget in Guaiaci deſcriptione

Digitized by Google

librum a me fieri oportuiſſe, cum Braſſicæ volu-
men dicauerit Chryſippus, eamq; immenſo plus,
vt inquit Plinius, laudauerit M. Cato, & de Ra-
phano librum ſcripſerit Marchiō Græcus, de Scyl-
la Pythagoras. Quod ſi pro diis olim coluerunt
Allium & Cepas Aegiptii, ego non adorem Gua-
iacum? Profecto indignum nihil facio, immode-
ratum nihil. Vbi fere apud te iudicem poſſum illum
mirabiliter probum, & quo alius ſyncerior fieri nō
poteſt, Henrichum Stromerum, tibi a medicinis,
ita, vt eum patiar libelli huius Ariſtarchum abs te
conſtitui, non tam quia mihi conſentientibus per
omnia ſenſibus virum eſſe ſcio, quam tui charita-
te, quia mirifice flagrat, & quia hoc in viro vt in-
tegritas eſt eximia, ita iudicium eminet ſupra vul-
garem Medicorum ſortem. Quibus etiam virtuti-
bus in intimis eſſe tibi meruit, nouo iterum huma-
nitatis tuæ documento, magna virtutis opinione.
Quid reſtat igitur, niſi vt ob hæc officia, hanc pie-
tatem ſanctiſſimorum virorum Calendario, im-
mortalium Heroum albo inſeramus te? Sed iam
ad meum munuſculum reuertar, hunc librum quo
perſcribendo, ita ſcias me tractare ſtudium Me-
dicinæ, non vt diſcipulum Medicorum agnoſcas,
ſed vt exploratorem in his literis verſatum ſuſpi-
cari poſſis. Quod cuiuſmodi ſit vt intelligas, ama-
bo te Optime Princeps ab iſtis pauliſper magnis
diuerſus curis, huc animum aduerte.

Digitized by Google

VLRICHI DE HVTTEN EQ. GER. DE ADMIRANDA GVAIACI MEDICINA.

& morbi Galeni curatione ad Principem Albertum Cardinalem & Archiepiſcopum, Liber vnus.

De morbo Gallici ortu & nomine. Caput. I.

VIſum Deo eſt, & noſtra ætate morbos oriri maioribus, vt exiſtimare licet, incognitos, Annus fuit a Chriſto nato poſt milleſimum & quadringenteſimũ nonageſimuſtertius aut circa, cum irrepſit peſtiferum malum, nõ in Gallia quidem, ſed apud Neapolim primum, nomen vero inde ſortitum eſt, quod in Gallorum exercitu, qui illic Caroli Regis ſui auſpiciis belligerabat, apparuit prius quam vſquam alibi, Qua occaſione Galli ominoſam ab ſe appellationem amolientes non Gallicũ hunc, ſed morbum Neapolitanum vocant, & contumeliam agnoſcũt cognominem ſibi peſtem fieri. Peruicit tamen gentium conſenſus, & nos hoc opuſculo Gallicum dicemus, non inuidia quidem gentis clariſſimæ, & qua vix alia ſit hoc tempore ciuilior aut hoſpitalior, ſed veriti ne non ſatis intelligant omnes, ſi quolibet alio nomine rem ſignemus. Mira eum ſtatim ſuperſtitio excepit, quibuſdã diui neſcio cuius a nomine Meuium vocantibus, Aliis ab Iobbi ſcabie origenem eius repetentibus, quem credo in Diuos retulit hęc lues. Haud alio creditus

tunc eſt, languiſſe morbo Euagrius oliꝫ Monachus
cum per deſerta frigus immoderate ferens, & cruda
manducãs, papulis afficeretur. Itaq; petitus & ipſe
maximis itineribus, magno ad ſacellum eius quod
in Veſterichis eſt, facto hominum concurſu, offeren
tiũ munera affatim. Idq; ignoto eius adhuc in vul-
go per Germaniam nomine, Fiacriũ dicebãt enim
pro Euagrio. Neq; vt vixiſſent quærebant, poſſe tã
tum iuuare credebant. Tales fuerunt hoc in terro-
re, ſic ortæ hominũ opiniones. Suſpenſa & ad Ro-
chum ſigna, ac omnium ab antiquo refricata vlce-
ra. Si ſtudio pietatis, non improbo, ſin vt aliquid
expiſcarentur, quiqui fuerunt, cõmentores, miror
tanta in publica conſternatione, in tam miſerabili
humani generis calamitate, cõmuni dolore, fraudi
locũ fuiſſe. Ibi tum dei irã interpretati ſunt Theo-
logi, quem hanc malorum a nobis morum pœnam
exigere, hoc ſupplicium ſumere, ac ſi in ſupernum
illud concilium admiſſi aliquando didiciſſent, pu-
blice docuerunt, quaſi nunquam peius vixerint ho-
mines, aut non aureo illo Auguſti & Tyberii ſæcu
lo, quod Chriſtum quoq; verſari in terris contigit,
peſſimi etiam morbi cœperint. Vel hanc vim natu
ra non habeat, vt nouos ſubinde morbos inuehat,
maximam interdum in rebus, etiam aliis mutatio-
nem adferat. Aut vero noſtra ſtatim tempeſtate,
atq; hoc biennio demum, quia morati optime ho-
mines ſint, ægritudini remedium inueniatur Gua-
iacũ. Adeo inter ſe pugnant, quæ illi mentes vt ſibi
videtur deorum exponentes, nobis concionantur,
factum deinde Medicis negotium, non quid tolle-
ret morbum, ſed quid faciat inquirentibus. Fugie-
bant eius porro aſpectum, nedum contractu abſti-
nebãt, vt morbi preterea nullius, Quippe tãta fuit,

Digitized by Google

eum primum oriretur, fœditate, vt qui nunc graſſatur vix illius generis eſſe putetur. Vlcera in quernę glandis ſpeciem & magnitudinem, aſpera, exporrecta, ſpurcus ab his profluẽs humor, fœtor vero tãtus exhalans vt cuius nares contigiſſet odor ille, infici mox crederetur. Color poſtulis ex nigro vireſcens, ipſæ adſpectu magis ægros quam dolore cruciabant. Quamquã cruciabant etiam ſi qua inflãmari contigiſſet. Inuaſit non multo poſt ortum, in Germaniam, vbi latiſſime quantum alibi nuſquam diuagatus eſt. Quod ego in temperantiæ noſtræ tribuo. Qui tunc aſtra conſulebant, ſeptem nõ amplius annos graſſaturum hoc malum prædicebant, ſi de morbo & eius in vniuerſum appẽdicibus, falſi, Sin, de fœdiſſimo illo, & qui ſponte non tantum ex contagio, ſed aut cœli vitio, aut ordine fati proueniebat, veri. Neq; enim ſeptimũ multo annũ ſupra eius graſſatura fuit. Qui ſecutus eſt, & nunc paſſim vagatur, vt fœditate tollerabilior, quippe vlcuſculis interdum, haud multum eminentibus, & prę duris, interdum lata quædam ac ſerpens ſcabies, arenti ſquama carnem obducens perniciofior, vt qui altius penetrante veneno complures ſecũ morbos trahat. Hunc nulli hoc tempore adnaſci, niſi cõtagio qui ſe polluerit, credibile eſt, quod in concubitu maxime ſolet euenire. Vnde pueros rarius & ſenes, aut alio qui coitus exptes occupat. Facilius quãto quis ſalacior, & in venerem promptior. Iam quos corripuit, vt quiſq; viuit, ita eum aut cito deſerit, aut diu tenet, aut in totum conſumit. Omnibus in Italia & Hiſpania, ac ſicubi præterea ſobrii ſunt homines, mitior, nobis propter crapulam & victus intemperantiam, vt diutius inhæret, ita cõprẽhẽſos infeſtiſſime torquet, acerbiſſime adfligit.

Digitized by Google

De cauſis Morbi huius. Caput. II.

LAtentium eius cauſarũ nondũ definita a Medicis quæſtio eſt, at miſere diu iã agitata, & ſumma diſcordia conuerſata. In hoc cõuenere oẽs, quod intelligere promptũ ẽ quodã inſalubri aeris, qui eo tẽpore fuerit, adflatu, corruptos lacus, fontes, fluuios, ac ipſa etiã maria, Inde terrã cõtraxiſſe venenũ, infecta paſcua, venenatũ demiſſum ab aere vaporẽ, inde hauſiſſe ſpiritũ animalia. Repertus eſt enim in quibuſdã aliis etiã animãtibus hic morbus. Huc Aſtrologi ex ſyderũ motu ratiocinati in cõiũctionẽ, quæ fuit pauloãte Saturni & Martis, ac binas ſolis echlipſes cauſaʒ eius reiecerũt, oportuiſſe dictitãtes præſagire hæc, morbos pituitoſos & bilioſos, longos, tenaces, lentos. Quales ſunt Elephãtia, lepra, impetigo & quælibet peſſima ſcabies, ac puſtulæ, & ſi qua ſunt corpus deformãtes, & Podagra ac Chiragra, Paralyſis, Iſchia & articulorũ dolores, ac ſimilia incõmoda. Magis aũt Septẽtrioni id deſtinatũ, ꝑpter Aquarii ſignũ, quo prior echlipſis inciderit, & Occidenti propter piſces, qđ poſterior attigerit, dicebantq; Medici ægritudinẽ eſſe a malo intus ſucco & vitioſis humoribus, melãcholicis, aduſtis, aut flaua bile, vel pituita, ſiue ſalſa, ſiue aduſta, & ipſa aut aliquot horũ vel omnibus etiam ſimul permixtis, quorũ acore extra ad corporis ſupficiẽ eunte, aduri cutẽ & exulcerari, aut vero a crudis, lentis & craſſis in artus propelli, eiſq; dolorẽ cõcitari, tumores ſurgere, tubera innaſci, nodos colligi & ſinuari cutẽ, ſupra ẽt caput ĩfeſtari. Vniuerſim priſtinã corporis cõſtitutionẽ alterari. Quidã breuiter ex infecto ſanguine, corruptoq; & aduſto, luẽ hãc oriri dictitabãt. Atq; hęc incõpræhẽſibili eius adhuc natura diſputabãtur ambigue, nunc cõperta

Digitized by Google

ratione approbãtur etiã. Iuuatq; morbũ hũc putare aliud nihil eſſe, quã deprauati ſanguinis quãdam ſuppuratione͂, quæ poſt in tumores & nodos cõſiccata induretur, & cuius ſcaturigo quaſi quædam a male affecto pullulet iocinere. Amplius quę ſit eius natura, q̃ ſtatus ac qualitas, quãtę iã diu, quã odioſæ quęſtionis eſt? Quæ cõcertatiões? Quot opiniones? quã anxie diſputatæ? Atq; hoc præcipuæ in morbo, quãtũ noſtra ætate laboret Medicina, compertũ eſt. Silebãt ab eius ortu, totũ in Germaniam bie͂niũ Medici. Inde in prima me tũ pueritia cõſtituto, curã cæperũt, qua fruge, docuit euẽtus. Auſi tñ ſunt exotica miſcere nobis, & multa quæ minime oportuit inculcare. Memini tũc a Piſorũ eſu interdictum quibuſdã locis, quod in his vermiculi naſcebantur alati. Vnde infici crederetur, & carnis porcinæ, quod illud potiſſimũ animal, aut hoc aut quodam huic non abſimili vlceris genere laborabat.

In quos morbos deriuetur Gallicus. Caput. III.

Leuem hanc lue͂ faciũt quæ cõſequũtur eã atrociora. Ita in multa deriuatur enim hoc malum, vt in vno ineſſe morbos omnes videri poſſit. E quibus e͂ acris articulorũ dolor, primũ quide͂ ſimplex, deinde quæ dole͂t extumeſce͂tibus me͂bris, nõnullis quæ intumuerunt collectiones & tubera, vbi poulopoſt obcaluerũt, dici nõ põt, quos ĩtra ſe cruciatus alãt, peſſima hæc.n.morbi huius pars eſt. Nã hãc ſibi veluti arce͂ deligit vbi diutiſſime perſiſtat, ac vnde in vniuerſum corpus, oĩa dolorũ genera diſpergat, & iaculetur, tãto maiore cũ affectione, quãto ſuppuratione͂ tardius accipiũt huiuſmodi tumores. Omniũq; miſerrime torquet ac lacerat hic cruciatus. Mihi tale quoddã tuber ſupra talum ſiniſtri pedis introrſum, poſtq̃ ſemel callũ induxerat, octo

Digitized by Google

totos annos, nulla perunctionũ vti, nullis fomentis
emolliri, aut vt ſuppuraret cogi potuit, Videbatur-
ꝙ os id eſſe, donec Guaiaci nuper medela diſſipatũ
euanuit. Manent & mulieribus intra pudẽdas par-
tes vlcuſcula, miri diu veneni fomenta, atq; ea tãto
pernicioſa magis, quãto minus oculis eorũ, qui cau
te mulieribus cõgredi volunt, ſubiici patiuntur. Et
vel iccirco peſtilẽtiſſima eſt hæc morbi pars, quod
in ea vitare morbũ nõ licet, cũ huiuſcemodi mulie-
rum leuiſſima nõnunquã & ĩmũdiſſima ſint corpa,
cõtrahuntur & nerui ac indurãtur. Nõnunquã diſtẽ
duntur & laxi fiũt ac rigẽt. Interdũ morbus in merã
Podagrã exit, Quibuſdam in paralyſim ſoluitur &
Apoplexiã quæ dicitur, multis Leprã induxit, cre-
ditũq; eſt finitimos inter ſe morbos eſſe, tũ quibuſ-
dam ex cauſis, quæ vtriq; malo cõmunes ſunt, tum
vero ex euẽtu, quod in hãc ille frequẽter trãſmittat
ægrũ. Sæpe etiã quaſi febricitaturi ita inhorrẽt ho
mines ex doloris acerbitate. Naſcuntur & Vomicæ
quæ in Cancrũ aliquãdo & Fiſtulã abeunt, aut ma-
nantia diu vlcera, quæ in tãtũ frequẽter putreſcũt,
vt oſſa etiã denudẽt primũ, quæ deinde cariem cõ-
trahunt, & magno cũ periculo vitiantur. Quinetiã
lentiſſimæ cũ ſint morbi huius reliquię, ita emacre
ſcunt aſſiduitate mali homines, vt itima oſſa omni
cõſumpta carne, laxa cutis tegat. Hinc Priſici fiunt
interraneis tabo iã tũ defluẽtibus, Generatur & ca-
cesia plurimis, & aquã inter cutẽ ægri contrahunt,
nõnullis exulceratur veſica, & vtplurimũ iecur ac
ſtomachũ in totũ perdit hæc ægritudo. Verum ibi
falſum hoc eſt, quod videtur quibuſdã tubera, col-
lectiones, ſinus & nodos nõ eſſe huius morbi ꝓpria,
aut neceſſario eum cõſequi, ſed prouenire, his qui
peruncti ſint, ex argenti viui malitia. Quãquam in

Digitized by Google

hac opinione magna per germaniam medicorum pars, in hunc vſq; diem pertinaciſſime hæret. Sed hi quotquot ſunt, vt in aliis de hoc morbo multis turpiter fallũtur, ita hoc temere perſuadere conati ſunt. Nã contigiſſe hæc quos nulla vnquã tetigerit perunctio, ipſe vidi multis & in his Vlricho de Hutten patri meo.

Qua primum Medicina reſtitum hunc morbo ſit.
Caput. IIII.

IN hac Medicorum cõſternatione his erroribus ingeſſerunt ſe Chirugici manũ admolientes, ac primũ cauſticis exurere ſcabiẽ conati ſunt, dein de q̃a ĩmẽſum erat ſingula cõtingere, toties admoto medicamine, vlcera, excogitauerunt vnguento reſtinguere eum. Hoc aliter faciebãt, verum nullo quiſquã effectu, argẽtũ viuũ qui nõ addidiſſet. Cœdebãt in hũc vſum pulueres Myrrhę, maſticis, Cæruſſæ, baccarũ lauri, Aluminis, boli Armeniæ, Cinabaris, Minii, Corallii, Salis vſti, Viridis ęris, Scoriæ plũbi, plũbi vſti, Rubiginis ferri Reſinæ vulgaris, & Terebinthinæ Oleorũ optime omniũ laurinũ, deinde ſimplex Roſaceũ, Terebinthinũ, & magno effectu Iuniperinũ, ac Nardinũ. Adipes, Suillus Anſerinus, Vrſinus, humanus, melinus. Item pingue ex vngula bouilla, Butyrum præſertim quod mẽſe Maio coactũ eſſet, medulla cerui, ſepũ hircinũ: ceruinũq;: mel Roſaceũ: & quod virgineũ vocãt. Vermes terreni in puluerẽ piſti: aut oleo macerati: ac contuſi: Camphora: Euphorbium & Caſtoreum. Atq; harũ rerũ trib⁹: aut quattuor: aut pluribus nõ nũquam miſtis vngebant brachiorum & crurũ iuncturas: aliqui & ſpinam ac ceruicem: nonnulli tempora etiam: item & vmbilicum atq; iterũ alii vniuerſum corpus: Quibuſdam ſemel die: quibuſdam

Digitized by Google

bis, nõnullis tertio iterũ die, aut quarto Claudeba/ tur æger in æſtuario quod calebat aſſidue atq; in/ tẽſiſſime, alii viginti, triginta alii totos dies, nõnul/ li plures perunctũ lecto, qui intra æſtuariũ ſterne/ batur, apponebãt, ac multa ſuperiniecta veſte ſuda re cogebãt. Ille vix iterum accepto vnguẽto cœpit lãgueſcere, mirũ in modũ, tãta vnguẽti vis erat effe ctus, vt intra ſtomachũ qđ in ſummo corpore mor bi fuiſſet cõpelleret, inde ſurſum ad cerebrum, vnde per gulã & os defluebat morbus, tãta, tã violẽta in/ iuria vt dẽtes deciderẽt, qui nõ accurate ori inten/ diſſent. Omnibus certe exulcerabant̃ fauces, lingua & palatũ, intumebãt gingiuæ, dẽtes vacillabãt, ſpu tũm per ora ſine intermiſſione profluebat, omni p/ tinus fœtore olẽtius, tãto contagio, vt quicquid al/ luiſſet ſtatim inquinaret ac pollueret. Vnde & labia ſic contacta vlcus trahebant, & intus buccæ vulne rabãtur. Fœtebat omnis circa habitatio, atq; adeo durum erat hoc curationis genus, vt perire morbo cõplures, quã ſic leuari mallent. Quãquã vix cente/ ſimus quiſq; leuabatur recidiuo vt plurimũ ęgro, cũ vix paucos ad dies duraret eius iuuamẽtum. Quo argumẽto intelligere licet hac in ægritudine, quid ego tulerim vndecies curationẽ eã expertus. Tãto periculo, tã acerbo diſcrimine, cũ hoc malo nonum iã annum luctor, nõ ſegnius interim & alia quibus obſiſti morbo putabat̃ aggreſſus. Nã & balneis cu/ rabamur, & herbarũ fotu ac potionibus, & eroſiõe vlcerũ. Ad quẽ vſum adſumebatur Arſenicũ, Atra/ mentum, calcantũ viride æris, aut aqua quæ fortis vocatur, tanta cũ doloris acerbitate, vt credi poſ/ ſint nimis viuendi cupidi, qui non mori maluerint, quã ſic vitam proferre. Sed acerbiſſima omniũ fuit, quæ per vnctiõe fiebat curatio, & in ea miſerrimũ hoc, quod

Digitized by Google

hoc,quod qui ſic medebantur medicinā ipſi nō cal-
lebant. Neq; enim chirurgici hac tantū vtebantur,
ſed vt audaciſſimus quiſq; aut aliis viderat, aut ipſe
tulerat, ita circuibat, medicū agēs. Vno quopiā ad
omnes vnguēto vtebātur. Et vt ille ait, Vno calceo
omnes calceabāt. Vno collyrio omnes ſanabant. Si
quid accideret interim ægro, conſilii inopia, quid
ſuaderēt nō habebant. Ferebāturq; latrones, vt in
publico errore, cū obmuteſcētibus medicis experi-
ri omnibus, quid vellent, liberū eſſet. Itaq; nolo or-
dine aut preſcripto, niſi quod æſtu ac vapore cru-
ciabāt, ſimiliter omnes, nullius neq; temporis, neq;
corporū qualitatis habita ratione curabātur ægri.
Neq; inſcii perunctores, materiā quæ morbi cauſa
eſſet, ducta aluo ſubtrahebāt, aut circa eſum ac po
tum tēperantiā, aut vllum victus diſcrimen indice-
bant. Tandē eo incōmodi res veniebat, vt dētium
vſus adimeretur, ipſis vacillātibus. Os alioqui totū
vno occupāte vlcere, cibi appetētiā, frigefacto ſto-
macho, & turbante fœtore, amitterent ægri. Cūq;
ſitis eſſet intollerabilis, tamē quod ad ſtomachum
faceret potionis genus nullū inueniebatur. Multis
ad vertiginē, quibuſdā ad inſaniā vſq; infeſtabatur
cerebrū. Tremebāt inde nō manus tantū, ſed pedes
etiā & vniuerſum corpus ac lingua balbutiē trahe-
bat, nōnullis īmedicabilē. Multos in media acura-
tione interire vidi, & quendā noui ſic medentē, qui
tres vna die viros agricolas, cū intra hypocauſtum
plus æquo æſtuans cōcluſiſſet, ac illi ſalutis quā ſic
adepturos ſe ſperabant, ſtudio, patientius quā par
erat cōſiſterent, donec defectis per caloris vehemē
tiam cordibus, mori nō ſentirent, miſere iuiulauit.
Alios vidi intumeſcēte ad fauces gutture, quū exitū
non haberet, ſanies primum, quam in ſputo deiici

Digitized by Google

oportuit, deinde ipſe etiã ſpiritus ſuffocari, quoſdã cũ meiere nõ poſſent, mori. Omnino pauci cõualuerũt, atq; illi hoc pículo, hac amaritudine, his malis.

Quibus ego pſidiis fret⁹ hoc ĩ morbo ſim. Cap. V.

VSus ipſe ſum, quoties quidẽ perungerer, propulſandis quæ ori accidere poſſent, ſolo Alumine, quod in bucca cõtinebã, hincinde volutando dũ colliquæſceret. Vbi vero obligandis vlceribus: & fouẽdis artubus, dãda opa, fomenta vſurpabã herbis, Abſinthio, Camomilla, hyſſopo, pulegio, Arthemiſia Saluia, & huiuſmodi ex vino & aq̃ decoctis. Ad vlcera vero olim quidẽ Eyteluolfo ſuadente vnguẽto, qđ alumine, viridi ęris, melle puriſſimo & aceto ptibus per omnia æqualibus cõpnebã. Nuper quod a gregario in Italia milite didicerã aqua calcis quã ſic parabã, Aquã puteanã aut fluuialem purã in vaſe nondũ alio liquore imbuto coquebã, eã cũ feruentiſſime buliret calci viuæ (ea eſt quã aqua nõdũ cõtigit) ſuper fundebã, in labro aut cupa lignea mũda, necdum inquinata. Sic diſſoluta primũ calce, deinde quieſcere pmiſſa vbi ea in fundo cõſiderat, quę in ſummo natabat, ſpumã exemi, Calcẽ nõ moui, in medio relictã aquã lympidiſſimã defudi & ad vſum repoſui. Cum vti vellẽ ſphongia aut linteolo intincto nõnũquam vt potui & plerũq; calida fouebã vlcera, eluendo, ac ſaniẽ detergendo. Deinde linteoli partẽ ſic cõmadefactã appoſui, ac vlcera colligaui, vi huius aquæ ceſſabant dolores & tumor reſidebat. Vulnera emundabantur & calores, ac inflãmationes arcebantur, quodam cũ miraculo, cum incendat alioqui caloris ſui vehementia calix viua. Quod apponi his in caſibus poſſet efficatius inuentum nihil habui. Viſumq; eſt vno hoc præſidio fultum me, ſæuiſſime graſſante iam tum

Digitized by Google

morbo, imminentem perniciem declinaſſe, Vtebar & Caſſia aluum ſubducere ſi quando liberet, & ſudabam nõ raro, ac ſanguinem mittebam, detracto eo per cucurbitulas ſæpe. Monitus etiam in Italia miræ hoc eſſe efficaciæ, ſolitus ſum reſinam Therebinthinam edere mane nucis Iuglandis magnitudine. Hoc emẽdari ſanguinis vitia clamabãt, quod neſcio quale ſit & ventrem emoliri ac ſtomachum iuuari, quod vtrunque experiebar. Aiebant & neruis mederi eam non modico effectu, & artus confirmare. Atque his modis, ſimul cibi & potus abſtinentia, & vitæ parſimonia, multa effugi quæ me tanto tempore, tam iniquo Peregrinantem, vt plurimum, & rerum penuria aduerſa multa, adire coactũ, nunquam mihi conſtantem, inquietum ſemper, ac turbatum, conficere poterant. Idq; effeci, ne quis mihi adhuc neruus cum tot profundis ac malignis vlceribus adderentur tibiæ læſus ſit, ne quod os vitiatum, ne quando faciem corripuerit morbus, in ore & lingua ne quid vitii contigerit, interanea ſeruata vt ſint. Nam & a ſtomacho iniurias propuli, & iecur alia rariſſime ope defendi. Sed his auxiliis ſuſtinere morbum, potui extinguere non potui. Et lenire dolores, non cauſam doloris, ex cindere hoc erat, differre perniciem, non auferre. Præſentius e Guaiaco, cui nunc deſcribendo animum adieci remedium, immo ex vno ſalus.

Guaiaci deſcriptio & eius inuentio ac nomen. Caput. VI.

QVod ſi bonorum pariter malorumq; ſurſum imputanda, ratio eſt, quantũ ſuperis de Guaiaci beneficio debemus? Aut quanto hec benignitas latior, quam illa triſtis pœna? Tranſlatus eius e Spagnola inſula ad nos vſus eſt. Ea in occidẽ

Digitized by Google

re, iuxta Americã, atq; adeo ea parte ſita eſt, qua America longitudine in Septẽtrionẽ deſinit, ſimul cũ illa ſuperioribus annis, inter nouas terras, & antiquis incognitas reperta. Ipſius Inſulę omnes morbo Gallico aliquãdo laborãt accolæ, quẽadmodũ variolis nos. Neq; alio cõtra remedio vtũtur. Nobilis quidã Hiſpanus cũ Quæſtor in prouincia eſſet, ac morbo ipſo grauiter affligeretur mõſtrata ab Indigenis medicina, vſum eius in Hiſpanias attulit, primũ anxius, ne nõ trans mare, qualis in inſula, eẽt eius effectus. Nolebãt cõmẽdare ipſum Medici, tãtum videntes queſtui ſuo decedere, donec ſe intruſerunt vltro & ipſi hãc in curã, tanta ſtatim arrogãtia, vt negẽt reſtitui, qui trãſitis eorum præſcriptis Guaiacũ inſũat. Quod miror quomodo alicui perſuadeant, cũ ſit cognitum nullos fuiſſe vnquã illa in inſula medicos, Guaiaci vſum ſemper fuiſſe. Sed qd negotii medicis hac in curatiõe eſſe cõueniat, poſt paulo dicã. Nunc de re propoſita. Nomen ei fecerũt Guaiacũ. Sic enim litteris illud latinis, quod cũ hiatu HVIACVM pronunciant Inſulares, ab ipſorum ideomate exceperũt Hiſpani. Nam mihi narrauit Auguſtæ Paulus Ricius auditum ſibi ab Hiſpano, qui in inſula fuiſſet, primã nominis ſyllabã non Gua proferri a Spagnolenſibus, ſed exigere hoc gẽtis linguã, vt quæ latini ſic ſcribant, ipſi nõ g litera ſed u cũ flatili pronuntient vt ſit Huaiacum, apud eos triſſyllaba itẽ dictio, nõ Guaiacũ. Poſſumus & magnificã aliquã indigere illi appellationẽ quẽadmodum Philon Medicus, Alexipharmaca ſua deorum manus appellauit, & hodie medici, magna cõpoſitiones ſuas iactatione, vocant manus Chriſti, Apoſtolicon, gratia dei, Antidorũ paulinũ, & id genus ſuperſtitioſe inditis vocabulis. Aiunt creſcere,

qua apud nos Fraxinus, proceritate, arborē teretē, ac nuces gignere caſtanearum forma. Materia eius vnguinoſa eſt. Color qui buxo, ſed nigreſcens, Atq; id optimū putāt, in quo quāplurimū nigri eſt. Verū ita quod buxeū eſt, ab eo quod nigrū differt, vt hoc intus, illud extra ſit. Aut planius dicendo, vt medulla nigrū ſit. Pōderoſiſſimū eſt ipſum lignū. Itaq; nulla eius quāquā minutiſſima pars in aqua fluitat, ſed cōtinuo mergitur & ſubſidit. Duritiæ robur omne ſuperat. Tū prædurū eſt, vt quā minime hiet. Neq; enim adhuc vidimus, quod rimas traxiſſet, & q vēdunt, ſatiſcere negant. Vritur ac inflāmatur, odore non inſuaui. Ab accenſo gūmi profluit, quod nōdū ſcimus, quē in vſum cedat. Sub nigrum eſt, & ſtatim poſtquā deciderit per durū. Cortex haud ita dēſus, ſed imodice durus. Quibus indiciis animaduerſis, fieri poſſe haud credo, vt qui id adulterent, lateant emptorē. Nā vt coloris diſcerniculo fallatur quis, in quo vno omnia hæc cōuenire poſſunt: Pigueſcēdo reſinaceū quiddā ſpirās: pōdus quale nulli prætterea ligno: deinde hoc quod defluit ab inflāmato: Et vix ſecabilis eius durities: Et quod in aqua minutiſſime etiā inciſum non ſupernatat: Et ſapor q ſemel cognitus nunquā errare ſinet: Nequā ingratus eſt ille omnibus, mihi etiā iucundus. Non durare aiunt, & decoctū eius in æſtate, poſt tertiū ſtatim diē muceſſit, in hyeme paulo ſerius. Itaq; eligendū, quod quā maxime pigueſcit, & pondere valet. Eius eſt enim ſenecta leuitas & macretudo. Efficacię ab hac deſcriptione cauſas, longa diſputatione, ſi videtur, medici trahāt. Ego potius quod ſic gaudeo, quam quale ſit inquiro. Quāquā multū fateor illos mereri, qui primum cognitam eius per omnia natura, nobis tradent. Nunc vero ſunt nonnulli, qui

Digitized by Google

quaſi omnia rei indagarint veſtigia, ita ab his no-ris, vitium ſtatim eius ratione͂ expendunt. Id quod immature fieri ab illis reor, ſic exiſtimãs, vt in omni vniuerſim medicina, ſic in hac etiam poſt inue͂tam eam cognitumq́ eius vſum deinde quærendam rationem. Sed iam de vſu, & quomodo præparari ad medicinam ipſum conueniat.

De prę̨paratione Guaiaci in Medicina. Cap. VII.

PRæparatur hunc in modum. Lignum oportet primum in fruſtra, quantum licet puſilla comminui, quidam ad tornum hoc faciunt, deinde ramentum ipſum ſtatim commadefaciunt. Alii qđ deraſum eſt prius terunt, aut piſtillo tundunt vt in ſcobem plane & puluerem redigatur, quo penetratu facilius ſit, vt eius excoquatur vis. Quod neſcio an aliqui referat. Vidi qui ſerra conſcindere͂t prius, deinde partes diſſecatas lima atterere͂t, ipſam tandem limaturam aqua miſcerent. Verum, quicquid ideſt, aut deſculpta fruſta, aut elimatam ſcobe͂, aut contuſum puluerem, pondere vnius libræ, in aquæ fontanæ, aut fiuuiali, aut vt ego puteanæ, libris octo, diem & noctem macerant deinde percoqu͂ut, lento vapore, in olla vitreata noua, & diligenter elota, ad prunam horis amplius ſex, dum ad dimidiam partem ſe imminuat, magna cura & attenta cuſtodia, ne nimio calore ebulliat. Nam quod exundauerit, multum de vi perdere aiunt, & minus eſſe efficax. Ob idq; ad fla͂mam coqui no͂ ſuſtinet, & prunam quoq; modicã petit, ac ollã quæ no͂ repleatur ſed cuius tertia prope pars vacet. Spuma quæ iter coquendu͂ innatat detrahitur, vlceru͂ quibus obu͂git medicame͂to. Nã vim ei ineſſe deſiccatoriã efficaciſſimã cõperimus. Sic decoctu͂ vbi percolauerint, in ampullã vitreã defunde͂t, deinde ex relicta denuo

ſcobe, cũ libris octo, quãdã quaſi lorã aut tortiuum percoquunt, Hoc tenue ad cibũ potui dãt, prius ille ſui medicinæ loco ſorbetur. Atq; adeo totũ hoc, quod nos tanto tã graui morbo liberat, decoctum illud ẽ. Hoc rei caput, hic cardo in quo ſalus noſtra vertitur. Neq; tantũ nõ indiget alterius permixtiõe vllius, ſed miſceri etiãnũ vt paulopoſt oſtẽdã, nõ ſuſtinet. Cæterũ aquã ad hoc quæri, leuẽ & lympidã volũt quidã. Alii dulcẽ omnẽ admittũt indifferẽter, quod in coquendo qualis, qualis ſit depuretur. Cuſtodiã eã circa cocturã, ne exeſtuet, aut efferueat, adhuc neceſſariã omnes putant, iubentq; bene obturari, eſſe ollã, ne quid etiã deſpiret. Ea, vbi ſentit, prouenire ſpumã, leniter aperitur, illa exempta recluditur. Quod in vitro reponendũ curant, tantum eſt, in perſpicuo vt ſit, & melius, quia emundantur vitrea. color decocto eſt, qui aquæ ex limo modicũ turbatę. Intinctũ linũ virideſcit, mira ſpecie. Sapor primũ guſtantibus ſubacidus, paulatim aſſueſcenti iucũdus. Auſi ſunt mellis indere in librã vncias. iiii. medici. Quod vt nõ improbo, ita neceſſarium eſſe nego. Velimq; vbi nõ oporteat, nihil addi rei per ſe tantæ. Quid enim nauare operã vbi non opus eſt, iuuat? Neq; ita grauis Guaiaci ſapor eſt, vt melle tẽperai poſtulet Immo ſi per medicos liceat, nulli non gratus. Quãquã quid oportet medicos dicere, vbi de nugatoribus ſermo eſt. Nã qui docti ſunt, qui quæ periti, qualis o Princeps tuus ille & amicitiæ cauſa meus etiã Stromer, atq; itẽ Coppus, & ipſe a medicinis tibi qualis, hi intelligũt, quã nõ cõueniat, aut icognita tractare mutãdo, aut his addere qbus nõdũ deeſſe aliquid cõpertũ eſt. Id quod Stromer, ſermonẽ habẽtibus nobis de Guaiaco Aguſtæ, cũ multi ante ſuaſiſſent, vt me curatiõi huic cõmitterẽ

Digitized by Google

neq; vlli ego cederem propter rei nouitatē, multis grauiter, vt ſolet verbis deſuper habitis, vereri ſe dixit ſalutarē Guaiaci virtutē, ne qua ſuperuacua indoctorū Medicorū additio infamaret, quod ſi nō fuerit, tamē exploratū habere ſe, nihil poſſe aduerſus hunc morbū ſalutarius inueniri, effecitq; vt me incūctāter & nulla interpoſita mora in Guaiaci experimentū præcipitem ſtatim abiicerē. Quare hoc ſemel iā prædictum in vniuerſum ſatis eſſe volo, de Medicis hoc in opuſculo, quoties conquerar, hos me putare qui nulla eruditione, nulla peritia ſolo ſe titulo, & empto Doctoris nomine vulgo vendicāt. Qui græcas pariter ac latinas ignorāt literas, cū in nulla magis profeſſione, opus ſit literis ac eruditione, qui cū indoctiſſimi ſint, facile Germanorū ſimplicitate abutuntur, quādo ne nullius paſſi doctrina in dubiū venit, qui quidē Doctoris ſit nomine inſignitus. Quorſuʒ hęc tā multis? Vt me tuerer apud te princeps optime, contra eos, qui hac animaduerſa occaſione poſſent, vt æquo plus mordacem apud te deferre, Quod cū nuper facerent, de iurecōſultis & Theologis, quorū in ſtudia aiebāt immodeſtius īuectū me, cū ego īdoctos ibi tātū, & eos adhuc malos etiā hac literarum ſtudiis infenſos & acerbiſſime inimicos, momordiſſem, id effecerant vt me boni multi, iniquū ſibi putarēt, cū id a moribus primū meis, deinde ab īſtituto ēt eo in quo verſabar, lōgiſſime abeſſet. Quod cum te nō ignorare ſciā, miſſos facio circūforaneos punctores, latrones Medicos atq; illos etiā indoctos doctores, ad Guaiacum redeo, cuius in medicina vſus ſic habet.

Quis ſit curationis huius Modus. Cap. VIII.

IN conclaui res ideſt æger aeri minime, nedum ventis obnoxio, vbi ignis continuo ſit aut vt in

Digitized by Google

Germania, intra æſtiuariũ, non quod ſemper quidẽ caleat, ſed ab aere tantũ quod monitũ & occluſum ſit, nequis eũ omnino adſpiret aer, toto curationis huius tẽpore, cauẽdũq; etiam frigus. Itaq; in hieme ſi experiatur quis, vel autũno, curare eum oportet, ante lucano præſertim tẽpore ignis vt ſit, qđ tunc intenſius eſt frigus, feneſtrarum ſi quæ ſunt rimæ, gipſo aut calce explendæ, oſtio cænaculi, velũ aut tapetes obtenduntur, intus & foris, ne ingrediatur aut exeat, aerẽ intromittat. Sic iſtructo, paulatim cibus ſubtrahitur, primo quarta pars eius, quẽ ſumere cõſueuerat, deinde tertia, poſt paulo dimidium, vt eſurire diſcat, & vinũ detur aqua valde dilutum, ibi tum aluus ducitur, medicina indita purgatoria, ſiue cũ delectu ea ſumatur, quæ ſatis puteĩ ad præſcindendã cauſam, aut eximendã materiã, quę morbum fouet, ſiue ſimpliciter talis, vt inanem reddat ventrẽ. Nã hoc tãtũ quęri video, quo curato ſtatim opus hoc auſpicari licet, hunc in modũ. Prius illud & valentius decoctũ, bis die propinatur, tepidum, cyatho vno, mane quidẽ ad quintã vel iuxta horã, noctu octaua. Porro cyathũ vocamus, dimidii libræ vnius capax poculũ. Qua ratione colligere datur, vt cũ ad decoctionẽ vnius ligni libræ, infundãtur aquæ octo, & inter coquendũ eius dimidiũ cõſumptũ oporteat, ac librę quattuor ſuperſint, biſq; de vna potetur, vt vnius libræ Guaiaci decoctio in quattuor dies ſufficiat. Inoleuit hoc enim apud Medicos, liquores etiam ad pondus vt metiantur, ob literatis in totũ menſurarũ nominibus. Bibitur raptim, ſine interſpiratione, poſt bibitũ interquieſcendũ horis amplius quattuor, & duabus quidem primis cõtectũ eſſe oportet, vt caloris ope digeſto, in artus medicamẽto, noxiũ quid exudet æger, cđ

quanti mométi ſit, dicã ſuo loco. Quin etiam hora antequã bibat tota, iubetur cõtegi vt caleſcat. Sũt qui negent ante quintã poſt acceptũ poculũ horã, electo ſurgendũ, cibus ſumitur medio nõ prius die quãtum fieri poteſt exiguus. Nã inanẽ cõprimis vẽtrem quęrit hoc medicamẽtũ. Itaq; ſumẽdus cibus, nõ qui vacuũ hoc vel ex parte impleat, ſed deficere qui nõ ſinat, ac vtinã ſuſtẽtet, non vires qui augeat, neq; ibi periculũ, metui debet, quãdoquidẽ vis ineſt Guaiaco reficere, & cõfirmare, ſed nõ niſi inanes. & omnino aiũt neminẽ deficere, quãtũcũq; parũ edat, modo decoctũ id fideliter bibat. Interim niſi vlcera ſint aut vulnera, nihil foris illinitur, his vero vnguẽtũ albũ, quod crudũ vocãt ex Ceruſſa & oleo roſaceo cũ camphora, imponitur linteolo adlitũ, Quidã ſola ſpuma obungũt, aut deſiccatã eã in puluiſculũ adſpergũt, Sane præter ſpumã nihil decocti huius forinſecus adponitur. Atq; aliqui breuiore tẽpore ſaneſcũt, quidã ſerius. Tricenis magna pars diebus. Quindecimo die aluũ duci iterũ iubent. Iccirco arbitror quod vt Alexãder Aphrodiſiæus putat, fameſcentes ſolito cibi vſu prætermiſſo, vileſcunt, & materiã aggregãt acriorẽ. Itaq; de purgatione, qđ ſic collectũ eſt extrahitur, vt vacuum maneat ægri corpus. Et tunc quidẽ mane nõ bibitur, ad noctem ſtatim reditur ad potionẽ, ac poſt eũ diẽ largius adſumitur cibus. Iterũq; vigeſimo liberalius. Quãquã debet & hoc liberalius, & illud largius, parum quiddam eſſe, vt ſequenti capite oſtendam. Quod cauẽtes quidam, ne quod medicinæ operationi impedimentum inde accederet, totos æqualiter triginta dies vnam edendi legem tenuerunt, omnino tanto melius celeriuſq; prouenit iuuamentum hoc, quãto quis fortius eſuritionẽ ferre potuit, Vrget aũt ma-

Digitized by Google

gis ac magis indies edendi auiditas, ſed cõtinere ſe quiſq;, certus ſalutis, ſi id faciat, meminerit. Sic decoctũ enim & exinanitum corpus, non fame tantũ, ſed ſudoribus etiam ad inter mortuũ diu, morbi infeſtatione cibi ac potus appetentiam redit. Vbi iã ad finem curationis peruentum eſt, vt prope egredi velit æger, ſumendũ iterũ quod purget medicamentũ, ſed ita vt poſt purgationẽ quatuor aut ſex rurſum diebus vt prius bibatur. Quẽ curationi huic Colophonẽ quaſi imponere iubẽt, Sunt qui præcipiant conclaue vbi æger cubat, non excedendum, prius quã omnis in totum morbus ſit ab actus, & reſtituta valetudo. Alii triginta dies ſatis eſſe putãt, quibus concludatur quis, poſt exire poſſe, ſed caute, & longius ac lõgius, nec in apertũ ſtatim, ſed primum intra parietes, & de vno cœnaculo in aliud in ambulãdũ deinde ad viciñã aliquam non longius domũ, donec ferre aerẽ adſueſcat. Nihil enim repẽte mutari debet ibi, omnibus paulatim adſueſcẽdũ. Quod ſupereſt morbi poſt egreſſum celerrime ſaneſcere aiunt, idq; ita eſſe, in me ipſe cõperi. Nã triginta dies cũ abiiſſent, necdũ vlcera, quæ in tibia erãt, cicatricẽ obduxiſſent omnia, continui me alios adhuc decem dies, quibus & ipſis per actis, nõdũ tamẽ conualueram. Quãobrem metu frigoris, quod incipiebat hyems, adiicere alios rurſum dies decreui, verũ medici adactus perſuaſiõe, vt egrederer, periculũ feci, nec male inceſſit, quãquã eſſent tunc vlcera non alta quidẽ, aut quæ tumerent, ſed in ſumma cute & quibus illud tãtũ deeſſet quod nõ cõtegeret caro, quod in tantũ ægre aſſecutus ſum vt vix quadrageſimo poſt egreſſum die, ex toto, obducta ſit, cũ ego interim acri iã tũ hyeme, e Vindelicis ĩ Frãcos iter facerẽ, Moræ eius cauſas ipſe coniiciebã, qđ me

Digitized by Google

dici permiſſu, plenius quã oportuiſſe poſt cognoui, cibũ aſſumpſiſſem, & quod is mihi tenuius quã de/buit: decoxiſſet potionẽ. Vſus ſum enim ligni pon/dere quinq; nõ plene librarum: cũ alii octo: nõnulli decẽ inſumerẽt decepto in hoc medico: quod cũ gracile mihi natura corpus eſſe: deinde morbi diuturnitate etiã extenuatũ videret: parũ quid ſatis eſſe: cui vis morbi cederet putauit: ob idq; etiã largius pa/uerat: cũ vereretur nimiũ viribus ne deſtituerer: duplici errore. Quod & nõ quale iã tũ corpus eſſet: verum quale eſſe ſoleret: vidẽdũ erat: & ea medicinæ huius natura eſt: neminẽ deſtitui vt ſinat. Quare ẽt infirmiſſimis nõ minus: ſed aliquãto plus etiã dãdũ eſt: quia nihil cũ impetu facit: cũ eius iuuamentũ ſit paulatim ſanare. Atq; igitur illud decoctum magis probo: quod ad ignẽ diutius fuit: & quod a multo ligno paucũ prouenit: ita vt ſuadeam: quo efficacius fiat: ad tertiã ſæpe partẽ decoquere. Porro aluum quæ aſtringi ſolet: vbi: ſoluere ſi volet quis: pului/ſculã e ſcobe Guaiaci decoctũ ex aqua: bibere ſemũcia ſuadẽt i aurora. Idq; ſi ſemel nõ moueat: repetẽ/dum eſſe volũt Mihi ne repetitũ quidẽ ceſſit hoc.

De ratione victus in curatione hac. Cap. IX.

CIrca victus rationẽ adhuc pugna eſt. Quidam ſolo pane quod ſimpliciſſimũ nutrimẽtũ vocat Galenus: cũ paſſularũ modico: viuendũ cẽſent: eiq; dant quattuor vnciarũ ſine ſale aut cõdimẽto: omniq; in vniuerſum obſonio arbitrãtur abſtinen/dũ: niſi quod a pullo gallinaceo ius aliquod ſorberi patiuntur: aut cũ pane inibi madefacto edi ſemel die. Nã veſperi præter paſſulas & panis vnciã: nihil dant. Alii dimidiũ pulli gallinacei: adhuc molliuſculi: aut ſi is adoluerit: quartã partẽ: in aqua pura eli/xi: eiq; nõ ſalẽ: nõ condimentũ aliquod apponunt:

Digitized by Google

niſi quod ſaccarũ induunt aliqui. Panis vero terũtiũ dant. Veſperi vt prius paſſuas: cũ panis vncia. Obſeruãdũ autẽ toto curationis huius tẽpore: ne quis salẽ omnino deguſtet: panẽ probant triticeũ: albũ e bene cribrata farina: quẽ ad hoc parãtes ſaccaro cõdiunt: quod non abhorret. Sunt qui huic menſæ adiiciãt: nõ tam cibi vice: quã medicinæ loco: parũ Boraginis aut foliorũ tantũ: aut ſi ſint: florũ etiam: quod in aqua decoctũ: aut cum pullo: eſtur vt olus: atq; hanc circa victũ obſeruationẽ perpetuo tenẽt aliqui. Nõnullis videntur quindecim dies ſatis eſſe: deinde leuius famẽ ſuſtineri volũt: & vigeſimo qdẽ die bis cibũ dant: quod viderint qui ſequentur. Certe enim hoc fert medicina hæc: vt iedia: quãta poſſit maxima: extenuetur æger. Quãquã nõnullis cõtigit: intra quindecim dies in totũ reſtitui: qui tamẽ poſtea adiecerunt aliquos vltro dies. Bibitur ad cibum de ſecũdario decocto: non tepidũ ſed frigefactum: atq; hæc menſæ ſumma eſt. Nam ſupra hanc menſurã progredi adhuc nemo auſus eſt. Quãquã nõ cõtẽnam diſputantes ibi medicos: in corporibus ſiccæ & calidæ tẽperaturæ periculũ fore: ſi ad hoc victus adigantur genus: & Galenũ cũ Hippocrate adducentes: qui locis multis contra exquiſitũ hunc victũ ſentire videntur. Sed ego ex his qui adhuc vſi Guaiaco ſunt: periclitari neminẽ vidi: & ab expientia monitionẽ colligo: nõ ex libris doctrinã: Quinetiã calidæ & ſiccæ temperaturæ ipſe ſum: nec in phthiſin aut: hecticã adegit hæc fames: quod metuere illi videntur. Quia autẽ nõ imprudenter oia prouideri putãtur: iubeo: ſi quis ibi ſollicitus ſit: cuſtodes medicos adhibere ſibi: quod dictũ ſatis ſit: vt reliqua proſequar. Omnia interim negotia ablegare oportet ægrum: omnes circũcidere grauiores

Digitized by Google

cogitationes, ab omni cura conquieſcere. Quare & a conſultationibus, & a ſtudiis etiam vacationem indicunt, iubeturq́ animus ab omni penitus operatione ſecurus eſſe, & in profundũ otium vindicari, ac a turbis & ſollicitudinibus laxari, cum omnium, tum vel maxime eorum melancholico habitu qui ſunt, Cauendũ & ab iracũdia, quod ea, vt Galenus inquit, bilioſas imprimis materias accendit, Quinetiam curandum, ne quid hoc tẽpore, quod ad mæſtitudinẽ mouere poſſit, accidat, Audiat æger cantores & citharœdos, ac muſicis operam det, aut iucundis ſe interdũ confabulationibus oblectet, Porro venerea quantum vitanda, poſt oſtẽdã, Ipſe legendis iucundis rebus, & elucubrandis etiam oblectamenta quæſiui, cum reclamarẽt medici, nec temere monebant, niſi haud credidiſſent me, dũ hæc agerem, citra negotiũ agere. Et oblectationis cauſa, non ſtudii, in literis verſari, quãquam in exẽplũ venire hoc nolim, Interea fames ingruit, aliis poſt ſextum ſtatim diem ego ad decimum vſq́ nihil graue tuli. Vnicũ ibi ſolatiũ eſt, nõ videre edentes, non videre cibos, & nidorẽ non ſentire, Tamen vbi deficere ſibi quiſpiam videbitur per inediam, ſubtractis corpori alimentis, qui corroboret, aut vires reducat, cibo quidem vſurum haud ſtatim velim, nec condimento exotico, ſed forinſecus admotis iucundum, ſpirantibus odoramentis, languentẽ excitare ſpiritum, Nimirum odore putat Galenus, ſpiritum vitalem & animalem nutriri, atq́ foueri, Vbi tamẽ vt cuiuſq́ fert habitudo, ineũda ratio eſt, ne ſiccis, & calidis ſimilia, & humidis ac frigidis, aut vtrẽq́ conſtitutis, conſonæ qualitatis res adhibeantur. Ipſe vt in omnibus vernacula magis, vt nobis cõgnata probo, ita Democriti exemplo, qui vapore

Digitized by Google

calidi panis fugientem iam totos tres dies moratus eſt ſpiritum, aut illo, aut cepe aſſo (nam & illi quandam ineſſe iſtiuſmodi vim comperi) admoto ori, languentibus adminiculum viribus quærendū putem, Quod idem vini quoq; odore effici in comperto eſt. Nam hoc, vt apud Q. Curtium videre eſt, torpentem Alexandrum excitauit Philippus medicus, eius quæ in hoc genere vim ex veterum medicorum traditionibus nulli non videmus præferri. Porro modis omnibus, odoris ſuauitate alēdus eſt ſpiritus, quod ex hoc vita ē, probatur in ea re, ante omnia vini ſuauis, antiqui odor. Deinde mellis et, roſacei maxime. Item malorum, de quibus nunquā monere me Stromer deſinit, compertum ſibi dicēs, quanta vi, quam præſentaneo ibi iuuamento ſint. Quidam ex his perſica præferunt. Alii cotonea. cōmendatur & acetum, roſis conditum magis, & ſinapi. Nam & hæc ſenſus efficere, ac vires ſuſtentare aiunt. At vero cinamomum, nucem odoratam quę Muſcata vulgo, ſtyracem, cytri fructum, crocum, gariophyllon, muſcum, camphoram, & id genus impendii maioris res, delicatoribus relinquo. Cyminum, aniſum, coriandrum, nardos, amaracū, roſas, mentam, rutam, rorem, marinum, violas, ſaluiam, caſtoreum, noſtra omnia, vim habere maximam, ex medicis qui iudicium habēt, nemo improbat. Vtorq; præſidiis ego huiuſmodi magna ſalubritatis opinione frequenter. Poteſt & frictionibus toto in cubatus huius tempore vti æger, ſed lenibus quas vt vbiq;, ita ibi quoq; conferre plurimum credo, & calidis pannis exercēdum caput præbeat, ac eburneo pectine peruertendum.

Quod ad mixtionem non ferat Medicina hæc, Caput. X.

Digitized by Google

PRęterea Nullam fert ad mixtionem medicina hæc: attonitis ob id iſtis vulgo Medicis: qui nihil admirari nos volunt: niſi quod a tribus orbis partibus: cõquiſita in ſe venena recipiat: & qui authoritatẽ ſibi omnẽ deſperant: niſi in pharmacorũ ſynthetis Indiã nobis: Aethiopiã. Arabiam & illos extreme Garamãtas cõiungant. Quod ꝓbant enim: vbi ſumptu nõ eſt? Et faxit deus Opt. Max. ne vnquã audiatur eorũ circa Guaiaci vſum conſiliũ: vtq; accipiatur vates in hoc negotio Stromer: iudicio meo verus: prudẽtiſſime: ne aliquãdo manus apponãt illi: metuẽs. Proinde experto mihi credãt homines: ſatis eſſe hoc remediũ: quod iſtum tollat morbũ: & ſolũ ſatis eſſe: neq; pręterea quærendum aliquid, niſi quod dixi: & a principio expurgãdam aluũ: & quintodecimo iterũ die leuiter: rurſumq; in fine curationis. Idq; ſimplici aliquo: aut nõ e multis admodũ cõpoſito medicamẽto. Valde exiſtimo enim: lucro ibi cõſulere ſuo medicos: nõ hominum ſaluti: quãdo dicunt: quærendũ: quod cauſam morbi auferat: quaſi hoc nõ faciat Guaiacũ. Atq; euidẽti rurſus argumẽto eſt: ob aliud nihil vtendũ purgatione: quã vt inanis ſit venter: quod corpus ꝑterea omne: inedia & fame exhauriẽdum curatur. Quid? qđ in illa barbarie: vbi Guaiacũ naſcitur: nulli ſunt Medici: nulla exotica: nulli canones: nulli aphoriſmi. At forte aliqua ibi herba: aut radice aluũ purgãte vtuntur homines: atq; vna re ſimiliter oẽs vtuntur. Non vt morbũ tollant: ſed vt inani vẽtre locus ſit faciliori Guaiaci iuuamento. Quare conſiliũ ibi meũ eſt: nullis magnopere apparatis ventrẽ diuexari medicinis. Illaſq; in primis fugere: ex cõpluribus cõcinnatas cõpoſitiones. Qua obſtinatia: ꝑter vnã ſimpliciter Caſſiã: nihil inculcari mihi paſſus

ſum,

Digitized by Google

ſum, cum illi multa cupide offerrent, & ego ſolitus eſſem, non illud tantum Rabarbarum, ſed & ſi quid Rabarbaro adhuc barbarius eſt, ingurgitare. Sed euētus conſiliū meum ſequutus eſt optimus. Quod qui imitari volet, exemplū habet, præceptū nō habet. Neq; enim edocti docemus hęc, ſed experti monemus. Id quod meminiſſe omnes velint, nihil me hic temere, ſed quod proprio periculo didicerim, aliis per manus quaſi tradere. Quod ſi aliud didiciſſem etiam latere nō paterer. Nunc igitur cum diligenti inueſtigatione, ſtudioſa indagine comperenrim Guaiaci vim (quam ſiquidem non bene intellexi, error eſt, ſin vt oportuit rē accepi, neq; pręmiū, neq; laudē magnopere affecto) fideliter omnia tradam Idq; medicamenti huius merito, ne tantis beneficiis ingratus videar. Itaq; ſic ſentio, cū alioquin varietate medicamentorum corrumpatur, optime habiti homines multi, nonnulli intereant etiā, nullam ad hoc remedium aliunde acceſſendam operam, ipſum extirpando huic morbo vnū ſatis eſſe, ſiquid addatur, maxime eorum, quæ intra accipiuntur ab hoc iuuari nihil ipſum, poſſe autem fieri, vt impediatur ac vitietur. Huc illud addendū, quod a Guaiaco qui bibunt, vtcunq; affecti ſint, hoc in morbo, his in tātū balneis opus nō eſſe interim, vt ēt vetent naturę eius periti, curatiōis huius tēpore caput ablui, raro etiā, neq; vnquā frigida manus permittāt.

Quomodo adhibēdi ſint in curatione hac Medici. Caput. XI.

SEd iam ſuſpicari aliquos ſcio, id me ſentire, ne quis omnino medicus adhibeatur hac in curatione quod multū abeſt. Exiſtimo enim, quęrēdum doctum aliquē & prudentē, quiq; infertiendis medicinis audax nō ſit, ne liberalis quidē, eius vtē-

Digitized by Google

dum cuſtodia, etiam ſi adminiſtrādi Guaiaci vſum didicerit præſcripto. Illos vero perdite moratos, qui cupidiſſime illa nobis propinant exotica, aut ſi quod a Nili fontibus aduectū medicamentū ē, quod tāto maioris ab his fieri ſolet, quāto in ipſum impē dii plus erogatur, procul arcēdos moneo, & ne per cancellos quidē conſpici ab his ægrum patiar. Iam hoc ipſum cōperi enim ita eſſe vt Aſclepiades ſen- ſit, qui medicamentorū potus ſtomacho inimicos cenſuit, & Celſus ait medicamēta ſtomachū fere læ- dere, Quinetiā contigit mihi, quod idē author fore prædixerat, vt infuſæ medicinæ, cū aluo cōtinerē- tur, in caput regeſtæ, immenſos dolores facerent. Quod meminerint omnes curationē hanc auſpica- turi, ne ſe iſtius generis carnificibus temere cōmit- tant, non tantū ob id, quod rei natura haud dū in- notuit, verūetiam quia mos eſt illis, nunquā fateri ignorantiā ſemper aliquid iubere, aliquid propina- re, quibus nemo quocūq; tēpore lotiū oſtēdit, quā- tūcūq; etiā ſuæ ſpontis, & ſanus, quin pharmacopo lis ſcribant Recipe, aut aliquid cōtractū iam morbi ſuſpicari ſe, aut præueniendū iminentem, dictitan- tes, Niſi hoc deglutias inquiūt, aut illud bibas, febrē habes. Perditi homines, & imprimis odio digni. At quales, quales ſunt, multa ſibi, nuper circa Guaiaci adminiſtrationem tribuere auſi ſunt, in opus illud vltro intrudentes ſeſe, etiā qui vendūt ipſum ſuffra gantibus, quodā credo inter ſe pacto, & mutua cō- uentione. Nam illi cū viderent rudem hanc & con- tēptibilē medicinam efficere, ne poſt hac tot ſuis di ſceptationibus opus ſit, nec auderēt tamē (voluiſſe autē aliquos ſcio) tā fauorabili ſeſe rei opponere, vi ciſſimq; metuerent mercatores, ne ſi nō probarent medici, quia nemo facile aditurus tā aliunde petitā

medicinã eſſet, & cuius tã præter vulgarẽ medendi vſum eſſet adminiſtratio, parũ ipſi venderent, conueniſſe inter vtroſq; credo, vt in vulgus ederetur, neceſſariã ibi eſſe medicorũ operã, quo & illi quæſtum vt prius facerent, probatũ a medicis remediũ diuẽdentes, & de ſuis interim ſtipendiis nihil decederet medicis, aſcitis in curationẽ hanc & ipſis. At quoſdã noui probiores medicos, qui nomine Cæſaris, & cuiuſdã hic Epiſcopi percõtandi cauſa Hiſpanias adierunt, hique cũ ab ipſis, qui in Spagnola rẽ cognouiſſent, edocti eſſent, nihil fere ſecus, quã noſtra tenet experientia, retulerunt, niſi quod addiderunt de ſuo, quæ medicamenta, quibus diebus, qua cũ obſeruatione accipienda ſint, & ex Ephemeride mathematica quomodo viuendum, nõ mala credo voluntate, ſed ſuo quodam more, & cõſueta bonis etiã quibuſdã medicis ſuperſtitione, qui tãta iuuãdi cupiditate feruntur, vt plus etiam quã oporteat nõnũquam ingerant. Quorũ voluntatẽ probo, periculoſum tamẽ puto, in omnia omnibus conſentire. Sed ad illos iterũ male volos. Cõueniſſe ipſis puto, cũ mercatoribus, in lucri partẽ vt admittant. Itaq; vidi ipſe medicũ quẽdã, ſi in doctũ & imperitũ aſinũ hoc nomine dignamur, qui reclamauit Guaiaco magna cõtentione, vt rei vanæ & nullius momẽti, & quã emẽtirẽtur negotiatores, hęc poſſe. At paulopoſt idẽ ille vociferator aſcitus in curationẽ diuitis cuiuſdã, atq; iterũ alterius, cũ ſuboluiſſet homini aurũ, rẽ q̃ videret ingẽtis lucri, propter multitudinẽ ęgrotãtiũ, cœpit primo mitior eſſe, & minus minuſq; ſæuire, deinde ẽt laudare, ac magnis p̃coniis extollere rẽ, quia inquiẽs, nũc tãdẽ expertus eius virtutẽ ipſe ſum. Immo quia & tuũ ibi lucrum inueniſti aſine, Atq; iis fere moribus, quemadmodum aliæ

Digitized by Google

omnes medicinæ, ſic iſta quoq; concedere in cano/
nes videtur. Quod ſi ſanis illis & doctis medicis
authoribus, fiat, non improbo, quãquã vt meũ fert
iudiciũ, & nondũ ab illis fieri poſſe credo, & valde
neceſſariũ eſſe non arbitror. Aut enim in Spagnola
vbi medici nõ ſunt, deeſt aliquid medicamento iſti,
aut hic quoq; citra ſuperſtitionẽ adminiſtrari ipſũ
oportuit. Poteſt autem eſſe ita credulus quiſpiã vt
concedat medicis, peritius eos, quã qui experti in ſe
callent, negotiũ hoc tractare, cũ videamus, breuius
duraſſe apud nos Guaiacũ, quã vt tẽpus eſſet illis
perſcrutandi ac diſcẽdi naturã eius. Nam vt paucis
dicã, intra admirationẽ res verſatur adhuc, ad ſciẽ/
tiam nõdum peruenit. Tantũ abeſt, iſtorũ canoni/
bus vt ſubiici poſſit hoc ſtatim tempore, aut aliquę
eius cauſę prodi. Inſideat hoc igitˀ omnibus, vt ſim/
plici hac, quam experti nos tradimus, dieta curari
ſatis ducant. Sanis interim medicis aſpiciendos ſe
præbeant ſæpe ſpecies iſtorũ & aromata mittant,
immo longũ valere dicant is, qui nos diſputatio ni/
bus reſtituere a morbis geſtiũt. Hi ſunt, qui vt dixi
vile nihil probant, quiq; fabulã me narrare putant,
cum dico octies amplius repuliſſe febres, ſtatim ab
initio, proprio ebibito lotio, haud alio medicamẽ/
to. Et in Saxonia vidiſſe homines, qui omnis gene/
ris interaneorũ morbos, cereuiſia cũ butiro ſuffer/
uefacta & ebibita, reſtinguerent. Rurſumq; fidem
nõ habent referenti, quẽdã nobis eſſe paternũ villi/
cum, qui tribus quibuſdã herbis e vino decoctis, cõ/
tuſum hominis craneũ cõſanauerit. Et cõtẽptibile
medicamentũ exiſtimant, peſſima vt plurimũ vulne
ra, percoctis in vino aut aqua, paucis iterũ noſtris
herbis, intra decimũ aut duodecimũ diẽ, citra febris
metũ coaluiſſe, Nõ fieri ſecundũ canones iſta dicti/

Digitized by Google

tantes. Et de Guaiaco nunc idē ſentiunt, cuius vim quā acute intelligant, & quos de eo ſermones habere ſoleant, ex nobili cuiuſdā, nō iuuenis iam dum, vt experiri incipiat, ſed pœne decrepiti, vt Auicenā, Meſuen & reliquos medicinæ authores, vt vngues ſuos callere ipſum probabile fuerit, reſpōſo, cognoſcere datur, is enim cum maxime hæc annotarē, & Francofurdio vbi Recipe, ſcribit ille, iter facerem, Interrogatus ab amico quodā meo de Guaiaco q̄d ſentiat, non vidi inquit, ſed qualecunq; eſt, oportet eius conſiderare pondus, calorē, odorē in qualitate & quātitate. Ibi tamē ego, At pondus ei eſt pergraue, & in aqua mergitur quātūcūq; minutim inciſum color qui buxo fere, oletq; obſcure reſinaceū quiddam. Iam tu ſcis igitur Gaiaci natura quæ, & quæ vis? Ille verbis me obtūdere adortus, neſcio quid ex prędicamētis Ariſtotelis garriebat. Tum ego, fieri poteſt ſenex, vt cū nouus ſit morbus, nouaq; hęc medicina, incognitū totū adhuc nobis negotiū ſit? Erras inquit, nō nouus eſt morbus, cum de illo ſcribat Plinius. Cupide id mihi accidebat, audire volenti apud Pliniū quid intelligeret ipſe, quod me lateret, Quæſitoq; Plinius quo nomine morbū hunc appellet, Mentagrā inquit, quia vexat mentē. Tum alii morbi dicebā, nō vexant aut perturbant mentē igitur? Aut nō magis faciūt hoc, phreneſis, mania, comitialis, & reliquæ mentis capturæ, quam morbus Gallicus? Illo neſcio quid interpraetāte, ſubdidi, Diſce o ſenex cautius reſpondere, in his præſertim in quibus humanæ incolumitatis periculū vertitur. Quod ſi Pliniū legiſſes, nō a mēte ſed a mento vnde incipiebat morbus ille, mentagrā fuiſſe dictum, vel hoc argumēto aliū, a Gallico, Atq; huic tā pernitioſe inſanienti beluæ, tam patiens eſſe quis conuicium

Digitized by Google

qui non faciat, poſſet? Sed mittamus iſtiuſmodi me dicorũ vulgus, e quibus magnã partẽ videmus abũ dare quidẽ verbis, rerũ autẽ ſcientia miſere interdũ egere, ac ad inſtitutũ redeamus, cuius ſumma ẽ, hac in curatione, vt cuſtodes adſumẽdos medicos, non vt curatores. Eoſq; vt ſæpe iã dixi delegẽdos ſanos & perdoctos, quiq; experti plurima ſint, & ſic ani mati vt ſoli ſapere malint quã cõmuniter errare. Et qui fabarũ eſu curare ægrum ſi poſſint, nõ quærant ſumptuoſiſſimũ aliquid & in primis exoticum.

An vlla circa Medicinam hanc habenda ſit ætatis, vel ſexus, aut corporũ qualitatis ratio. Cap. XII.

QVos aiebam percontandi cauſa Hiſpanias adiiſſe, cum quærerent, pueris etiãne poſſet & confecta iam ætate hominibus hoc ſubue niri remedio, quod dubitabatur, vtriuſq; ſexus im becillitas, an ferret dietã hanc, reſponſum accepe runt, ab iis qui in inſula fuerant, pueros quidem hac medicina liberari a morbo nõ vidiſſe ſe vt reliquos ſed retuliſſe inſulares, ſolere & ipſos ſic curari, ac ci tra diſcretionẽ mulieres etiã, ſenes autem vt pluri mum, quod reputãti mihi venit in mentẽ, notę Hip pocratis ſententiæ, Senes facillime ieiuniũ ſuſtine re, mox in robuſta & firma cõſtitutos ætate, minus adoleſcẽtes, qui ſunt, pueros minime, animo pręſer tim qui ſunt propenſiores, magiſq; vegeti. Quãquã ibi non vltime ſenes intelligi velit Galenus. Iam & ſanguinea corporis qualitate qui cenſentur, magis ac diutius inediã ferre cõſtat quã cholericos. Quo niam in illis corpus qui alunt, humores vberius ad ſunt, calor tẽperatur, minuſq; adurens, quippe hu mido cõmixtus vt ſit remiſſior. In his vero tenuia & ſicca omnia, ac humoris indiga. Deinde pituito ſas, quãdo hi pluſquã oportet humecto abundant,

Digitized by Google

tollerare optime famē qs dubitet? Quibus animaduerſis conſiliū non deerit, quacūq; in ætate vtcūq; conſtituto cuilibet negotiū hoc qui volet experiri, ſcietq; vnuſquiſq; vt attenuanda victus ratio, vtq; ſit dilatāda & vt arctius inducendū ieiuniū, vtq; laxius indulgendus ægro cibus. Neq; id tantū, ſed & Guaiacū vt plus minuſue iſumi oporteat, Quāquā ibi parū habēdū differentiæ cenſeo, quod nō eſt huiuſmodi decoctū illud, vt in præcedētibus dixi. Itē, quod impetu curet, aut perrūpēdo ſalutē acceleret, ſed quod lente ac paulatim pœne ſine ſenſu det effectum, ita vt metuēdū nō putē, ſiue ſeni adminiſtretur, ſiue puero, aut puellæ, ne plus ingeratur, dū ne quis nimio quē præſcripſimus modū excedat. Tātum abeſt vt pinguibus quā macilētis plus dandum moneā. Quin etiā ait Celſus, inter valens corpus & obeſum intereſſe, rurſumq; inter tenue & infirmū. Tenuiores enim magis ſanguinem, pleniores carne abundare. Id quod ſæpe vt in me dixi eueniſſe, fallit medicos, dum gracile corpus, infirmum cōtinuo exiſtimant, ac obeſum ac procerū, robuſtum. Iam illud obiter ammonendū iudico, meū patrem ſexagenarium prope conualuiſſe Guaiaci remedio, nihil grauiter ferentem, & dietam hanc rigide obſeruantem, cum nullo interim conſulto medico, ne viſo quidem, meis tantum vteretur præſcriptis.

An vbilibet idem ſit eius vſus. Caput. XIII.

AD hoc quæri iam ſcio, credēdum ne ſit, vbiq; eundem eſſe Guaiaci vſum, atq; idem iuuamentum. Et cū maxime externa res ſit, an putetur ſic Germanis conuenire vt Hiſpanis, & illis ſobrie viuentibus populis, deinde quomodo cæteris? Neq; enim dubitabile videri debet, ſicut in aliis, ita circa huius quoq; medicinæ adminiſtrationem,

Digitized by Google

aliquam haberi naturę locorũ rotionem oportere, Nam vt anni tẽpus, quod ſit, animaduertẽdũ ibi ẽ, ita cœli cõſiderandũ eſſe tractũ videtur, cũ ob alias rationes cõplures, tũ vero aliter quia famẽ in dẽſo, aliter in tenui cœlo ferimus, Quo loco reliqua qdẽ huc quæ pertinent phyſicis æſtimanda diligentius relinquo, ipſe quæ didici & quantũ ad Germanos videtur attinere, nõ ſinã ignorare quẽpiã. Primum igitur putãt exploratores Hiſpanieſes vnã eſſe hãc in his morbis, vbiq; medicinã, tã quia nihil habeat, quo nõ indifferẽter vti vbiq; omnes poſſint, quã in quinq; diuerſiſſimarũ nationum hominibus, facto periculo, quia cognitũ hoc ſit. Quarũ in Hiſpaniã quidẽ primũ venit, ex Spagnola, arrectis in euẽtus expectationẽ aliis circa nationibus, vbi cũ feliciter ea vſos eſſe multos contigiſſet, acceperunt eã Siculi, Deinde in Italiam tranſiit ſtatimq; Germani, & ipſi experimẽto vim eius didicimus. Nuper & apud Gallos audiuimus eius ope conſaneſcere plurimos. Quod cũ ita eſſe cognouerimus, & ſub eo nos degamus cœlo, quod haud, ita quẽadmodũ Italię, Hiſpaniæ, & id genus ſubtilieris cœli regiones obnoxium morbis eſt, quo minus in metũ veniant ea, quæ aliũde accidere mala poſſunt, vt febres, laterũ dolor, & huiuſmodi, deinde fortia ſint nobis, & laborũ patiẽtia corpora, ſitis deniq; ac eſuriei, quãta præterea nuſquã, ac hilariter vt plurimũ affecti ſint Germanorũ animi, quid aliud putare debemus, quã aptiſſimũ huic medicamini hoc cœlũ, aptiſſimoſq; eſſe noſtros homines, id quod Paulus Ricius, ſani iudicii medicus, ac eruditionis probæ & ſingularis, autumat, hoc adhuc aſſerens, experimẽto cognitum ſibi, nullã eſſe ferẽdæ iſti dietæ aptiorẽ quã hãc nationẽ. Quod ſi nõ contigiſſet, etiã plurimos videre

Digitized by Google

hic reſtitui per Guaiacũ, & iam adhuc faciẽdũ no/bis periculũ eſſet tamẽ haudita eſſe auerſis hãc pa/triam numinibus, vt ſalutare hoc medicamentũ nõ accipiat, credendã erat: Aut cũ e Spagnola in Hi/ſpanias trãſportatũ, vim ſuam retinuerit: & tã ex/ternæ ſibi genti: ac moribus etiã diſiunctæ patriã cõmunicauerit opẽ:nos ea tãdẽ vt ſui nõ compares fraudare velit:atq; huc maxime:niſi mutato genio aduehi dedignetur: & ad ſolos Germanos potentẽ illã medendi vim ac virtutẽ: vbi demigrarit: ab ſe auelli patiatur. Scilicet cõpertũ eſt: præſentiſſimũ eſſe eius hic iuuamẽtũ:fortaſſe etiã præſentius quã vſquã: Noſtros vero homines: vt alioqui crapulæ ſint imprimis dediti: ita ſi neceſſe ſit: famẽ ac ſitim ſtrenue & quã longiſſime dubio procul laturos:qn/etiam vt calore abundant corpora noſtra: ob idq; robuſtiora ſunt: nã vt Ariſtoteli videtur: qui loca colunt frigidã:inſito abundãt calore: & quibus ca/loris eſt multũ:ii robore vt plurimũ pollent:Quare conſultus nuper Ricius: an ſibi videatur:quia con/ſueti ſint Germani largius epulando ſe implere:ali/quid eis deuictus in curatione hac tenuitate remit/tendum putet:ne tãtũ quidẽ inquit. Atq; illud adie/cit:nõ ſolũ indulgẽtius quã Italici generis aliquem habiturũ ſe ex ventricoſis illis & in crapula conſue/tis Germanũ hominẽ:ſed arctius etiã: & exigue ma/gis multo, Dixitq; mihi ipſe:quod e craſſis illis quẽ/dam: decẽ amplius quã oportuiſſet dies: fame cru/ciaſſet nuper:quo nequid ſupereſſet:Guaiaci opera/tiones:quod morari poſſet & talia huiuſmodi qui/dem:vel ob id de Ricio promptius cõmemoro: ac de Stromero ſæpius moneo: ne quis vt intelligant qui legẽt:quos ego viros:recte medicos dici:& quã illos vulgo tortores infra appellatiõis huius digni/

tatem locãdos existimẽ, vtq; videãt exteri, Germa/
niã habere ſanos & ipſa; medicos, cognoſcãtq; oẽs
tam me teneri bonorũ, & imprimis doctorũ ſtudio
& amicitia, quã iſtos odiſſe vulgo indoctos pariter
ac improbe audaces homines, q poſtquã doctoris
emerunt titulũ iã ſtatim mortuos excitare ſe poſſe
profitẽtur, & ſepultis vitã reddere, verũ ad duos il/
los longe ſuper hanc cõſtitutos ſortẽ redeo. Quorũ
hic poſcẽti mihi anno ſuperiori medicinã quo aluũ
expurgarẽ, noli inquit hac ætate, in qua naturã effi
cere melius oĩa in procliui ẽ, venenis dilacerare ſto
machũ, ille vt infundẽdis medicamẽtis parciſſimus
eſt, ita ſub rigidiſſimã dietæ regulam cogit, quibus
medetur ægros. Quãobrẽ quẽdã Auguſtæ curandũ
hac via cũ acciperet, atq; ille prædiceret, vereri, ne
haud poſſet a venereis cõtinere ſe, quãdo igitur mo
ri decreuiſti ait, nõ me indiges ibi adiutore, dimiſ/
ſumq; hominẽ vt intẽperatiorẽ, quã qui intra ſuæ
præſcriptioni modũ tenere ſe poſſet. Huc duos ad/
do, excellẽtis & ipſos notæ, alterũ a medicinis tibi
princeps Opt. ALBERTE Gregoriũ Coppũ,
qui me cõſcribẽtẽ haud parũ iuuit, alterũ in Archie
piſcopi Colonieñ. degẽtẽ aula, Iacobũ Ebelliũ qua/
tuor ante annos tãtæ authoritatis, vt ei publicum
valetudinariũ decerneret, cedẽtibus ei peritiſſimis
ibi medicis. Illum a doctiſſimis Papiæ, vbi maxime
floret ſtudiũ hoc, ſũma in admiratiõe habitũ olim,
cũ quia in medicina conſtat eſſe egregiũ, tũ vero qa
cũ profeſſione illa optimas mirifice cõiũctas habet
literas, verũ haud eſt hic locus doctiſſimorũ homi/
nũ catalogũ cõtexere, ſed meã de Guaiaco experiẽ
tiã mãdare literis inſtitutũ, proinde hoc loco Epi/
logi vice repeto, valde opinari me, nullis nõ hoibus
vbivbi nati, aut verſati ſint, pari pdeſſe ſalubritate,

Digitized by Google

Quod eo tempus deligendum. Caput. XIIII.

ESſe autē melius æſtate curationē hanc experiri, quā hyeme, his fere modis colligitur. Primū quod vt Galeno videtur, ſucci eo tēpore, toto ſe extēdunt ac diffundūt corpore, eūtq́ ac redeūt, itaq́ facile ſecerni a bonis humoribus peſtilentes poſſunt, atq́ ita hi expelli & ablegari, ſalubres vero & boni vendicari. Deinde quia fieri hac ratione putāt, vt morbi hyeme omnes altius radices agāt, ac tenacius hæreāt, æſtate cōtra humores in motu ſint, & corpus cōmutationi obnoxium plurimū, ſed hæc in omnibus vniuerſim curationibus, cōſiderationē habēt, quæ vero ad Guaiaci remediū ſigillatim pertinēt, quia inibi magnū a fame & victus tenuitate adiumētū petitur. In partē quidē vnā ęſtate magis q̄ hyeme prouenire eā, argumento eſt, quod tūc magis fameſcere cōuenit, corpus alioqui feruēs & æſtuans, ſi cibo inſuper oneretur, in morbos facile diſſoluatur. Vel igitur quia vt Hippocrates ſcribit, natiuus intus calor hyeme abūdat, foris deficit, quod tūc ob inſtātē extrinſecus frigoris acorē refugit, & ad interiora ſe, tāquā in arcē recipit & abſtrudit, ęſtate cōtra, calor in humanis corporibus, affinē, vt Ariſto. videtur, ſecutus aerē, ad exteriora ſe diffundit ac euolat. At medicinæ huius eſt, reducere deperditos in corpus calores, ob idq́ videtͬ incōgrue expimētū hoc adiri quod tūc periculū eē putāt ne ſi ad intranea cōuocetur extremorū calor, artuū extra vis nimis deſoletur & exhauſta ſit, his pręſertim, qui natura frigēt, quibus alioqui hyeme calor pro extincto ē, & corpus vi frigoris enectum, ac de mortuo perſimile. Sed hic prętereundū minime eſt quod Coppus monet, cū ſudores moueat Guaiacū ſic malos excutiens ſuccos, & a nocuo corpus hu-

more leuans. Imprimis aptã ad hęc æſtatẽ: qui ſub/tiliores ſint humores: cutis rarior: contra obſtructi hyeme ſudoris meatus: & ſucci in corpore cõcreti: In aliã rurſus & cõtrariã ſentẽtiã: quia in curatiõe: quæ per Guaiacum fit: maius nihil patiuntur ægri quã ſitim: atq; ea per æſtatẽ acrius infeſtat ieiunã/tes: difficillime tũc a potu abſtinere ægrũ arbitran/tur: Quare in Hiſpaniis: & vbi vehemẽtior æſtate calor: non adhuc fere auſi ſunt hoc tẽporis experiri eam: Adde quod per hyemẽ naſcitur pituita: auge/turq; propter largius aſſumptũ tunc cibũ: vt Alexã dro Aphrodiſiæo videtur: at curatione hac in qua fameſcere cõuenit ſi tunc adeatur: caueri hoc pote/rit. Quæ quidẽ de duobus iſtis anni tẽporibus dici poſſunt: intenſius calorẽ & frigus adferentibus: quę media inter illa ſunt, eorũ videri poteſt ineptiſſimũ eſſe autũnale: quod tunc maximus ægritudinũ om/nium prouẽtus eſt: & ad peius mouentur humores, Qua puto inæquale eſt hoc tempus inordinatũ, & nũquã ſibi conſtans, atq; igitur multiformes indu/cens morbos. Quinetiã plurimos opprimit Celſus inquit autũnus, propterea, quia Gallicus morbus neruos in primis afficit, atq; idẽ author docet, om/ni neruorũ reſolutioni ad medicinã, minus idonea eſſe tẽpora, hyemẽ & autũnũ, ſed hæc diſputatione vniuerſim cõtendentiũ ſunt, nõ de Guaiaci tantum in medicina vſu differentiũ, quare ſic puto, in Ger/mania ſaltẽ, melius æſtatẽ deligi, ſed ea incipiente ſtatim ac deſinẽte iam tum vere, quod menſe puta Maio fuerit, quia neq; tãtus hic calor vt ſitim non poſſint ſuſtinere ægri, & frigus in hyeme ictenſiſſi/mũ, ideq; vere etiam & autũno vehementius quã in curatione hac ferre æger, debeat cũ inter pręcipua ſit, qui per Guaiacũ reſtitutus eſt, fugere omne ma/

gna cura frigus. Quod vero ad ea ptinet, quæ æſtate etiã accidere incõmoda poſſunt, quominus metuenda ſint, dixi iã ante, & ſuo quodã loco repetã, potionẽ hanc mirũ in modũ excitare virtutẽ natiuam, & ne quis præſumat informationẽ maiorem, quã cui poſt mederi liceat, vim eſſe ei inopia caloris, debile corpus & exhauſtũ vegetãdi & ad vigorem perducẽdi. Quę niſi vt dixi ita haberẽt, & Hippocrates quodã, ſi recte memini, loco, diceret, ver & autũnũ aptiſſima eſſe ad venarum inciſiones, & pharmacorũ exhibitionẽ tẽpora, tunc optimũ videbatur Celſi conſiliũ, ad medicinã adeundã ſaluberrimũ eſſe ver, proximã ab hoc hyemẽ, periculoſiorem æſtatem, autũnũ longe periculoſiſſimum.

A vino & venere quod in totum abſtinendum, hac in curatione ægro ſit. Cap. XVI.

ET non auſim dicere diuinitus hanc nobis contingere medicinã, quę nõ aliter morbũ adimit, quã vt vitæ quis ſanctimoniã: auſpicet? Cũq; vt Chriſtiana ferũt inſtituta: per duas maxime virtutes deo conciliemur: corporis ſcilicet caſtimoniã & cibi & potus abſtinentiam, qui ſe non arctiſſimo his cõſtrinxerit vinculis: curationẽ hanc nõ fruſtra tantũ aditurũ ſe ſciat: ſed citra periculũ etiam haud proſequuturũ. Adeo: vt cõpertũ ſit: qui ante quadrageſimũ diẽ: ab inita ea: cõcũbat: mori eũ neceſſario: ſiue nõ ferente iniuriã coitus: exinanito iã corpore: ſiue hoc volente deo: ne quis nõ ſancte vtatur tãto ſuo beneficio. Itaq; omniũ qui i Germania Guaiacum experti ſunt: vnũ adhuc quendã mori contigit iureiurando affirmãtibus qui aderant: hãc ob culpam. Proxime vini vſum peſtilentẽ ibi eſſe notũ habetur: naturaliter alioqui fugiendũ in hac ægritudine: quod corporis cõpagines ſoluat: neruos adfi

ciat, cũq; eius vehemens ſit penetrãdi artus, & corpus quatiẽdi vis, putãt fieri nõ poſſe, vt vino q vtatur, eius in corpore aliqd efficiat Guaiaci decoctũ. Neq; id tãtũ, ſed cũ res ibi cõuenerint diuerſiſſimæ, diſcrimẽ eſſe: & mortis metũ in prõptu dicunt. Quare etiã ſunt qui toto mẽſe: poſt exactum curationis ipſius tẽpus: a vino abſtinẽdũ moneãt: quoniã medicina hæc in multos: poſt bibitã ipſam dies: effectus ſui curſum proſequitur: cui nequid ſe obiiciat: neu quod impedimẽtũ occurrat: vini vſum adimũt. Porro venerẽ qui fugit: is cogitet: gulæ ne qd tribuat: illi fomẽtũ vt ſit. Sic habet vetus prouerbiũ. Nunq̃ fames adulteria genuit. Et aliud: Sine Cerere & Baccho friget Venus. Aelianus ſcribit Zaleucũ Locrẽſem legiſlatorẽ vinũ ægris prohibuiſſe iniuſſu medici: pœna capitis ĩdita. Quod ſi nõ foret: ẽt a Guaiaci natura venerẽ nõ pati: & a vino abhorrere: tñ infenſiſſimã eſſe eã: huiuſmodi ægritudinibus correpto corpori: pleni ſunt medicorũ libri: propter articulos in primis: male ibi ſemper adfectos. Quare etiã refert Celſus in artuũ doloribus, quoſdã cũ vno anno a vino: mulſo & venere: ſibi tẽperaſſent: ſecuritatẽ totius vitæ cõſequutos. Atq; idẽ colligit: raro vel caſtratos: vel pueros ante fœminę cõcubitũ: & mulieres: niſi qbus mẽſtrua ſuppreſſa ſint: tẽtare eũ morbũ. Illud nõ prætereũdũ: quod eſt in problematis Alexãdri: Aquã qui bibãt: ſenſibus eſſe quam alios omnibus acutiores. Nã vinũ ſpiritales maxie vias obſtruere: & ſenſus obtundere. Et Cicero ait: Vinũ ægrotis qa prodeſt raro: nocet ſæpiſſime: melius eſt nõ adhibere: quã ſpe dubiæ ſalutis in aptum periculum incurrere. At venus vtcũq; habito homine vẽtrẽ refrigerat: & exiccat: teſte Ariſtotele: quoniam in concubendo excernitur calor: & ex euapo-

ratione quæ fit ibi ſiccitas redit. En ſobrietatem & caſtimoniam: duo ſanctiſſima vitæ inſtituta: principem hac in re obſeruationẽ: ſummum præceptũ: rei caput: extra quod periculum non eſt. Nã de aliis ibi fugiendis haud perinde metuendum: quod medicinam morantur quidem: aut omnino etiã impediunt: vitæ tamen ad diſcrimen non inducunt.

De ſale non adhibendo. Caput. XVII.

INter quæ de ſale quoſdã ſollicitos agit: cur eo per tempus dietæ huius vti vetitum ſit: cũ ſalubrius alioqui nihil humano corpori perhibeatur: nec intelligere ſe dicunt: quomodo nocumentũ ex eo ſit hac in ægritudine: quæ ex ſanguinis corruptione eiuſq; putrefactione tota proficiſcitur: cum ab vtroq; horum vnus omnium maxime ſal præſeruet ac vindicet? Quinetiam aſtringit ſal: exiccat: alligat: & depurgat: q̃ omnia eradicando hoc morbo: ſumme quærenda putabantur: ac neceſſario adhibẽda. Primum quidem: corpus ibi: quia diſſolutũ & cõceſſum eſt: deinde quia influctiones corriuati humores: ad extremũ: quod rei caput eſt: quia vitiatus ac ſorde infectus ſanguis: ex toto impuratus ibi habetur: quoniãq; nihil aliud eſt morbus hic: quam quædã propter turbatũ ſanguinem: immutata corporis conſtitutio. Haud aliter: atq; vbi inuaſit rem pub. aliquam Seditio: ſæuitq; animis ignobile vulgus: dirimuntur cõnexa omnia: ac loco mouentur: nec ſibi cohærent: nihil ſtat: nihil ſibi conſiſtit: nulla tranquillitas: ſedatum nihil: turbata omnia. Quam corporis immutationẽ: mẽbrorum concitationem: ac cõpaginis huius quaſſationẽ: omneſq; has turbas: quẽdã quaſi ſuperueniẽtem pietate grauẽ ac meritis virũ: ſenem: ac prudẽtẽ & primariẽ in republica authoritatis. Qui vtile

ait: Regat dictis animos & pectora mulceat:ſic in/ tercedentẽ cõmotis omnibus ſalẽ: qui concitata ſe/ det:dirẽpta vniat: ac cõnectat:diſtracta reuinciat: turbata tranquillet:omnibus quietẽ:ſecuritatẽ om/ nibus inducat:aſtringendo vt dixi:deſiccãdo:alligã do:& depurgando. Iã Plinius quantã & quã neceſſa riã ſalis vim arbitratus eſt:Sine ſale inquit vita hu manior degere nequit. Ergo igitur aiunt illi: quod alibi omnia cõſeruat:quomodo hoc in morbo cor/ rũpere aliquid poteſt? Et cũ hac in curatione dãda præcipue opera ſit:corrupti humoris ne quid abun det:ſal vero ſordentes omnes humectationes reſol/ uat ac emendet:& fluxionẽ corporis cõpeſcat: cre/ dibile erat,copioſius quã alibi:indulgẽdũ ſali. Verũ alia circa tractationem hanc habenda ratio eſt. Et primũ quidẽ in totũ quod ad morbũ hunc pertinet: quomodo a ſalſis nõ omnibus: ſed ab his quę copio ſius acuta ſunt:tẽperandũ ægro ſit:a medicis pera/ tur: rem eã ad plenũ multo iã ante proſequutis : ad præſens:quod & Guaiaci medicamentũ quæritur: poſſumus dicere:quãquã in omnibus alioqui neruo rum paſſionibus:& in his qui ex ſanguinis deprauа tione pullulant:morbis:quæq; ex flaua vel atra bi/ le:aut ſalſa pituita ſunt ęgritudinibus:aduerſum ſa lis vſum:niſi exiguũ admodũ:ſciũt oẽs:quod is acu/ mine ſuo:bilẽ acuit:ſanguinẽq; adurit:& natiua ſic citate humores illos corporis fomentũ areſcere fa/ cit:& idcirco omnia valetudinis ſubſidia auertit & interimit:tamẽ circa Guaiaci adminiſtrationẽ: to/ tum vniuerſum ſalis vſum interdicunt ea ratione: qua acuta prætereã : & facile penetrãtia omnia:& in his aromatica:& vinum:quod omnia huiuſmodi acredine ſua & vi penetratiua:meatus omnes pate faciũt:altiuſq; pertingũt: quo graſſante per corpus

Digitized by Google

impetu, Guaiaci interim operi locus eſſe minime poteſt. Quod ſi cui hæ minus ſatiſfaciant rationes, ei ego dixerim quod de Magnete ferunt phyſici, ſi allio perungatur, nõ attrahere ferrum, ſic quãdam ſubeſſe occultam & haud dũ ſatis cognitã Guaiaco vim, & hoc maxime proprium ſalis vſum vt abhorreat, peſſumq; eat, inducto eo. Atq; hæc de ſalis fugiendo hic vſu. Nunc de eo vnde omnis dietę huius ratio dependet, victus ſcilicet tenuitate, & inedia quẽadmodum emacerandum ſit corpus.

De victus tenuitate & fame ibi neceſſaria. Caput. XVIII.

ET de victus quidem exiguitate, ac ſubtrahendis ægro cibis, & inducenda fame, quãquã dictum erat prius, tamẽ peculiariter hoc iterum loco admonẽdũ duximus. Non quidẽ alia eius quia cauſa ſit, quam quod corpus quærit medicina hæc exinanitũ, & ab omni repletione liberũ, ſed vt oſtendam, aliquẽ fuiſſe etiã apud veteres huiuſmodi curandi ægros modũ, atq; apud Diodorũ quidem legere eſt, Aegyptios vel ieiunio, vel vomitu, ægros ſuos curare. Aſſerunt enim vt inquit ille, ex ciborũ ſuperfluitate imprimis creari morbos, eam ergo ad valetudinẽ curã eſſe optimã, quæ morborum principia auferat. Proinde deſinant quidã impatiẽtius hanc ferre dietã. Illi inquã ebrii, illi crapulæ dediti intẽperantes homines, quibus vt Perſius ait, Sũma boni eſt, vncta vixiſſe patella, quibus vel vnũ ſine cibo ſemidiẽ viuere grauiſſimũ eſt, quorũ vt ille ait, deus vẽter eſt, quibus & ars & vita ſagina, quando quidẽ tantillo labore, tãto depulſo malo, tam ingẽs conciliatur bonũ. Ac periculũ ibi iactare deſinant, quod ex imbecillitate, quã inducat fames, pueniat, quaſi q ſic cœnet, poſſit vnquã deficere, cũ Plinius

Digitized by Google

dicat, intra ſeptimũ diẽ inedia neminem mori, ple-
roſq; vltra vndecimũ quoq; duraſſe. Et Albertus
ſcribat, ſuo tẽpore in Germania fuiſſe fœminã, quę
ſine cibo dies quandoq; viginti totos egerit, ſæpe
etiã triginta. Et virũ ſe vidiſſe, qui ſine cibo ſeptem
perſeuerauerit hebdomadas, alternis tãtũ diebus
aquã exorbẽtem. Iterũq; Plinius dicat, cõpertum
ſibi Scythas in duodenas nõnũquã dies, fame & ſiti
durare, quaſdã ſolũ herbas in ore habẽtes. Amoniũ
philoſophũ Chriſtianũ nũquã ediſſe niſi panẽ aſſũ
ferunt. Quod ſi reputet quis, & illud etiã memine-
rit, ab hiſtoricis traditũ, ex Magis olim quoſdam,
præter farinã & olera in cibũ nihil adſumpſiſſe. Et
Diodorum ſcribere, priſcis Aegyptiis, herbas radi
ceſq; victũ fuiſſe, ac Heſiodum monere, malua &
aſphodelo victitãdũ, quo itẽ victus genere cõtentũ
interdiu Epimenidẽ, Plato in legibus meminit. Si
quis hæc ſibi proponat inquã, & cõſideret, tũ vero
inueniet, laute nos ex hac dieta viuere, & pœne
plus q̃ opus ſit adſumere. Quod ſi magnũ eſſet etiã
tãtillũ abſtinere a cibo, quis eſt ita tamẽ inimicus
ſibi, qui nõ hac moleſtia ſalutẽ ſibi comparãdã du-
cat? qui nõ malit triginta dies famẽ, quam in omni
vita morbũ ferre? aut potius tot dieculas eſurire,
vt in reliquũ vitę tẽpus incolumis & ſanus exiſtat,
quã perpetuo magnis vt doloribus crucietur, ac ſa
nie & tabo diffluat, exiguã fugere moleſtiã? Duxi
autẽ nõ nouũ eſſe hoc curationis genus, ſemp̃ enim
optimi medici, abſtinẽtiam indixerũt ægris, inter
quos Aſclepiades, vt Celſus prodit, febre ipſa p̃ci-
pue ad remediũ vti ſe profeſſus eſt, cõuellẽdas pu-
tans ægri vires, luce, vigilia, ſiti ingẽti, ſic vt ne os
quidẽ abluere primis diebus ſineret. Cõtinẽtia inq̃t
Euſebius, corporis valetudinẽ conſeruat, & animi

Digitized by Google

pudicitiam. Quo argumẽto carni ſimul, & animæ vtilẽ eſſe, modicũ & tẽperatũ cibũ cognoſcitur, teſtante Timotheo, qui cũ apud Platonem cœnaſſet aliquando, atq; is ſuo more cibum appoſuiſſet, ad ſuos poſt cõuerſus, dixiſſe fertur. Quos cœna exceperit Plato, in poſterũ etiam bene habent. Hoc innuens ſcilicet, nimiã repletionem, aut ferculorũ varietatem, & copiam, ac opipere cõditos illos cibos crudam conſequi percoctionis moleſtiã. Vnde poſt obuium forte Platoni. Vos o Plato dixit, in ſequentem magis diem bene cœnatis, quam in præſentẽ. Porro apud Lucianũ Pythagoricus ille Gallus: vt magnũ deorum beneficium Mycillo imputat: quod omnem ſemper febrem inedia repellere ſciat. Ob idq; huiuſcemodi morbo vocat. Iam quale putandũ hoc, quod diuus Hieronymus ſcribit: morbo articulari & podagra laborantes quoſdam, proſcriptione bonorum ad ſimplicẽ mẽſam, & pauperes cibos redactos conualuiſſe: caruerant enim ſollicitudine inquit diſpẽſandæ domus, & epularum largitate: quæ & corpus frangunt & animam. Et paulopoſt. Nihil ita obruit animum vt plenus venter, & æſtuans, & huc & illuc ſe vertens, ac in ructus & crepitus ventorum efflatione reſpirans. Illa autẽ, quam multis documento erit hiſtoria, quæ legitur, de vẽtricoſo quodã & obeſo Abbate: is cũ veheretur ad quaſdã thermas: obuiũ habuit nobilẽ quendã: qui percõtatus: quo proficiſceretur: reſpõdit Abbas: in balneas ire ſeſe. Tum ille, quã ob cauſam ꝗſiuit, & an aliquo laboraret morbo: Abbas morbi quidẽ eſſe ſibi nihil: niſi quod edẽdi appetẽtiã quæreret: eã nuper deperditam vt recipiat: adire calidas aquas: ĩ hoc remediũ ſalubres, Cui tum ille, At in hãc rẽ melior ipſe ego medicus

ſum inquit, abductumq; Abbatē in profundum, ac tenebricoſum quendā demiſſum carcerem, aliquot dies, inedia macerauit, poſt interrogans, num iā appetat cibū? Ille adnuente. Dignū eſt igitur ait, mercedem mihi pro medicina vt ſoluas, & ducentis aureis nūmis multatū dimiſit, ſanū iam, & in tantū cibū appetentē, vt fabis etiā & oleribus veſci poſſet, cum prius delicatiſſima quæq; reſpueret, bellū facinus in eū qui nō eſuriendo cibū, ſed ſatur eſuriem quærebat. Sed hæc longius forte quā oportebat. Igitur ad alia, ſi hoc claudendo prius dixero medicamentū Guaiaci, ventrē requirere, in quo nulla ciborū varietas, inteſtina tumultu fluctuet, nō impletum temere, ab omni vaporū cruditate mundum.

Fames quo etiam pacto ferri facile poſſit. Caput. XIX.

AT q; hæc ciborū parcitas, nō ferri tantū pōt, ſed facile etiā pōt, ob vim quæ adeſt Guaiaco, attenuato corporis robore, vitā conſeruādi & efficiēdi, ne omnino cōmēdat æger. Recte igitur monui, quātū fieri poſſit, abſtinēdū a cibo ęgrū, eiq; ſi deficiat, nō cibo quidē, ſed illis ſuccurrendum eſſe, quæ dixi, quātū poſſint odoramētis ori admotis, & illo imprimis calenti pane. Quod ſi defluere & collabi ſentiat aliqs ſe omnino, quod neſcio quomodo fieri poſſit in quopiā, cum mihi in tantū nihil tale cōtigerit, ſubuentū vt oporteat, tunc ad illa recurrendū ſuaſerim, quæ Plinius putat, exiguo etiā guſtu famē ſedare, ac ſitim reſtinguere, butyrum & glycirrhizam, aut ſequendū ibi Celſum. qui ſic ait, vnum illud eſt, ſemper quod vbiq; ſeruandū, vt ęgri vires ſubinde aſſidens medicus inſpiciat, & quādiu vires ſupererunt, abſtinētia pugnet. Si imbecillitatem vereri cœperit, cibo ſubueniat. Niſi hoc ſequi

Digitized by Google

aliquis malit, quod Gelius tradit, ſcripſiſſe Eraſi-
ſtratum, Scythas, vbi ex quauis cauſa ſit vſus quem
diutius tolerare, latioribus faſciis ventrem ſtrictiſ-
ſime cohibere, & circũligare. Ea ventris cõpreſſio-
ne, eſuriẽ poſſe depelli, aut patiẽtius ferri credẽtes,
nam cũ vt idem tradit, ex inanitate ſit fames, eáq;
patentes inteſtinorũ fibræ, & caua intus hianſq; vẽ-
tris vacuitas efficiant, conſtricto autẽ vẽtre explea-
tur ea, vt vacuum coëat, famẽ eſſe nõ poſſe, vbi iſta
nõ ſint, & inediã facile ferri. Quáquã inediã quid di-
co, quæ in hac curatione nõ eſt? famẽ dicere potui,
quãtulũcunq; eſt hoc, quod ferre quidã grauantur.
Tollerabilis eſt enim, etiã ſi aliũde opẽ quis accer-
ſet penitus nullam. At illis molliculis ægrotis, quid
poteſt eſſe leue, cũ non tantũ fames impatiẽtes ſint,
ſed etiã nõ appetere cibũ intollerabile ſibi ducant.
Qui, a diis imortalibus petendũ eſt, ſi quãdo ægro-
tant nunquã vt cõualeſcãt, quãdo quidẽ tãtillo im-
pendio, valetudinẽ emere grauiſſimũ quiddam opi-
nantur, de quibus meo more fecero, ſi latius admo-
neam, præſertim vt plurimum in Germania noſtra
errari ſic cum videam.

Contra luxum, parſimoniæ laus. Cap. XX.

QVod faxit deus Opt. Max. aliquãdo ſe vt no-
ſcat hæc natio, nõ tã quia indignũ eſt, orbis
imperatore populo ſic viuere, quã vel potiſ-
ſimum, quod magnorũ nobis ſæpe malorũ, ſummi
paſſim cõtemptus cauſa eſt hæc crapula. Atq; alii
quidẽ, ſi quãtum poſſunt edãt ac bibãt, trãſire ſe le-
gem naturæ putãt. Nos quãtum haud ferimus dum
ingurgitamus laudem etiã quærimus. Quid iſta ſibi
volunt enim potatorum certamina? iſtæ pugnæ?
quãdo, qui plurimũ bibit, maxime apud cõuiuas ap-
plauſu excipitur, Quãdo viciſſe bibendo gloria eſt,

Digitized by Google

inebriari ac euomere nonnunquã haud turpitudo? O patriã, O ĩperiũ. Nihil illos moror Polonos, aut ſi qui alii ſunt: magis etiã q̃ nos ebrioſi, hãc dico na tionẽ, dignitatis ſuæ rationem habere oportuiſſe, niſi credibile eſt ludibrio noſtri, nõ virtutis maio- rũ noſtrorũ reuerẽtia & opinione: cõceſſiſſe ſub im- perium hoc reliquas nationes. Certe profecto alii fuerũt illi: quibus hic habitus honor eſt, q̃ hi qui ſic cõtẽnimur: neceſſe eſt. An puer in Italia ẽ: qui alio nos, quã ebrietatis cognomẽto diſcernat? Nos igit̃ illi cũ ſimus: quorũ prius flagitiũ in ore exteris eſt: quã in mẽte humanitatis ſuſpicio: aut nõ hãc muta mus viuẽdi cõſuetudinẽ: aut illud nullo pudore, tã- quã indigne refugimus honeſtamentũ? Vel nõ ali- quãdo futurũ metuimus: vt turpius imperii titulũ pariter & fructũ amittamus: quã glorioſe imperãdi munus oblatũ nobis vltro accepimus? Et ſic ſcilicet cum ſobrios illos: & ratione vincẽtes homines: ſub ebrioſa & humanitatis experte barbarie: pati do- miniũ? Quod ſi in noſtrorũ hominũ ſenſuꝫ nõ cadit ſuũ intelligere dedecus, at perniciẽ agnoſcamus tã- dem. Et ſi tãti gloriæ iacturã: animorũ dedecus nõ facimus: quo minus perdite vitã degere libeat: ſal- tem ibi ſapiamus: vt corporum ſit integra nobis ſa lus: quæ in his conuiuiis: hac crapula: his computa- tionibus: quas vt Satyricus inquit,

Circumſilit agmine facto.
Morborum omne genus,

eſſe nõ poteſt niſi adflicta & miſera: ſed mẽtẽ exuit Germania: ac ſui obliuiſcit̃, nõ tota illa quidẽ: ſed ĩ Germania plurimi. Hi ſunt q̃ in cœnã ꝑducũt prã- diũ: cœnã in plurimã adeo noctẽ. Hi ſunt: quorum flagitio factũ eſt: vt magna huius patriæ infamia cecinerit externus poëta, non malus ille quidem,

Digitized by Google

vel ob id, quia odiſſe malos videtur.

Arce ſedet Bacchus, languet neglectus Apollo
Hic nihil eſt aliud viuere, quã bibere.

Quãquã ebrioſi illi: per inſaniã errãtes cõtẽni poterãt: illi vero: qui laute cœnãdo: ac molliter veſtiẽdo: in mediũ ſe delitiarũ pelagus: præcipites cõiecerũt, cõmuni omniũ odio digni cẽſent. Hi ſunt: qui in coaceruatis puluinaribus ſupini cubãtes: quicquid terra mariq; cõquirere licet: nõ vt vitã ſuſtẽtẽt: ſed vt gulã oblectẽt inſumũt: qui nõ niſi molliſſimo veſtiũtur lino: quos purpura tegit: qui tenellulis muriũ pellibus: nõ cõtra frigus muniũtur: ſed p delitias fulcire gaudẽt. Hi ſunt: qui ad vulgaris pãni attactũ offendũtur: ſericũ aliũde petũt: quorũ cutis nõ fert: niſi Mileſiũ aliquod vellus: aut ſi qua ſunt Mileſiis adhuc teneriora: qui in cõpotationibus cõſultant: in cõſultationibus potãt: qui ſeriũ nihil tractãt, oẽ in cõuiuiis æuũ agũt. Nõ in tota hæc iterum dico Germania fiũt: ſed tamen quod extreme pudendũ ſit: apud illa fere Germaniæ capita: illos nobiles: qui cotidianis ſaginati epulis: ad illas ſeſe accõmodãt: põtificales cœnas: in illis delitiant ganeatis popinationibus: vnde prius omnia tulerint: quã auerſos ſe trahi patiãtur. Quibus vitæ ſcopus eſt, vẽtris indulgẽtia: in quos ſolos: ſi vnquã tales in Germania bæluas futuras ſuſpicatus eſſet dicere potuit, Saluſtius hoc ſuũ. Multi mortales dediti vẽtri atq; ſomno: indocti incultiq; vitã: ſicuti peregrinantes trãſire. At ſecũ aliqs reputet: quæ fuit illa tẽpeſtate de Germaniæ populis Romanorũ opinio: & ſibi ante oculos ponat: quale mõſtrũ: quã inuiſum haberi tũc potuerit: iſta noſtra: q̃ hodie ẽ gulæ demulcẽtia. In qua vbi bonã vitæ ptẽ egimus, & ea ide retulimus, q̃ neceſſario hoc vitæ genus ſequunt, inume-

Digitized by Google

ras ſcilicet morborũ ſpecies. Ibi tum non culpã noſtram agnoſcimus, ſed deũ quoq; crudelitatis accuſamus, & cũ morborũ ſemina tãto nobis impendio, tã magnis ſumptibus cõparauerimus ipſi, & clades vltro noſtras alamus, ac patrimoniorũ noſtrorum diſpẽdio foueamus morbos, tamẽ in aggeribus ceruicalium proſtrati, vbi manibus ac pedibus capti tenemur, incuſamus naturã, & dolores noſtros deo imputamus. Neq; enim aliud faciunt tunc gulones hi, quam illi apud Iuuenalem, qui,

Miſſum ad ſua corpora morbum
In feſto credunt a numine, ſaxa deorum,
Hæc & tela putant.

Atq; vtinam aliquãdo ad illos redeamus, ex auena pultes, & iſtis vt prius amiciamur laneis indumẽtis, vt veſtibus ſingulos prope artus exprimẽtibus, vt huius pigeat ſerici, has odio perſequamur infinite ſinuoſas togas. Quid aliud ſunt enim iſta oĩa, quã patrimoniorũ prius noſtrorũ dilapidationes, deinde morborũ quoq; propagines? Sane maiores noſtri, cũ parciſſime obſeruarẽt, maximas res, magna cũ gloria geſſerunt. Nos, qui vt iucũditatis affectationem impleamus, venena quoq; cibi vice vſurpamus, quãto iã tempore, quã nihil facimus Germania dignũ? Præſtabat barbaros & dici & haberi, in illis vt tunc ſordibus, quã in hac luxuria, hoc dedecore ingeniorũ palmã aucupari. Quid dicat igitur Magnus Carolus, ſi ad nos redeat, & illos videat biſſina vti ſumma veſte principes noſtros, cum ipſe lorica veſtiretur interula? Aut ex Ctonibus illis, q in puluere & luto virtutẽ extendebãt, cũ noſtrates vnguẽta ſibi illinant, exquiſitiſſime apparata. Inſigne eſt Chryſippi maledictũ in eos, qui vnguentis vterẽtur ad libidinẽ, & alienã voluptatem. Male ſit

iſtis inquit delicatis qui rem tā bellē infamauerūt, atq; hoc molles olim populi factitabāt de Germanis nemo ſuſpicatus eſt, fore vnguēta vt oleant. At iā thyomata & myromata & xeromata & odorū genus omne, tāquā vitæ neceſſariā rē adſciſcimus, & olemus exotica illa ambitioſiſſime. Neq; mulieres tātum ſic errāt, ſed & viri, principes maxime & ſacerdotes. At in Græcula ciuitate Solon diuendi vnguēta vetuit, & vnguētarios ciuitate pellebant Lacedęmonii, oleū corrūpere eos dictitātes. Apud eoſdē cōuiuiorū apparatū & lautiores mēſas ſuſtulit Lycurgus. Grauiter etiā iſtiuſmodi luxus genus increpuit apud Xenophōtem Socrotes. Profecto alienū fuit ab antiquis Germanis, omne voluptatis ſtudiū, rēq; putabant maxime externā, vtcunq; molliter ſe habere. Quoſdā ego audiui ſenes qui dicebant iuuenibus ſibi togam fuiſſe ſuſpectā, cū nos purpurā adoremus hodie. Atq; igitur o deprauata ſecula. Tegebātur illi inexcultis ferarū pellibus, & ſub diu ac in caſtris pernoctabāt, & laboribus confirmabantur, cū nos molliter veſtitos, & ſub peregre elaboratis illis gauſapinis delitiātes, omne luxus genus eneruet, ac interimat, Et poſſit ſperare quis finē habiturā facile hāc viuendi in Germania conſuetudinē, cū exēplū eius ab his, qui ſacerdotes vocātur, emanet præcipue. Hi nō in celebritatibus tātum & epulis ſacrorū, ſed vnuſquiſq; domi ſuæ, in patinarū paludibus innatāt, ac vitā vocāt edere & bibere, aut ſi nō vocāt, certe exiſtimāt, atq; inde alii nihil nō licere ſibi putāt, cū hæc illi faciāt. Quo fit vt ſuus a Germanis patrius & genuinꝰ mos exulet, in tātū inclinatis hic moribus vt perditiſſimas quaſq; luxu gentes prouocare poſſimus. Quin potius foras propellere iſta conueniebat, & quemad-

Digitized by Google

modum placentæ Diogenes, ita externo iſti luxui dicere, o hoſpes, hinc cito proficiſcere. Aliquando nos enim vel externa erudire exẽpla debebant. Et cum hodie regiũ imprimis putẽtur profuſiſſime crapulari, audire Menedemũ philoſophũ Antigono, an luxurioſum conuiuiũ adeat percontanti, reſpõdentẽ, Memẽto regis te eſſe filiũ, aut vero Antiſthenem, qui delitias laudãte quodã. Inimici inquit delicate viuant. Inſcriptũ cordibus noſtris debet eſſe Pauli oraculum. Eſcę ventri ait & vẽter eſcis, deus autẽ & hunc & illas abolebit. Idẽ cum opera carnis dãnaſſet, inter quæ ebrietatem & comeſſationem poſuerat, ſubdit, de quibus prædico vobis quemadmodum & prædixi, quod qui talia agunt, regni dei hæredes nõ erũt. At illi hæc agunt nunc, qui in regnũ dei duces nobis eſſe debent, ſacerdotes, canonici, epiſcopi & pontifices, in tantũ vt per Germaniam prouerbii vice ſit ſacris initiari debere eum, qui velit ſuauiter viuere, quaſi hæc illos imprimis vita deceat. Aui mei Laurẽtii Hutteni in literas referenda frugalitas, magno nobis ad gloriæ ambitũ incitamento eſſe debet. Is cũ locuplete eſſet cenſu, ac in magnis etiã principũ noſtrorum negotiis, domi pariter ac militiæ verſaretur, in ſuam domũ, piper, crocum, zinziber, & id genus peregrina condimenta, nunquã admiſit, nec alio ipſe, quã ex noſtra lana veſtimento vti ſolitus eſt, cũ ob bene geſtam rem, pretioſe illi quandoq; veſtes donarẽtur. Idq; non tantũ faciebat ipſe, ſed magno etiã apud æquales ſuos, conuicio mores hominum inſectabatur. Quaſi non apud nos inquiens naſcatur, quo ſi gulæ oblectamẽtis opus ſit, cõdiri noſtra poſſint, aut veſtimentorũ corporis prætium, animi qualitatẽ arguat, Sed de hoc viro, ne meã ibi gloriã captare vi

Digitized by Google

ceat loqui deſinam, ſi hoc prius dixero, ita ſentire me non perinde pulchrum eſſe ex hac familia, vbi quædam alioqui iactationis materia inuenitur, quam illius nepotem qui ſic vixerit, naſci. Et maiores quidem noſtri, ac illi quos adhuc vidimus pueri, ſenes, cum ſic cœnarent, ſic veſtirentur, bene conſtitutis corporibus fuerunt, & contra famē ac ſitim, frigus & æſtum, per laboris patientiam induratis, cum nos ad primas ſtatim pruinas, manus ac pedes contrahamus, ac incipiente ſtatim hyeme, triplicibus muniamur pellibus aut intra illa nos recondamus tepidaria, vnde non eximus niſi ad mediā iam æſtatē torrente & caloribus oīa adurēte ſole. Cum inquā vix decimus quiſq; nūc reperiatur in Germania nobilium, qui non aut podagra laboret, aut articulari morbo crucietur, aut hydropiſi infeſtetur, iſchia, lepra, aut illa maxima ſecum mala inuehēte morbo Gallico diuexetur. Aliquando igitur ad nos redimus, & illam hac natione, hoc imperio dignam ingredimur vitam? Quā etiam qui, vt hi quos dixi, molliter nimis viuunt, tamen laudari apud ſe patiuntur. Neq; enim quemquā fere iſtorum eſſe puto, qui etiam ſi ſtudio omni mollitiē colat, & indulgētiſſime circa luxum viuat, non in aliis tamen oderit eam vitam. Niſi eſt adeo per incontinentiam excæcatus quis, vt iſtos amet perdite moratos Sardanapalos & Heliogabalos, aut multorum diuerſi inſtituti parſimoniā oderit. Profecto amabilis eſt virtus, etiam apud eos a quibus poſtergatur. Vetus Catonis condimentum eſt, pultē miſcere caſeo & ouo. Illis autē vere Germanis olim, vt adhuc hodie multis, pultē ex auena cibū fuiſſe Plinius refert. At nos trāſmarina cœnamus tāta neceſſitatis opiniōe, vt decretū oībus paſſim patri-

Digitized by Google

buſfamilias ſit, quæ hic proueništ vendere, vt illa emantur. Quæ res vna locupletauit Fucheros, qui donec nos ſic curamus corpora, ſoli pecunias hñt in Germania, ſoli magnificas ædes ac ſpecioſa ædificia. Quippe in tãtum creuerũt, illi voluptatis noſtræ miniſtri, vt eorum opes, ante cuiuſlibet ex his principibus cenſum habeãtur. Adeo extra nos peregrinamur, adeo nõ intelligimus quæ modo decoquat Germania. Quare ſic puto prudẽtiſſimũ fuiſſe, ſi quis omnino, qui ſuperiori ætate hũc metuit nationi noſtræ luxũ, has vitæ illecebras, vnde tot peſtes, tot pullulãt morbi, omnibus palã vidẽtibus, ab his ſecuros agere, qui illis æquo animo carent. Et qui noſtris herbis, ſunt adhuc aliqui enim Germani, cõdunt, bene habitis, vt plurimũ corporibus viuere. Illos cõtra, qui digitos habẽt croco iſectos, & cinamomũ ructãt, ac gariophyllũ ſpirãt, & in veſtium luxu delitiantur, omnibus paſſim obnoxios ægritudinibus. Quã proprie igitur locupletẽ podagrã appellat Satyricus, quod egẽtes fugiat, & abſtemios, apud diuites vt plurimũ hæreat, crapulones, ebrios, & delitiarios, qui vt idẽ poëta inquit.

Interea guſtus elementa per omnia quærunt.

Itaq; cum affatim producat hæc terra vitæ neceſſaria, tamẽ quaſi a natura derelictis, ad externa cõfugiunt, veſtes, cibos, medicinã, ab Herculis columnis, a Taprobana inſula, a Gange fluuio, aut quæ loca iſtis adhuc lõginqua magis ſunt, & a Nili prope ortu petẽtes. Dii mortuis iraſcantur, qui hoc in Germaniã malũ admiſerũt primi. Rẽ fecerũt enim indignam Germana grauitate. Nam tales haud fuerũt illi veteres, id quod mecum increpare decet optimum quẽq;,

Et qui potiores
Herculis ærumnas credat, ſæuoſq; labores,

Et venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.

At o Chriſte quã delicata, quã ſalubria alimenta ſunt, ex ſiligine aut tritico panis, ex milio, oriza, ptiſana & auena pultes. Adde olerum tot ſpecies, adde hortẽſia cõdimẽta aniſum, coriãdrum, cyminum, fœniculũ, adde ſinapi, erucã, cepe, porrũ, alliũ, & quod ſi Plinio crederemus, peculiarẽ incõdimentis gratiã habere debuit apiũ, & potus vice cereuiſiam. Adde etiã pro diuitibus vinũ, ſimplicẽ & ſyncerũ vt Apollonius ſentit, terræ potionẽ. Idq; parce bibatur, ſiue in Frãcis natũ, ſiue ad Rheni ripas. Adde ex noſtris animalibus carnes, hinc cicurum, inde ferinas, iniucũdo nequaquã ſapore. Nec arborũ cõtẽnẽdi fructus, quã diues eſt Germania, quam abũdat vitæ alimentis, quã affatim ſuggerit neceſſaria. Meũ igitur ſummũ votũ eſt, ne vnquã podagra, vnquã morbo Gallico careãt, qui pipere carere nõ poſſunt. Et vt aliquãdo miſere famẽ ferre cogantur, qui nũc vndiq; nõ cibũ quo viuãt, ſed qbus gulã irritent, ac appetitũ inuitẽt illecebras quęrũt. Atq; his quam ſancte inuidit Galenus, quando ab ebrioſorũ & gulæ deditorũ hominũ, ſi quãdo ægrotarent, curatione interdixit medicis. Redaceruant enim cito, inquit, per vitæ intẽperãtiã, crudas humores, vt fruſtra euacuẽtur iſti. Cito expletur, Hieronymus ait, naturæ neceſſitas, frigus ſimplici veſtitu & fames cibo expelli poteſt. Anaxerxes Perſarũ rex, ad eã aliquãdo neceſſitatẽ redactus, vt ficis aridis & pane ordeaceo veſceretur, rerũ varietatem ſimul & ſuã fortunã contẽplatus, cuiuſmodi inquit voluptatis expertẽ me regalis fecerat affluẽtia. Quo exẽplo intelligere datur, quod hi qui parce viuũt & ſobrie, ſoli in luce verſatur, & viuere ſe intelligũt, qui cõtra indulgẽt corpori, ac omnia ſibi

Digitized by Google

ingurgitāt, in quibuſdā quaſi tenebris errantes, nō ſentiunt ſuā ipſi vitā. Tantum abeſt iucunde vt viuant, quāquā ſentiunt pauloposſt, in morbos vbi inciderunt, & tunc quidem cognoſcere incipiunt, quā vitam, quo pręmio delegerint. Nam vt Perſius ait,

Cum lapidoſa chiragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi,
Tum craſſos trāſiſſe dies, lucemq; paluſtrem,
Et ſibi iam ſeri vitam ingemuere relictam.

Ergo dubitamus, quæ tot morborū cauſa Germanis ſit, cū meminerimus adhuc, cū illo luxu, has inuaſiſſe corporū clades. Iam enim, ita ganeæ ita delitiis ſtudemus hic, vt videamur q̄ſi propoſito pręmio, cū aliis extra populis, de turpiter viuēdi principatu cōtendere. Habemuſq; hanc ad rem, nō imperitos quoſdā miniſtros. Hi ex vltimis terris, conquiſita ad nos gulæ irritamenta côuehūt. Hi quod edamus atq; bibamus & quo veſtiamur, miro ſtudio peregre importāt. Quod cū diu iā magno ſuo, vt prius dixi, cōmodo fecerint, adeo quoſdam delicatos reddiderunt, vt hic viuētes. Curſicū bibāt, & ab Italis petita cibaria inſumant, cōtra Romæ quādo ſunt, eo quod apud Rhenū naſcitur, aut q̄d Neccarus gignit vino vtuntur. O peruerſam viuēdi conſuetudinē. O rem odio dignā, vel idcirco magis quod epiſcopi ſunt qui faciunt iſta. Quales ego homines a diis imortalibus cum Philoxeno illo, vt eſt apud Ariſtotelē, optare credo, colliū gruis dari ſibi. Ariſtophanes Syracuſanorū mēſas, & Sybaritarū luxus notat, ſuggerebāt hoc ſua illi tempora. At nunc idē ille ſi viuat, quo ore, quo ingenio ſatis iſta culpare poſſit noſtra prandia, noſtrā ingluuiē, noſtras cōpotatiōes? Audiāt igitur omnes, qui virtutibus excellere volūt, & ingenio qui volunt. Py-

Digitized by Google

thagorã dicentem, hominem ex homine, nihil altũ cogitare. Ideſt incontinentem & luxu diſſolutum, donec quidem in ea vita ſit, nihil poſſe ingenio, nihil aio vti. Homini cibus vtiliſſimus ẽ ingt Plinius, ſimplex, aceruatio ſaporũ peſtifera, & condimenta pernitioſiora. Hæc Perſius itellexit, cũ ſic frẽderet

Poſcis opem neruis, corpuſq; fidele ſenectæ,
Eſto age, ſed grãdes patinæ, tuccetaq; craſſa
Adnuere his ſupos vetuere, Iouẽq; morãtur.

Apud Ciceronẽ Cato inquit, libidinoſa & intẽperata adoleſcẽtia, effœtum corpus ſenectuti reddit. Atq; idẽ ſuadet, tãtũ cibi & potionis adhibendum vt reficiãtur vires, nõ vt opprimantur ac hominis mẽti, quod diuinũ munus ac donũ vocat, nihil tã eẽ inimicũ quã voluptatẽ putat. Nec enim libidine dominãte, tẽperãtiæ locũ eſſe, nec omnino in voluptatis regno virtutẽ poſſe cõſiſtere. Magnãq; habẽdã ſenectuti gratiã cẽſet, quæ effecerit vt non liberet, qđ nõ oporteret. Impedit enim inquit cõſiliũ voluptas, rõni inimica, ac mẽtis perſtringit oculos, nec habet vllũ cũ virtute cõmertiũ. Igiturq; bñ cũ ſenibus agi putat, qđ cũ careãt epulis, extructiſq; menſis, & frequẽtibus poculis: interim vinolẽtia quoq; careãt: cruditate & iſomniis: q̃ iſtã cõſequũtur mollitieĩ ĩdulgẽtiã: morbi ex ſacietate nimia cõcitãtur ingt Hieronymus. Scitũ ẽ hoc cuiuſdã noſtratis medici: q cũ ægro cuidã: qui veteres in tibiis fluctiões patiebat̃: mederet̃: atq; is crapulæ eſſet deditus: & fortiter biberet: nec minus tamẽ quereret̃ nihil pfiſcere medicamĩa: qn multo etiã: quã a principio magis fluere vlcera. Iſta quidẽ inquit fluere deſinent: ſi tu ĩfundere deſinas. Galenus athletas: quorũ vita & ars ſagina ẽ: nec viuere poſſe diu: nec ſanos eẽ dicit: animaſq; eorũ: ita nimio ſanguine & adipibus

Digitized by Google

quaſi luto inuolutas, nihil cæleſte, ſed ſemper de carnibus & ructu, ac vẽtris ingluuie cogitare. Antiqui Romani mẽſam neceſſariã vocabãt, quæ tenuis eſſet & frugi. Et apud Græcos literis clarorũ virorũ decãtata eſt ολιγοσιτια. Eſſei quoddã apud veteres Iudæos philoſophorum genus, ab Ioſepho laudãtur, quod ieiuniũ cotidianũ vertiſſent in conſuetudinẽ & alterã naturã. Phariſeorũ idem continentiã effert. Qui nos perditos voluit olim, hãc credo viuẽdi cõſuetudinẽ imprecatus eſt. Itaq; tã ſolicite M. Cato, vt eſt apud Pliniũ, cum timuerit, ne quãdo, cũ ſua mollitie, ſuoq; luxu, in Italiã inuaderent Græci, quis ex noſtris maioribus cauit, ne qd vnquã iſtorũ venderetur in Germania cõdimẽtorum. Pereat piper, pereat, crocũ, ac ſericum pereat. Aut ſi quis apud alias gẽtes, iſtorũ vſus eſt, ſaltẽ ea neſciat hæc natio, aut nũquam videat. Noſtratibus vero hãc mentẽ indat Chriſtus Opt. Max. vt antiquorũ ad ſe reuocent frugalitatẽ, & maiorũ ſe parſimoniæ cõformẽt. Quãta animi magnitudine barbarus Anacharſis iactat vitæ inſtitutũ. Mihi pulpamentũ inquit fames, cubile ſolũ, veſtis ſcythicum tegmen. Ebriũ Aeſchinẽ, abſtemius Demoſthenes, ciuitate expulit. Socrates aliquãdo exoſus ganeæ deditos, & quibus in ſolo viuẽdi eſt cauſſa palato, multi idcirco vt edãt ait & bibãt, viuũt, ego vt viuã edo & bibo. O vere ſapiẽtẽ & dignũ Apollinis cõmẽdatiõe virũ Memorabile & hoc ẽ Græci poetæ,

Ventris habenas oportet tute regas.

Quid ille? qualis fuit, quẽ omnes vt voluptariũ inceſſunt, Epicurus? qui in voluptate poſuit ſummũ bonũ? Certe hoc quicquid eſt, quod tanti faciebat: ſimplici panis & aquæ vſu cõſtare putauit, & victũ laudauit tenuem ac parabilẽ, Scribenſq; ad amicũ,

Et mitte

Digitized by Google

Et mitte inquit mihi caſei Cithridi paululũ, vt cũ epulari precioſius voluero poſſim. Anaxagoras dicebat, qui ſuauiter edit, minimũ eget obſonii. Porphyrius animum ieiunio expurgari debere pcipit. Apud Philoſtratum Porus Indorum rex corporis firmitate & mẽbrorũ fortitudine ſuſpicitur, aqua & pane vitam degens. Maſiniſſa ad nonageſimum vſqꝫ annũ ſine pulmento victitauit. Mithridates Ponti rex, qui annis. XL. cum Po. Romano bellum geſſit, ſtans veſci ſolebat, tantũ abfuit, noſtro more in plumis vt adcũberet. Titus Liuius de Annibale ſcribens. Cibi inquit potioniſqꝫ deſiderio naturali, non voluptate modus finitus. Vigiliarũ ſomniqꝫ, nec die nec nocte diſcriminata tẽpora, id quod gerendis rebus ſupereſſet quieti datum, ea neqꝫ molli ſtrato, neqꝫ ſilentio accerſita. Inter laudes Auguſti Cæſaris præcipuum eſt, cibi ac potus fuiſſe parcũ. Hæc tam præclara, tã ſalubria vitæ exẽpla, vt mẽte & corpore valeamus, proponere nobis nõ malimus, quã vtrinqꝫ vt ægrotemus, ad iſtorũ cõtra naturam viuentiũ gulonũ molliculorũqꝫ hominũ mores, vitã inſtituere. Agite autẽ Turcę & reliqui extra religionẽ hanc populi, volent vnquã effici Chriſtiani cũ nos ſic viuere videant? Sed futurũ credo, vt ſuis edocta malis, reſipiſcat gens noſtra. Nũc ad inſtitutũ redeo, & quia de victus tenuitate ſermo erat, dicã an q circa victũ ſic habet, cũ vel ſine Guaiaci, quod putãt aliqui potione reſtitutũ iri putem. Iam ſola hac dieta poſſit reſtitui quis? Caput. XXI.

DE probis nulla debet eſſe mala opinio, ne ſuſpicio quidem. Hi certe vulgo medici diſſumpuntur, tantũ poſſe medicamentũ hoc, & ſolum poſſe, ac præter ſuam operã poſſe, Ita fremũt,

multos paſſim repente ſanari, a quibus perpetuum ſibi ſtipendiũ cõceperant, iuge lucrũ deſtinauerãt. Quare etiã ꝑtinaciſſime pugnãt, ne vnquã ſuis placitis, quod futurũ timẽt, fidem abroget. Nuper q̃dẽ nugalia quædã prædicauerunt, ſi ex animo, errori imputãda, ſin vero inuidia, flagitio, ſola hac dieta, & quæ in curatione per Guaiacũ præſcribitur victus ratione, quãuis neq; a Guaiaci decocto bibat quis, neq; vllã omnino medicinã adſumat, poſſe reſtitui ęgrum. Vidiq; ipſe qui promitterent iuniperi ſcobẽ, & quercus aut fraxini, vel pini, aut omniũ ſimul limaturã, decocturos ſe, neq; ſi id faciant dubitare, quin eoſdẽ contra morbos, eodẽ effectu mederi velint. Quod ad opus quãquã valde ſuſpicor, maleuole conari eos, tamẽ optimã, & e ſuo voto fortunã precor. Quid poſſet enim felicius euenire nationi huic, quã in noſtris hoc ſyluis naſci, q̃d tã peregre alioqui petitur, tanto nobis remedio ſit? Sed valde metuo, temere ꝓmiſſum hoc ab ipſis, eos fruſtra conari, cũ quia grauiorẽ eſſe morbũ hũc exiſtimo, q̃ fame qui nõ etiã adhibito medicamẽto, præſertim altiſſime, vt plerũq;, radices vbi fixerit, repelli poſſit, tũ vero, quia ſi hæ quas dixi arbores, tale quid ipſæ poſſent, tã diu incognitã vim, vtpote vernacularũ nobis, futurã haud fuiſſe. Experiantur illi tamen. Quod eſt aliud enim medicorũ officiũ, q̃ cotidie indagare aliqd, & experimento cognoſcere, ac vnicuiq; morbo quid medeat̃ inquirere? Verum ego omnis interim admonitos velim, quod in præcedentibus dixi, id credant, magnũ eſſe q̃dẽ ſicut in aliis morbis, ita vel præcipue cõtra Gallicũ, frugalitatis præſidiũ, verũ haud tale, vt poſſit infectum iam ſanguinem, & morbi veneno corruptum, emendare, niſi quorũ hæc vis eſt, medicamẽta ac-

Digitized by Google

ceſſerint. Vt ſi bellū gerant duo aliqui, & hoc apud me alter obtineat, inimicū ſuū ne adiuuē, īputare illi qdē poſſim qđ nō nocuerim, qđ adiuuerim ēt haud debeā. Ita cibi ac potus abſtinentia non tollit ipſa quidē morbū, ſed non alit. Quaſi dicat quis ſe neq; vincire captu cū poſſit, neq; ſoluere cū non poſſit. Dixi de podagra & de articulari morbo dixi, reſtitutos ſibi, qui ad frugaliorē ſe victū tranſtuliſſent, aut à vino & venere qui temperaſſent, de hac ſcabie, & quæ illam conſequuntur mala, in mentē idē nunquā venit. Altius inſedit enim, quā vt cito auellatur, ac latius vires ſpargit, quā paruo negotio vt colligi poſſit, atq; ita totū occupat, quē inuaſit, vt a nulla ſeorſum parte amoueri ſuſtineat, niſi ſimul atq; vno quaſi impetu a toto expellat. Mihi ſane magno meo incōmodo multa experto ibi, fides ſit, ſobrie & parce viuendo, ſi cui euadere malū iſtud liceret iam ante effugiſſe me, qui totos tres annos, ad ſummā maciē extenuaui corpus, cum interim nō tenerem quidem morbum, ſed non etiam eiicerem. Agite tamen o magnifici promiſſores, coquite fraxinum, apparate iuniperum & pinū nobis, ac ſi videtur buxum adhibete etiam, & cornum aut platanum, magni apud omnes beneficii gratiam inhibitis, ſi per vos hic adſequamur, quod aliqui tā longe petendum erat. Maiuſq; multo erit hoc veſtrū meritum, quā ſi efficiant Fucheri piper vt gignat hæc terra, aut cinnamomū vt hic naſcatur. Ipſe vt cupidiſſime hoc a vobis, ſi vnquā dederitis accipiā, ita priuſquā dederitis, nihil credam in vobis tale eſſe, ne ſperabo quidem, ſæpe iam fruſtra hiare iuſſus, illos expectare aureos montes.

Quomodo ventris in curatione hac, rationē habere conueniat. Cap. XXII.

Digitized by Google

TOto curationis tempore parũ reddit venter, idq; & ægre & durum, nõ tam quia parũ edi-tur: quã propter medicamenti vim, quæ ineſt illi exiccatoria, & aſtrictiua. Quãquam audierim, nõ æqualiter omnibus accidiſſe hoc. Quoſdã enim dicunt ſtatim a principio, liquida fuiſſe aluo, quoſdã perpetuo etiam. Quod mirabar certe, cum mihi quadraginta dies ipſos, ne ſemel quidem, niſi coacta tranſmiſerit cibum. Poteſt autem contineri excrementũ, vt in hac dieta, in quintũ aut ſextum diem, ſine periculo. Deinde limitatura Guaiaci, in aqua decocta bibit ſemiũcia ĩ aurora. Quod ſi prio nihil mouerit, datur ſequẽti iterum die, aut tertio, ſine ſic quidẽ reſpõderit, tũ infundẽda ſubtus clyſteria, aut balani, eũ in vſum apparati, imponũtur, nã ducere omnino ventrẽ oportet. Quem ſi quis caſſiæ potu, aut etiam victu ſoluat, nihil erraſſe crediderim valde, dũ ne pluſquã ſemel hoc contingat, & eo mane non bibatur a Guaiaco. Vomitu leuandum nõ cenſeo, frigidiora enim facere corpora vomitiones, & inimicas oculis eſſe, dicit Plinius, maxime q; dentibus. Porro quæ aluum ſiſtant, multa in hoc negotio conueniunt. Primũ quod exinanitum iam ante de purgatiõe corpus eſt, deinde quia cibi parũ adſumitur. Sed vt hic clauſus eiectionibus locus eſt, ita nõ nihil interim excernitur, aut per ſudores propellente nocumenta & ſuperflua Guaiaco, aut in vrina, qđ liquidius eſt a cibo. Magnoq; aliud hoc ſolatio eſt, quod interim nec iflatio accidit, nec tormina infeſtãt, neq; guſtus amaritudo ẽ, vel nauſea ſurgit, aut in caput facile exhalãt vt alibi aſcendentes a ſtomacho vapores. Et vt mictu quidẽ purgetur æger, intelligere facile ẽ, neq; vt hoc fiat inuitamẽtũ aliũde quærendũ. De ſudore dicã pauca.

Digitized by Google

DE ſudore ibi mouendo. Caput. XXIII.

SVdorem, Si non vltro exeatur, quærendum ali qui putant, igitur copioſiori ſuper impoſita veſte, in tertiam, aut quartam, interdum horã con tecto ægro eliciũt. Quod & ſi inter difficillima eorum quæ patimur omniũ ſit, ſenſi tamẽ ad laſſitudinem vſq;, nõ ita defectionẽ cõtingere, qui mecũ curabantur ægerrime ferebant omnes, atq; vnũ hoc in curatione hac durũ eſſe dicebant. Quod ſi liceat mihi dicere quid exiſtimẽ etiã, nõ tantũ quid didicerim, pœne auſim docere, neminẽ cogendũ vt ſudet, niſi hoc quod res ipſa habet, patiatur quis, vt tres aut quatuor horas contineat ſe quidem in lecto, neq; excedat, & cõtegatur, ſed neq; multo obrutus veſtitu, neq; imobilis penitus iaceat, in ſumma nihil magnopere angatur. Multaq; hic vt alibi temere & ſolita noſtratiũ medicorum ſuperſtitione fieri credo, quę nõ oporteat. Nã vt per ſe mouet ſudorẽ medicina hæc, ita cogi non ſuſtinet. Cuius rei vel hoc fuerit argumentum, quod nihil maturius ſudationem mihi, ternis aut quaternis contectus pellibus prouenire ſenſi, quam ſub vna quoties decubui ſtragula. Verũ hæc intelligi volo, exudandũ omnino velim, & ſi id nulla ſponte fiat citu opus videri, ſed leuiter. Quippe violentũ nihil probo. Fugiendoſq;, ad ignes qui torrere corpora ſolent, aut copioſius æſtuaria calefacere, moneo. Frangũt enim corpora & humores, virium fomenta, exhauriunt. Quod vero leuiter dixi, hoc ſic capiẽdũ ẽ, quod qui vna ſe ſub ſtragula aliquãtiſper cõtineat, etiã ſi ad moleſtiã vſq; non oneretur, aut indignationẽ, ſatis eum, Guaiaco intus operante, ſudaturum putem.

Quomodo iuuet medicina hæc, & paulatim an repẽte ſaneſcãt hoĩes. Cap. XXIIII.

Digitized by Google

SEd iam tēpus eſſe reor medicinę huius effectus, quomodo ſentiatur, & quando tandē incipiant conſaneſcere ægri, citumq́; eius iuuamentū ſit & velox, an tardū & lentū, dicere. Vbi vt in aliis, ea dicam quæ vidi ipſe & cognoui, hoc iā præmonēs, iſtā in me culpā ne coniiciat aliquis, ſi cui aliter atq; ego ſcripſerim eueniat. Didici autē iuuamentū eius paulatim intelligi, nō repente, ſenſim procedere, nō impetu ferri. Tantū abeſt enim ſtatim iuuare eam, aut cū liberat cito lenire dolores, vt etiā a principio, in quindecimū plerūq; diem, acerrime intendat morbū & cruciatus augeat, ac vlcera dilatet, intantum vt peius quis per eos dies, quā vnquā prius habere ſibi videatur, ſiue tūc ab intimis eruitur morbus, & eruendo dolor eſt, ſiue ea quæ tunc fit in corporis habitu alteratio, cū quodā fragore & cōcuſſione perrūpens torquet. Certe enim radices mali huius extrahit medicamētū hoc, idq; nōnullis haud longe ab ingreſſu facere incipit, quibuſdā interpoſita mora. Nemini aute ſeptimū diē, multis vt mihi, poſt vigeſimū, ſed longioris moræ vitiū eſt ab ipſis aliquādo ægris, quādo circa victū ſibi pluſculū indulgent. Apud me quod prius dixi, peccatum eſt in coquēdo Guaiaco, q̄a enim tenuius illud apparauerant medici, quā oportebat, ſerius vim eius ſum expertus. Audiui medicos dicere, quia ſit alia aliorū corporū ratio, maturę aut ſero prouenire. Certum eſt hoc enim q̄d idētidē mihi crebro inculcat Stromerus, nobis qui ſubtiliori agimur ſpiritu, & in ſtudiis literarū attentius verſamur, morbos, plerūq; ſi accidant, vehementiores eſſe & longiores. Referri præterea hic vt alibi multū putant, quibus in corpore locis morbus ſit, & dextera quidē pars ſanabilior eſt quā læua. Quoniā Alexāder īquit, per exer-

Digitized by Google

citationem ampliorẽ materiæ cõpeſcuntur, reddũ-
turq́ ſanitati opportuniores. Aiunt & extrema dif
ficilius ſanari, quod remota a corpore, alimẽtũ ac-
cipere, nõ niſi tandẽ poſſent. Ibiq́ animaduertẽdũ,
aſcendat an deſcendat malũ. Celſus ait, quiſquis do
lor deorſum tendit, ſanabilior eſt, atq́ iterũ. Dolor
oĩs medicinæ minus patet, qui ſurſum ꝓcedit. Por-
ro in pudendis quæ innaſcũtur, vt doloris ſunt pro-
pter inflãmationẽ (cui obnoxia imprimis ſunt hæ
partes) intenſiſſimi acerrimiq́, ita ſtatim & cũ pri-
mis ſaneſcũt. Qui vt in aliis moueri medicinis omni
bus poſſunt, ita ꝓpter recẽs inductũ Guaiaci vſum,
haud ſcio an ſic habeãt ſemper. Hoc omnibus curæ
fuerit, vbi vbi doleãt, & quacũq́ ægritudinis huius
ſpecie infeſtẽtur, bene Guaiacũ vt appareant. Cuius
decoctũ vbi tãto iã tpe potũ eſt, quãtũ vt in venas
ſe diffundat, ſatis creditũ, paulatim decreſcit dolor
aliqñ etiã acrior ſubinde reuertiť, ac decedit. Nam
vbi ſemel minui cœperit, ſi recrudeſcat ẽt, nõ durat
multũ. Vlcera vero quibus ſunt, his quã latiſſime ca
ro circũadediť. Atq́ hoc eſt incipientis tñ ſanitatis
argumẽtũ. Mihi quidẽ vt nũquã antea, nudari in ti-
bia os cõtigit, latitudine vnguis humani, idq́ vige-
ſimoquinto tãdẽ die, meo magno terrore, ſed nulla
reparãdæ carnis difficultate. Adcreuit enim paucos
intra dies. Itaq́ video naturã ei eẽ, ſubtus depurare
vlcera, & ſub carne vim prius ſuã experiri. Adhuc
paucos vidi, itẽ ꝗbus cõſanuiſſent in totũ vlcera, in
cluſi donec tenerẽtur. Atq́ igiť audiui quoſdã mul-
ta ibi exptos, dicere, tũ demũ finẽ effectui ſuo ĩpone
re Guaiacũ, vbi iã ad cibũ redierit æger, & per oĩa
priſtinã reſumpſerit viuẽdi cõſuetudinẽ. Dixi prius
ad quadrageſimũ iuxta diẽ ab exitu negotiũ fuiſſe
mihi. Quæ oĩa, vtcũq́ æſtimanda veniũt, ĩtelligo,

Digitized by Google

vt plurimũ differri in longum eius opus. Neq; enim abrũpere eſt huius medicinæ, ſed paulatim corrigere ſanguinẽ, in quo vitiato, vniuerſa morbi vis ẽſt, & humores noxios, mali ipſius alimẽta, arcẽr a corpore, & deriuare, aliis quidẽ in vrinã & ſudores, in ſedis excremẽta aliis. Omnino autẽ, ad ſanitatẽ inclinãte iam morbo, opus eius primũ eſt, ſudores extrudere, proximũ per vrinæ meatus depurgare, vñ miras eluit ſordes. Et tũc quidẽ incipiunt manus ac pedes frigeſcere, in mirũ modũ, atq; adeo, vt deſerta a calore penitus videãtur. Quod medici aiũt ideirco fieri, quod tũc ab extremis trahat calorẽ hoc medicamẽtũ ad interanea, quibus calfactis & ipſis, tum ſe diſpergat extra. Certe enim qui a Guaiaco conualuerunt, calidiſſimis eſſe mẽbris in comperto eſt. Ac mihi cũ hyemes proximas ſex aut ſeptem, in tantũ frigerent crura ac pedes, vt ſatis nũquã, multis etiã inductis veſtibus caleſieri poſſent, adeo calent nunc: vt ſimplici vt primum indumento frigus arceã. Quibus ſic cognitis, ad illud tãdẽ eũdũ ẽ, qđ ſit Guaiaci opus, & cõtra quos morbos iuuamẽtũ.

Quæ eius vis, & quos contra morbos qui effectus. Capur. XXV.

OPus eius præcipuũ eſt & peculiare, tollere in vniuerſum, & a radice morbũ Gallicum, ſed magis vetuſtũ iam & antiquatum. Vidimus enim qui ex inueterato languerent, citius his, qui recẽti adhuc ſcabie tenebãtur, & melius reſtitutos. Non quod etiã in his quippiã inſanabile relinqueretur, ſed quia difficilius procedit curatio, & diutius inhæret morbus, ac ægrius auellitur. Itaq; tumores, & collectiões ac durities, & ſinus, & tubera, quę multos iã annos ſteterũt, ſoluit ac diſſipat, cũ miraculo. Fluxiones ſiue cõſumat, ſiue auertat, penitus

Digitized by Google

aufert. Vlcera ad ſupputationē deducit, gratiſſimo per oīa ſenſu. Et ſiquid in intimis latet, eruit. Itaq; aliis vt mihi oſſa denudat, aliis neruos oſtendit & venas perrūpit, aut altiſſime exedit, infectas morbo partes tāto cū fœtore ac fœditate, vt ferri odor ille nō poſſit. Porro vim ei eſſe colligūt phyſici excalefactoriā deſiccatoriā, & vitia ſanguinis emendare ac iocineris dicūt, ſed hæc omnia tanto tēperamento, vt indifferenter ex calida & frigida languentes cauſa leuet. Quare & fluxus moratur ſiccitate ſua nocentes humores, qui profluūt perimens, aut ortum eorū eradicans, & intermiſſum bonum corporis habitū reſtituit. Pituitā extenuat, obſtrictos vrinæ meatus, quod cū ex perunctionibus frequenter accidit, tū vel alias etiā hoc in morbo aperit, eamq; ſtimulat & impellit. Quo argumento, iuuare calculoſos credunt, & e veſica lapides eiicere. calculo prodes Exquiſitum habeo, bilem quæ atra dicitur, vehementiſſime detrahere eā. Itaq; & hilariorē reddit, & iracundiā cōpeſcit. Omnino enim magna ei vis eſt cōtra melancholiā. Neq; nō interim diſtillatiōes abripit, & a fluctionibus caput liberatur, eiuſq; grauitatē recalfacto vt putare licet, cerebro leuigat. Fertur & emēdare male curata prius vulnera, quoquo ea inflicta ſint, reſciſſa eorū cicatrice. Diuturniorē in corpore maciē corrigit. Itaq; a curatione hac in reliquū tēpus, valde pigueſcūt homines. Mirabili virtute adſeritur, contra oris grauēolentiā, & emendare, quæ & ipſa, ex perunctionū vitio venit, animæ grauitatē. Iuuat interranea, imprimis ſtomachū, quē renouat ex toto, aluūq; facit, vt vnq̃ prius bonā. Egregius eſt eius ad mēbra extenuata & iminuta effectus, auget ea & explet, contractos neruos extēdit, laxos ſolidat & cōfirmat. Cōpertū

Digitized by Google

eſt & ſtupida hoc ex morbo quę ſint, excitari, & ad ſenſum vigorē quæ priſcū reuocari, ac motū recipe re. Dixi prius, circa aluū eſſe varia, aliis enim aſtringere eā, aliis ex laxitudinē vſq; ſoluere. Rurſus quibuſdā primo ſtatim cohibere deide laxare & emollire, & dari ad ciendū eā ramētū ipſum minutiſſime confractū, ſemuncia potu. Dixi itē nō dari, pro virium portione eius modū, neq; enim infirmat datū. Iam hoc autē quarta nōdum decoctione exhauriri eius virtutē, haud aliis credo, ſed ipſe cōperi. Quāquā priorē quālibet valētiorē eſſe non negem. Sunt qui magna fidutia credāt, ad fiſtulas ipſam & cācrū & cancrenas proficere. Medetur ſuſpirioſis & anhelantibus, ſi hoc a morbo, aut ex punctione ſit vitium. Sed quia prius expoſui, quæ mala ſecū inuehat morbus, ſuperuacaneū eſt hic ea repetere. Tollit omnia & perimit ac extinguit, vt prius dixi, ſi vetuſtiſſima ſint facillime, iā & podagricis datur pari iuuamēto. Duos vidi ipſe cōualuiſſe, cū acerbiſſime affecti pedibus eſſent. Sed medici differēter hoc fieri putāt, & ſolū prodeſſe his, ex frigida cauſſa qbus ſit ægritudo, quod cū illis expoſtulādum relinquo. Salutare eſt hoc etiā remedium contra paralyſim. Reſtinguit recētē eā ac diſcutit, quod ex relatione grauiū virorū qui hoc cognouerunt, ſcribo, nā ipſe nūdū vidi, qui ſic liberatus eēt. Accedebat & leproſum quendā Ricius mihiq; dixit poſtea, nō ex toto leuatū quidē, ſed actū tamen multo meliorē, ac non parū eſſe mundiorem iā, & talē ferri qui poſſit. Ita vt ſibi videatur tegere omnino ac remorari leprā hoc medicamentum poſſe, auferre fortaſſe non ita. Quod ſi iteretur aut ſæpe etiā adeatur curatio, tū ſe credere, diutiſſime differri ſūmū morbi nocumētū, quāquā ſpes ſibi permagna ſit, recenti iam malo

ſi hac via occurſum fuerit, poſſe illud abſtergi penitus, & reſtitui ægrũ. Conanĩ iam etiã, quia vis ſit ei ſiccifica, ad aquã iter cutẽ dare ipſam, cuius rei euẽtum expectamus. Cognitũ eſt ad comitialẽ morbũ vtiliter ſumi, vt medici dicunt, frigida morbo ſpecies ſi fuerit. Vidi ex aliorũ etiã morborũ nocumentis, qui intus laborarent, & ſtomachis eſſent corruptis, ac deprauatis, præterea male qui perficerent cibũ, & qui ex lõga ægritudine recolligere ſe vellẽt ac vires reparare. Huic curationi accingere ſe, non dehortãtibus medicis, Ricio etiã probante in aliqbus, quod cognoſcere ſe diceret a ſanis etiã aut non magnopere adfectis adiri, citra nocumẽtũ eã, pertinaciter credere ſe enim bonã corporis cõſtitutionem ſi ſit, ſeruare eã, tueri & confirmare. Atq; hæc de iuuamẽtis Guaiaci dixiſſe ſufficiat, quorũ ſi cauſſas a me pcõtetur aliquis, tũc ad medicos eũ remitto expertos. Nã ipſe nihil tale pfiteor, neq; ita ingreſſus ſum, vt eorũ quæ ſcriberẽ, continuo rationẽ quoq; rederẽ, ſed hoc pmiſi, quicqd de Guaiaco cõpetiſſem, aut in me, aut in aliis, & quæ vel ipſe vidiſſem, vel ex aliis auditu accepiſſem, optima in literas fide referrẽ, relicturus anſam poſt me multis. qui rẽ pro ſua dignitate explicabũt. Et iã, ne cui incognitũ ſit, in me quid effecerit Guaiacũ, dicã, qbus corporis partibus, & quomodo affectus fuerim.

Quos mihi morbos ademerit hoc remedium. Caput. XXVI.

VEl vno hoc euentu cognitum eſt, in nullo nos corporis malo, quantũcũq; conclamato deſperare oportere. Quot eramus enim a medicis deplorati iam, qui ſubita & quaſi cælitus interueniente Guaiaci ope reſtitimus. Quendam noui vere amicum mihi qui acerbiſſime diuexante

me tũ morbo, cũ per dolores nec quieſcere noctu liceret, nec interdiu cibũ capere, ſuaſit mortẽ mihi quãdo quidẽ remedium nõ inueniretur, & deffluere corpus tabo, ingẽti cũ dolore & nulla inclinationis ſpe videretur, cõſciſcerẽ. Iã te inuito huic malo eri pi decet inquiẽs. Atq; is quidẽ Chriſtianos nos eſſe oblitus erat, amicos eſſe plus etiã q̃ oportuit meminerat. Omnia in illis olim martyribus, qui ſtrenue cruciatus pro Chriſto pertulerunt ſuſpicienda ſunt, ſi quis tamẽ deficere poſſit, ac animo labi, certe hoc torquente morbo poterit. Nego tale aliquid paſſum etiã Licinii Cecinnæ partẽ, cũ ſe papaueris ſucco, interimeret. Nec ita in patibili fuiſſe valetudine alios qui hoc idem factitarunt. Certe enim hæc lues vel ſola fœditate, nedum cruciatibus, qui ſuper oẽs immẽſi ſunt, vitæ odiũ gignere potis eſt. Speuſippo philoſopho paralyſi ad deſperationem vſq; cõuulſo oliꝫ, cũ veheretur obuiã Diogeni, atq; illi ſalue diceret, reſpõdiſſe Diogenẽ ferũt tu quoq; nequaquã ſalue qui eiuſmodi cũ ſis, viuere ſuſtines. Idẽ ille ſic rigide philoſophari ſolitus, quid dixiſſet me cõſpicatus, cũ & pariter illis, qui paralyſi tenẽtur cruciarer, & ita eſſem aſpectu ac odore fœdus, vt omnibus eſſem grauis, quibuſdã odio etiã, viuebam tamẽ, nõnulla adhuc ſpe, quãquã toties fruſtratus, magnificis medicorũ promiſſis. Et ne quis vna aliqua parte ægrotaſſe me putet, aut leuiter, dicã vt affectus fuerim. Primũ ſiniſtro pede eram inutilis iã, hęrẽte ibi octo plus annis morbo, & in media quidẽ tibia, qua parte tenuiſſima cruri obducitur caro, vlcera erant cũ inflatione carnis inflãmata, putreſcẽtia, ingenti cũ dolore, & huiuſmodi vt vno ſaneſcente, erũperet ſtatim aliud. Erãt enim cõplura ſparſim nec ope medicorũ fieri poterat, in vnũ

Digitized by Google

omnia vt redigerent̃. Supra ea tuber erat, vt os crederetur ita induratū, & in eo ſuppūgens citra intermiſſionē dolor imenſus, imodicus, fuit & ſupra dextrū proxime talū collectio, & ipſa in oſſis modum dura, ex recētis olim morbi reliquiis vetuſtiſſima. Hanc mihi ferro, hāc igni & cauſticis omnibus adaperire cū molirent̃ medici, nihil profecerūt. Illa aūt modo vehemēter intumeſcebat, ac ſummo cū dolore, modo reſidebat mitior Dolebatq; minus igni admoto pede, nec ſuſtinuit tamen multiplici veſte cōtegi. Eo fluxus erat vehemēs, & qui irreſtinguibilis plane videretur. Ac quoties pedi inſiſterē, dolore afficiebat ipatibiliter. Deide ſupius coxa & genu penitus cōfriguerāt, attenuato ibi ad ſummā vſq; macretudinē femore, atq; ita iminuta carne vt prę ter cutē, vix eē videret̃, quo ſe os cōtegeret. Præterea i tm̄ luxata vtraq; iūctura fuit, vt diu ægerrime liceret iſiſtere, tādē nō amplius ēt euanida oīno ex clunib⁹ altera. Dolebat itē leuus humerus, vt leuari iā brachiū nō poſſet, debilitata extrema ſcapula occalluerat, & in medio muſculo tuber oui magnitudine iminuto aliis partib⁹ ad mirā tenuitatē brachio, ad ipſam vſq; manū, & in dextero latere, ſub infima ſtatim coſta, vlcus erat ſine dolore quidem, ſed fœdū quoddam pus efferuens & ſpurca manans ſanie, fiſtulæ in morē auguſto exterius ore, ac ampla intus cauitate. Supraq; ipſum aliud iterū tuber quaſi ſupernato coſtæ quodā ibi oſſe. Deniq; a ſūmo retro vertice fluxus ibat, ad omnia iſta, manifeſto ſenſu. Qua incipiebat is ad leniſſimū etiā tactū, quaſi pertuſo craneo dolebat caput, nec verti i tergum, niſi cū ipſo vna corpore facies potuit. Adde illud quod ſolū ſi mihi ademiſſet Guaiaci medicina tamen permaximā eius vim prædicare debueram.

Digitized by Google

Somnum meridianũ, quẽ perdite appetebam & cui ita deditus erã, vt nullo intermitterẽ die, totos pœne ſex annos, cũ mihi acclamarent medici fere vnã hanc eſſe omniũ mihi morborũ cauſſam, ego tamẽ refragare deſyderio nõ poſſem. At nũc in tantũ illud abiit, vt credo ſi me in vitẽ etiã dormire interdiu nõ poſſum. His tot tantiſq; infeſtatus malis, cũ deſperaſſent omnes, me tamen bonus credo meus Genius, quiddã adhuc expectare iuberet. Ecce ad Guaiaci ſuccurſum reſpirare auſus ſum. Quã deus mentẽ bonis omnibus indat, nunquã vt ſperare deſinant. Me quidẽ nihil pœnitet mei, & ſi hoc alio q conceſſum ſit diu, incolumẽ etiã & validũ victurũ, magna ſpe teneor. Ac de morbo quidẽ, & ex Guaiaco qđ eſt remedio, quæ occurrebant ſcripſi, optima certe fide, & vt mea tulit facultas, facturus hic finẽ, niſi & poſt curationem hanc, vt ſe habere in victus ratione ægrũ cõueniat, admonẽdos putarem, qui hæc legẽt. Id quod breuiter & ipſum prę ſtabo.

Quæ circa victum poſt curationem hanc obſeruare cõueniat. Cap. XXVII.

IN precedentibus monui totos tres mẽſes at ſaltem duos poſt curationẽ hanc, & vbi egreſſus iã eſt medicinæ huius clauſtrũ æger, quadã conſequenter circa victũ obſeruatione vtendũ eſſe. Iam ipſum illud, quia peculiariter & ſuo loco tractandũ venit, intantũ eſſe neceſſariũ dico, vt negẽ ſicui reparata ſanitas eſt, duraturã: & niſi curioſe obſeruet poſt receptã valetudinẽ multa: & quaſi adhuc clauſus teneatur: ita quoddã intra præſcriptũ aliquandiu viuat. Et tres quidẽ ſtatuunt his: qui aut valde attenuati fuerũt i morbo: & multis obnoxii fluctionibus ac penitus affectis neruis: aut artubus: aut nõ ita firmo potãtur corpore: vt breue recolligendis

viribus tẽpus ſufficiat: qui cõtra validiores: nec ita deperditi: aut cõfracti: his duos ab egreſſu mẽſes ſatis eſſe credunt. Ego vt tutiſſime proſpiciã his: qui me ſequẽtur quã lõgiſſime tenendũ hoc præſcriptũ ſuaſerim: ac primũ omniũ a venere abſtinẽdũ diutiſſime. Quod per Guaiacũ, qui conualuerunt: teneris & per omnia imbecillis iã adhuc ſunt: & quaſi renatis corporibus: in quæ impetũ faciẽs coitus: vbi debilẽ illã: & haud dũ maturã virium recollectionem oppreſſerit: diſſoluit ſtatim mẽbrorũ robur omniũ: ac diſperdit. Et quia veneris nõ vnũ aliquod mẽbrorũ: ſed vniuerſum vno lapſu corpus in diſcrimẽ abſtrahit: quid aliud facere putãdus eſt: qui ſic exhauſtus coit: quã vltro mortẽ qui accerſit ſibi: aut præproperam virium internicionem cõſciſcit: vel omnem in manifeſtum exitium valetudinem abiicit. Quod ſi non omnibus: qui bono etiam ſunt corporis habitu: & nullo tenentur morbo: concũbere permittitur: quãto illis hoc fugiendum eſt opere: quos ſic amiſſis viribus reparandæ conualeſcentiæ ſtudium intendere oportet. Et ſi ante decimumquartum ætatis annum: nemo puer coeundi potens eſt: vtpote nõ plenis dum: ad rẽ periculoſam experiũdã viribus: quã danda opera eſt: ne qui ſic renaſcitur: antequã recipiat vires: temere conuellendũ ſe præbeat. Proximum huic quia iugi fame extenuatis: acerrima incumbit edendi appetentia: minime indulgere ei & quantũ fieri poſſit: cõtinẽtiſſime circa victus rationẽ verſari. Itaqꜫ ꝑ exiguo prius cibo vtẽdũ: deinde paulatim plenius: nec niſi lõgo admodũ interuallo: ad priſtinã edẽdi cõſuetudinẽ reuertẽdũ: ſenſimqꜫ adſueſcẽdũ: nihil ꝑcipitãter innouãdũ. Bibẽdũ aũt vini oĩno nihil: niſi qđ multa prius aq̃ dilutũ ſit: & qđ ipſum ſubtile alioquin odoratũ: & cla

rum ſit, idq; moderatiſſime. Muniat ſe vero contra aëris occurſu3, tẽporibus maxime quæ frigore, vento ac pluuiis infeſtãt, aut vero rariſſime in ꝓpatulũ exeat. Cibũ bis die ſumat, veſperi tenuius, ibiq; nũquã toto eo tẽpore, appetitui indulgeat, & ſatietate vt ſumme malũ fugiat. Eſumq; piſciũ vitet, magis quã omnia, & carnibus veſcat̃ ex animaliũ pullis, quæ faciliotis ſunt cõcoctionis, ac optimi ſucci, quæ ex medicorũ ſuper hoc placitis dignoſcere eſt. Atq; hæc ad duos illos aut tres mẽſes referẽda, nã quæ præterea obſeruãda, ex his quæ ſequũtur planius diſcant̃. Breuiter enim admonebo quædã, nõ tã his qui ope Guaiaci, quã qui vtcũq; quolibet ex morbo cõualuerũt, aut q̃bus alioqui integrior valetudinis cura eſt, ſequẽda veniũt. Quo loco inter præcipua animaduertendũ eſt, qui quã hoc omnes iam norũt, vel vnũ hoc eſſe, morbũ hũc moleſtiſſimum quod faciat, quod ſũma eſt in dieta difficultas, cum poſt debellatum eũ, nõ vna aliqua & ſimplex circa victũ obſeruãda ratio ſit, ſed multiplex & omnifariã ineunda. Ita vt quæ omnibus his morbis, quos cõſequi eũ diximus ſecũda, aut aduerſa ſunt, appetenda aut fugienda vno in totũ ſtudio ſibi proponere debeat, is qui conualuit. Quare curioſo ꝑ oĩa victu cauere oportet, vt ordinate omnia agantur. Quãquã ſi quos ſeruauit hæc medicina, his magnũ quoddã eſt ſolatiũ, qđ putãt eius periti, poſt receptã ſic valetudinẽ, & exactũ obſeruationis quæ eã conſequit̃ tẽpus, in nullo quẽquã periclitaturũ, qđ nõ cõtra priſtinã viuẽdi conſuetudinẽ, ſiquidẽ nõ omnino inordinata ea fuerit admittat. Perinde enĩ conſulendũ eſſe ei qui ſic reſtitutus eſt, atq; his qui morbo nũquã tenti fuerũt. Quãobrẽ nõ ita curãdũ eſſe arbitrant̃ q̃d edat aliq̃s quã illud quãtum edat,

nullumq;

Digitized by Google

nullumq́ cibi genus fugiendum, nullum habendum circa victus qualitatem delectum, nihil accurandũ, quod non ad cõmunem valetudinis conſeruationẽ, ac vniuerſalem morborum omnium euitationem pertinere ſciatur. Vbi pręcipuum fortaſſe fuerit qđ Celſus docet, vt caueat quiſq́, ne in ſecunda valetudine aduerſæ præſidia conſumantur. Seruatur autem valetudo vt idem inquit dieta, pharmaco, vnctione, frictione, balneis, exercitatione, vectatione, & clara lectione. Quæ vt conſideranda aut pleniſſime, aut omnia ſint, ab illo petendum relinquo. Hic breuiter pauca attingam. Et ad dietã qđ pertinet grate arbitror & modice veſcendum. Ac cibos adſumi conuenire & potiones, quæ facillimę concoquantur. Nam vt Paulus ait. Caput educationis eſt, vt ſit cibus coctu facilis, boni alimenti, haudquaquam lentus aut glutinoſus, neq́ ſuperfluitatibus redundans, potio autem vinum aquoſum, albũ purum, aquæ paulum ſuſtinens. Et Celſus, Cibus ſit inquit, ſine pinguibus, ſine glutinoſis & inflantibus. Abſtinendũq́ eiuſdem cõſilio huiuſcemodi in morbis ab omnibus ſalſis, acribus, & acidis, ea puto ratione, qua in præcedentibus monui. Maximũ Paulus ait, in cibatione ſacietatis peccatum eſt. Nã etſi ventriculus probe concoquit, venæ tamen nimis repletæ, laborant, dilatantur, rumpuntur, obthurantur, & flatu implentur, atq́ in totum peſſimos ex ſacietate morbos conſtare in confeſſo eſt. Tantopere ne quis ſe impleat fugiendum cẽſet ille. Ego non hoc tantum, ſed adhuc etiam nihil intente coquendum, nihil condiendum anxie exiſtimo. Dandamq́ operam, ne complura apponãtur, & diuerſi generis fercula, nec quemadmodum iſti ſolent diuites, ſex, ſeptem, aut interdũ decem vna cœna miſſus
Digitized by Google

importandos. Mirum eſt enim quam hæc obſint, non ſtomacho tantum, ſed digeſtioni etiam vniuerſæ. Itaq; illud iterum eodem ab authore repetendū quod ait. Summopere vitandam alimentorum varietatem, præſertim contrariæ vbi fuerint in eis facultates. Nam quæ ſic ingeruntur concoctioni reſiſtunt. Atq; hoc ſentiunt Galenus & Auicēnas, omneſq; emūctioris in medicina iudicii. Catonis apud Ciceronem præceptum eſt, tantum cibi, ac potionis adhibendum eſſe, vt reficiantur vires, nom etiā opprimantur. Quare vt plurimum leniter prandendū Xenophontis conſilio, vt ſit videlicet locus cœnæ. Plane ex illis eſt hic morbus, quos ex plenitudine prouenire Galenus autumat. Quod ſic intelligēdum eſt, non vt omnes qui in crapula degunt, morbo ſtatim Gallico obnoxios fieri exiſtimē, quāquā morbi hos manent, quiqui ſint, grauiſſimi, ſed eo ſi quis ante laborauerit, ſi intemperanter edat ac bibat, recidere illuc neceſſario. Itaq; cibus adſumatꝰ neq; varius, neq; multus, quo ne onereť ſtomachus, & impediatur digeſtio. Deinde is, qui vt monui, cōcoctu facilis ſit difficulter perficiuntur, Plinius inquit, omnia in cibis acria nimia & auide hauſta, & in æſtate quam hyeme difficilius, ac in ſenecta quā in iuuenta. Apud Ciceronem eſt, qui caret epulis extructiſq; menſis, & frequētibus poculis, caret itē vinolētia, cruditate, & inſomniis. Quia autem poſt hanc curationem videndum corpus inanitum hactenus & extenuatum, ad ſe reduci quomodo poſſit. Cibis fortaſſe danda opera his, qui augent, ac corpus implent, non noxiis illud quidem humoribus, ſed qualia Celſus cōmemorat primi libri capite tertio. Plinius quoq; dicit, Augeſcunt corpora dulcibus atq; pinguibus & potu, minuuntur ſiccis

& aridis, frigidiſq; ac ſiti. Sed hoc caute tractandũ venit, propter ea quæ ſæpe prius monui. Quoniam vero obſeruandum per omnia ventrem Galenus monet. Quicquid enim inquiens, in hoc corrumpitur, id toti morborum putredinis cauſſa fit corpori, potiones ac cibos adſumendos credo, vt Celſus docet, qui ſimul & alant, & ventrẽ emolliãt. Quod ſi quis malo inſtigante Genio, impleat ſe etiam, & ſupra q̃ ferri poſſit cibis oneret ſtomachum. Siquidem a ſomno præſidiũ petat, audiendus ei Plinius eſt ſic dicens. Somno cõcoquere corpulentiæ, quã firmitati vtilius, ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Sin vero vt multi ſuadent, & Paulus in primis docet, vomitione leuari voluerit, quandoquidem per vomitum magnis ſæpe malis obſtitum eſt, leget illius doctrinam quã facile quis vomat oſtendentem. Quod ſi vtrunque iſtorum aut neglectum fuerit, aut tardius quam oportuit tentatum, tunc ad medicinam fortaſſe recurrendum. Qua de, ſi eo compulſus æger ſit, non habeo quod præcipiam, niſi hoc ſæpe a me dictum iam prius ſano & docto medico, aut bene experto potius quam exquiſite docto, & qui coacte infundat pharmaca, ſimplicia ea, nobiſq; ſi fieri poteſt vernacula, ſe committat. Qui ſi ducendam ſubtus aluũ ſuaſerit, tunc meminiſſe oportet eius quod Paulus docet, non ſæpe faciendum hoc, ne ob crebram irritationem ſpontaneæ excretionis opus, obliuioni natura tradat. In cibis ſane qui ſalubres, quiq; noxii ſint & quomodo eorum quiſq; adficiat, ſi quis non omnia dixerit, nihil dixerit. Itaque legendos cenſeo authores, Celſum quidem breuiter genera exequentem, Paulum vero ciborum facultates capitibus iuxta quatuor & viginti ad lon-

Digitized by Google

gum pertractantem. Aut vero vnum omnibus ſatiſfacientem Galenum, qui *in libris* alimentorum nihil prætermittit. Atq; ita iam deuictu finē facturus eram, niſi occurreret obiter quædam conſignanda eſſe. Et de ouis primum hæc admonebo, Nullus eſt alius inquit Plinius cibus, qui in ægritudine alat, neq; oneret, ſimulq; vini vſum & cibi habeat. Et Auicennas, vitellum ouorum gallinæ, perdicis vel phaſianæ ſupra omnia eſſe alimenta, his quibus diminutus ſanguis, aut diſſoluti ſpiritus cardiaci. Alexander Aphrodiſiæus, putat omnium cōplecti in ſe qualitates elemētorum omnium, deniq; mundi quendam ineſſe ouo ſpeciem, cum quod ex quatuor conſtet elementis, tum quod in ſphericam conglobetur faciem, ac vitalem obtineat potentiā. Oua frixa complures dānant, & in his Paulus & Galenus. Idemq; ex oleribus quod eſt alimentum non probat. Dānant & alii multi, etſi M. Cato ad cœlū tulerit, braſſicam. Eius qui ptiſana cotidie veſcatur ad ſatietatem, cibis aliis nullis impediri nutrimentum Galenus putat. Et de faba inquit, idem dicerē niſi inflaret. De lactis & in cibo & in medicina vſu pulcherrime Paulus. Alexander. Lac inquit concoctu facile eſt & probe nutrit, quia facile in ſanguinē tranſire poteſt, quod e ſanguine factum eſt, & fere ſanguis ē albefactus. Hæc ex multis pauca. Qui ſanitati ſtudet, quanta ſit vini potētia Paulus ait, neſcire non debet. Idem ſi quēpiam mordeat vinum, frigidam aquam bibere debet. Poſtero die abſynthii cremorem ſumere, ambulare, fricari, lauacrum ingredi, atq; ſubinde exiguo cibo refici. Fugienda vina & quæ muſta nuper Galenus ait, & quæ vetera nimis. Hæc enim ſuperflue calefaciunt, illa omnino non calefaciunt. Victus extenuans ait Paulus,

Digitized by Google

ad bonam valetudinem tuendam, multo tutior eſt eo, qui craſſitudinem inducit. At quia exiguum alimentum præbet, nihil vel firmitudinis vel roboris corpori præſtat. Quare poſt ſubdit, mediæ materiæ alimenta omnium præſtantiſſima ſunt, vtpote mediocris ſubſtantiæ ſanguinem quæ producũt. Atq; vt huiuſcemodi edulia corporibus noſtris cõmodiſſima ſunt, ita vitioſum ſuccum generantia, maxime noxia, ſemperq; fugiẽda. Hęc Paulus. Atq; idem docet omni alio magis alere panem ſiligineũ, triticeum difficilis eſſe concoctionis, & inflare, hordeaceum imbecillis alimenti. In totum de victu cognoſcere qui volet, hunc quod dixi legat cum Galeno. Vnctionum, apud nos quidẽ haud fuit vnquã vſus, apud Italos vero vt fuit, ita fere in totum exoleuit. Frictionem vt nihil præterea cõmendat Galenus, multa & crebro, de hac iterando inculcans, præſertim in libris de tuenda ſanitate qui inſcribũtur. Eandem ſumme extulit Aſclepiades, multum Hippocrates, huius eſt illud, a multis poſtea repetitum, frictione vehemens ſi ſit, durari corpus, ſi lenis, molliri, ſi multa minui, ſi modica, impleri. Hac cotidie vtens hoc tempore mane præſertim, quádo a lecto ſurgit. Vir doctiſſimus Eraſmus Roterodamus tueri ſe incolumitatẽ, valde imbecillis alioqui corporis, putat. Meq; vt nihil præterea obnixe monet, vt faciam, ac ſtudioſos præterea omnes. Sequor amici ſuaſionem, & iuuamentum ſentio. Quidam interdicunt lauationes ac in vniuerſum balneas, eaſq; inſalubres dicunt omnibus, qui ex hoc morbo conualuerint, puto quia neruos emolliunt ac reſoluunt, vetantq; aqua perfundi. Alioqui ſudationes non improbando. Aqua neruis officit Alexander inquit, etiam calida, verum non quia calida

Digitized by Google

ſed quia humida. Calidum lauacrum commendans Paulus ſic inquit. Soluit fatigationem, diſcutit ple/nitudinem, calfacit, mitigat, mollit, flatus diffundit ſomnum allicit, corpulentum reddit. Eſt vero com/modiſſimum cuiq; viro & mulieri, puero & ſeni & priuatis. Sic Paulus. Verum hoc tempore non niſi rariſſime, lauant Itali, quod miror, cum cotidie ſo/liti olim ſint, vt literæ teſtantur, & thermarum Ro mæ veſtigia vrbium in morem exædificatarum. In exercitiis modum eſſe adſeruãdum Galenus do/cet. Immoderationem inquiens ego vbiq; vitupe/ro. Idem ait. Sicut maxime commodum eſt ad ſani/tatem ante cibum exercitium, ita nocẽtiſſimus om/nis poſt adſumptum eum motus. Diſtribuitur enim ex ventre cibus, antequã digeratur, & exinde mul/titudo crudorum aggregatur humorum ſecundum venas, vnde ægritudines generari omnimodæ con ſueuerunt. Tãdiu exercitationi indulgendum Pau/lus ſuadet, quoad in tumorem corpus attollatur, & rubeſcat, & motus firmi æquabiles & faciles ſint, atq; ſudor vapori videatur commiſceri. Quieſcen/dum autem tunc primum, cum ex prædictis mute/tur aliquid. Dandam & quietem ei membro quod ſanitati nuper reſtitutum ſit monent. Itaq; pedis remedium quies eſt inquit Hippocrates. Vnde Ale/xander colligit, quod curatum iterum eſt, quieſce/re oportere. Motus enim ait confluuium agit ma/teriæ ſuperuacuæ, quæ excitare poteſt inflamma/tionem. Equitare ei cui genua dolent inimiciſſimũ Celſus ait. Idem equitare podagricis quoq; alienũ exiſtimat. Voce exercebant ſe veteres etiam, ſiue caneretur aliquid, ſiue claris legeretur. Dixi obiter tractaturum hæc me, & nulla magna cura, ſed vt quodq; imprimis monitu dignum incideret, nullo

Digitized by Google

etiam ordine. Nemo requirat hic aliquid igitur. Si cognoſcere velit, docui quos apud authores, quæ inueniri poſſint. Atque aliud ecce ſubit iterum, oportet enim qui tueri corporis ſanitatē velit, duo maxime curare Galenus dicit, vnum cibus conueniens vt ſit, alterum mundificatio illi vt ſuperueniat eorum, quę ſuperflua ex cibo relinquuntur. Paulus inquit, Veteres ſatis putabant ad bonam valetudinē tuendam, ſi cotidie & alui onera & vrina commode ac ſine reprehenſione pro alimentorum potuſque portione deiicerentur. De venere nihil monendo prætermiſſit Galenus, omnibus eam qui ſicco temperamento ſunt inimicam ſcribens, potiſſimum his qui adhuc frigido etiam. Nam innoxia inquit venus his tantum eſt, qui calidi ſunt ac humidi, & qui genitura abundant. Et iterum, Quibus inculpata inquit corporis conſtitutio eſt, non debent hi a venere omnino abſtinere, quemadmodum frigidi & ſicci. Item Paulus, Concubitus ſicciores omnes lædit, maxime, ſi ariditate frigus quoque iungatur, Calidis vero & humidis dūtaxat tutus eſt, Vt labores Paulus inquit, ſic & concubitus ſi modus ſeruetur, vtilis eſt. Hoc debent meminiſſe omnes, Coitum propter neruos fugiendū, magna cura, his qui Gallico morbo laborauerunt. Pueros putat Paulus exercēdos, vt inquiens & corpore & animo laborantes a libidinis impetu cohibeātur, coitum morbo comiciali comparat Hippocrates. Alexander Magnus ſolebat dicere coitum & ſomnum, duo maxima eſſe mortalitatis ſigna. Deſpicienda & aëris ſalubritas, magnum valetudinis firmamentum. Aër Paulus inquit, ex malis vaporibus peſtilentem auram eructantibus, aut aliquam iuxta cloaca infectus, aut nebuloſus, aut qui in valle, vndique montibus

Digitized by Google

cincta continetur, ætatem omnem, omnemq́ tempe-ratură ſimiliter lædit, optimus vero omnibus pro-deſt. Quippe temperato corpori, tẽperatus, inquit, diſtemperatus qui contrariam habuerit tempera-turam vtilis eſt. Morbus non eſt alius Galenus in-quit, niſi motus extra naturam. Idem ait. Sanũ in-telligunt medici, cuius omnia membra ſecundũ na-turæ curſum exiſtunt, contra infirmum, ſi quod ſuã naturam egrediatur. Nequis a concitatione confe-ſtim bibat, medicorum doctrina cautũ eſt. Illi etiã omnem repentinam mutationem periculoſam di-cunt. Receptum eſt & hoc perpetuum otium bonę valetudini maxime aduerſari, cõtra mediocre exer citium ſummo eſſe præſidio. Golenus inquit, ma-ximum eſt malum ad ſanitatis cuſtodiam profun-da corporis quies, ſicut & maximum bonum mode rata motio. De ſomno, qñ is capeſſendus, & quãtus abũde Paulus docet, & quæ recte aditũ eum ſequã-tur cõmoda oſtendit. Meridianum omnes dãnant. His qui triſtioris ſunt naturę, aut curis lacerantur, accerſendam aliunde lætitiam medici magnopere putant, & exhilarandam mentem, ac leuandã ani-mi grauitatem, Sonorum ſuauitate cogitatio abi-genda eſt Paulus inquit. Qui ſanus eſt, & ſuæ ſpon-tis, Celſus ait, neq; medico debet, neq; alipta egere. Quod vt probo, & eos qui optime valent nulli ſe magnopere viuendi normæ deuincire volo. Ita his qui aliquando laborauerunt, aut corpora habent morborum iniuriis obnoxia, aut iſtiuſmodi ſequun tur vitæ genus, in quo non facile tueri ſanitatem poſſint, opus eſſe quadam vitæ regula multũ cen-ſeo. Galenus monuit, nequaquam ſuperfluam eſſe viuẽdi legem. Dieta enim inquit medicina eſt. Atq; hæc habui optime pater, optime princeps, quæ in

Digitized by Google

rem propoſitam, aut me experto, aut aliis erudien/
tibus, mutis præſertim magiſtris, & his qui pericu/
lum fecerunt & ipſi, conducere putaui. Quæ ita cel
ſitudini tuæ conſcripſi, vt non vellem his quidem
vti te, faxit hoc enim ſeruator Chriſtus, ne vnquã
debeas, ſed vt in tua hæc aula eſſent, omnium ne/
ceſſitati expoſita, quorum iudicium a Stromero
exiges tu, quod præfatus ſum. Iam hæc vidit qui
me viuit in nonnullis, alter tuus medicus Grego
rius Coppus, ſed obiter cum ab illo properarem
Moguntiam, vbi negotium erat mihi. Quod ſi con/
tigiſſet, tũc in aula eſſe me (tu in Saxonibus aberas
enim) cautius omnia tractaſſemus, & accuratius cõ
fectam rem exhibuiſſemus. Nunc vtcunq; excidit,
boni conſule. Ipſe quidem offerens, quia Saturna/
litium hoc nouo ineũte anno munus eſſe volui, an/
num tibi præcor fauſtum fortunatumq;, ſed cuius
fortuna, ita tibi ex animo cedat, vt citra inuidiam
fuiſſe comperiatur. Vale optime, digniſſime, pien/
tiſſime, maxime præſul, ac diu nobis icolumis eſto.
Mogontiæ ſuprema impoſita manu.

VLRICHI DE HVTTEN EQVI.
Libri de Guaiaco & Morbo Gallico
finis, quod felix fauſtumque ſit.

Digitized by Google

PAVLVS RI-
CIVS MEDICVS VLRICHO
de Hutten Equ. Salutem.

QVantum iucundo heſternæ noctis epulo, apud ſympoſiarchen noſtrum Chunradum Peutinger, vnicum literarum pariter ac literatorum alumnum, oblectamenti acceperim facile mi Huttene perpendes, ſi eorum, quæ longa tunc diſceptationis ſerie commentati ſumus epilogum tecum feceris. De celſo ſiquidem, & ſummo empirei globi cacumine, ad abyſſum pœne, & Stygias vſq; vndas ſermonem noſtrum deuoluimus. Cunq; de arcano, & ineffabili Pauli ad cœlum raptu, ſermocinandi exordium ſumpſiſſemus, in illud tandē admirādum, & prope diuinum Guaiacani ligni donum, noſtra finiebat oratio, cum interim de Eraſmo Roterodamo fido Mercurii comite & Capnione terreſtri Saturni oraculo dulcia & eorum laudis plena miſceremus colloquia. Cæterum cū per multa, & quæ longe exactiora requirunt examina, tūc inextricata ſententiaq; ancipiti, relinqueremus, quorum perſcrutationem, ne de Tantali fonte bibere, & nunquam ſatis, vt aiunt, inuētum Clyrim quærere, hortari te videar, omnia ea ſilentio nunc inuoluo, nihil iſtiuſmodi retexens. Vnum dūtaxat, quo longam ſympoſito noſtro funem abſcidimus, cum Guaiacanum lignum tuo nō minus graui, quā dulci lacteoq; decorari eloquio velim, nunc repeto. Nec tu humile id, aut laude tua inferius dixeris, quod miro ſane modo, & vltra pœne medicinæ facultatem innumeris vt noſti mortalibus ſqualida,

Digitized by Google

horrendaq́; Gallicarũ (vt quidam vocãt) puſtularum lue affectis, & prope cõſumptis, facile tutumq́; præſtitit refugium. Quodq́; non ſolũ corporis emẽdat, ac temperat vires, verum & mentis tergit aciẽ: eamq́; in ſumma contemplationis ſpecula, vti numine arreptam reponit. Verum age vir ſtrenue, age quæſo, & quia non piguit, ſumme illuſtrem & maxime venerandum principem, herumq́; meum cardinalem Gurcenſem, primum & omni quidem ſolertia, vt eſt omnium ſolertiſſimus, ac pia ac multorum ſalutem indagine, de abſtruſis pœne, ac inviis Spagnolæ latebris, Germanorum & totius fere Europæ gentibus, notum ac expoſitum facere, te quoq́; non pudeat, illum ipſum tantæ rei authorem, facundo ſtili tui proſequi munere. Vt quod te tam facile, tam ſuauiter diuturna vitæ incolumitate donauit, quandoquidem fas id eſt, perpetuo frugiferum aliquid Panegyricæ oratiunculę ac laudandæ laudis tuę præmium tibi extorqueat. Optime vale Auguſtæ IIII. Idus Nouembris.

Digitized by Google

VLRICHVS DE HVTTEN EQVES GER-
manus Paulo Ricio Cæſaria
Medicina Salutem.

Epiſtolam tuam legi doctiſſime Rici, in qua recte mones de Guaiaco illuſtrando. In quo dubitare nemo debet, quin hoc mereat̃ res ipſa. Verum ego an poſſum: hoc in ambiguo eſt. Experior tamen: & tuo iuſſu: & meą gratulatione: ſeruatus ac mihi redditur Guaiaci ope. Quod annectis vero de Cardinale Gurcenſi: fieri non poteſt: vt illi dedicem labores meos. Non quia nolim vel cucurbitam laudare ſi tu poſtules: aut ille non mereatur: ſed quia ingratum illi futurum ſcio: a me quicquid acceperit. Neſcio qua aut illius opinione: aut mea fortuna. Scio non facile credis: quod ſcribam, ſoles tu enim dicere literas amare illam & ingenia complecti: ſcribā tamen: & niſi omnia fallant perſuadebo etiam. Anno ab hinc ſexto: cum Bononiæ ſcho laſticus agerem: atq; ille legatus ad Iulium ſecundū Cæſaris Maximiliani eſſet: & in eo itinere Bononiam acceſſiſſet: rogatus ſum a Germanis ibi: quādoquidem carminibus & orationibus occurrerent Cæſaris legato Itali multi: ne videretur ex Germa nis item potuiſſe hoc neminem: aliquid & ipſe conſcriberē: quod illi offerretur. Parui obſecutus ſum: Panegyricum luſi. In membranis conſcriptus libellus eſt: & purpura indutus: at deaurata frons Titulus minio: reliqua vt potuerunt exculta. Tum ille, quid? Non poſſum dicere aliud: contempſit munus meum. Flagitaui haud multo poſt: quia in maximis

Digitized by Google

ſummorum principum negociis verſari ſcirem:ma/
gnis vſus amicorum interceſſionibus: adſcribi in il/
lius comitatum. Sed neq; impetraui hoc : neq; me
ille:cum militiæ agerem:ſumma cũ inopia: ac ante
ipſius oculos ſæpe obambularem: aut ſalutatione:
aut reſpectu dignatus eſt. Tantum abſuit : hono/
rem vt inuicẽ haberet : ſic de ſe merito. Huic tu vis
libros meos adſcribi? aut hunc me voles ornare?
præſertim cum hoc ille non poſtulet : vt qui domi
ſuæ habeat:qui hoc faciũt:illum in primis Bartho/
linum:conuentum Auguſtenſem qui deſcripſit vbi
tantum illum effert : vt non modicum aliis detra/
hat. Me quidem ſuum appellat inibi : ratus ſic fore
non vt ſentiam occultum quendam morſum. Quã/
quam non ignorare debes tu:ita mihi placere ſi me
ſuum dicet Bartholinus:vt interim non diſpliceat:
ſiniſtre in me quod ſit:aut Italice quod ſit: Sed de/
ſinam plura. Tu quod facis:inter medendum Gua/
iaci naturam omnibus:vt ita dicam:veſtigiis inqui
re. Ego quidem vt voluiſti quæ iam explorata ha/
bebamus:ea in literas retuli. Tu adde quę experiẽ/
tia cognoſces : ac Huttenum ama:amantem te mi/
rifice: Auguſtæ Idibus Nouembris.

AN. M. D. XIX.

Digitized by Google

ANtigonus ſæua quondã tempeſtate iactatus, in eadẽ naue ſecum quũ ſuos omnes habuiſſet præcepiſſe liberis dicitur, vt & ipſi meminiſſent & ita poſteris proderent, ne quis cũ tota gente ſimul in rebus dubiis periclitari auderet. Huius etiã memor præcepti Philippus Aemũ montẽ aſcenſurus alterũ ex filiis nõ ſine diſſimulatione caſus aleæ difficillimi in Macedoniã ablegauit. Eodẽ apophthegmate iãdudũ Huttenũ in militiã proficiſcentẽ admonui, vt fœtũ recentẽ a ſe editũ librum hunc, de Guaiaci medicina, officinæ, noſtræ in mille partus effuſuræ cõmitteret, non tã perſuaſi quã pœne extorſi. Quẽ alioqui, ipſe ſagatior emendaturus ſi licuiſſet erat. Tamẽ quãtũ penuria tẽporis patiebat̃ vnũ vel alterũ cũ epiſtola, qua principi noſtro dicatus eſt liber, caput vna legẽdo perſtrinximus, quod admodũ mihi q̃ ſal neceſſariũ fuiſſe videtur. Amanuenſis quippe eius parũ literatus, qui trãſcribẽdo auxilio eſſe debebat, omnes ꝓpe verſus (orthographiã taceo, qua ille nunquã ratione aliqua peccare poteſt) corrupit, & me nõ in morã ſolũ, ſed in maximã etiã difficultatẽ cõiecit, æmulatus tamẽ vtcũq; ſum, Huttenicã editionẽ primariã, ne interim ſtudioſis memoria authoris, ac veteri & grauiſſimo morbo remedium ſalutare, hoc nouo, qualiſcunq; eſt, libro deeſſet. At, Omnia tum melius cum venerit ipſe canemus. Vale.

Digitized by Google

CAPITVM SERIES HVIVS LIBRI.

De morbi Gallici ortu & nomine. cap.i.
De cauſis morbi huius. cap.ii.
In quos morbos deriuetur Gallicus. cap.iii.
Qua primũ medicina reſtitũ huic morbo ſit. ca.iiii.
Quibus pręſidiis fretus hoc in morbo fuerit. cap.v.
Guaiaci deſcriptio & eius inuẽtio ac nomẽ. cap.vi.
De præparatione Guaiaci in medicina. cap.vii.
Quis ſit curationis Guaiaci modus. cap.viii.
De ratione victus in curatione hac. cap.ix.
Quod admixtionẽ non ferat medicina hæc. cap.x.
Qũo adhibẽdi ſint in curatione hac medici. cap.xi.
An vlla circa medicinam hanc habenda ſit ætatis, vel ſexus, aut corporum qualitatis ratio. cap.xii.
An vbilibet idem ſit eius vſus. Cap.xiii.
Quod eo tempus eligendum. cap.xiiii.
A vino & venere quod in totum abſtinendum hac in curatione ægro ſit. cap.xvi.
De ſale non adhibendo. cap.xvii.
De victus tenuitate & fame ibi neceſſaria. ca.xviii.
Fames quo etiã pacto ferri facile poſſit. cap.xix.
Contra luxum parſimoniæ laus. cap.xx.
An ſola hac dieta poſſit reſtitui quis. cap.xxi.
Quomodo ventris in curatione hac, rationem habere conueniat. cap.xxii.
De ſudore ibi mouendo. cap.xxiii.
Quomodo iuuet medicina hæc, & paulatim an repente ſaneſcant ea homines. cap.xxiiii.
Quę eius vis, & quos ꝯtra morbos q effectꝰ. c.xxv.
Quos morbos adimit hoc remedium. cap.xxvi.
Quæ circa victum poſt curationem hanc obſeruare conueniat. cap.xxvii.

Venetiis per Ioannem Patauinum, & Venturinum de Ruffinellis. Anno domini
M D XXXV.

Digitized by Google



Digitized by Google

MORBI GAL-
LICI NOVVM AC VTILIS-
ſimum Opuſculum quo vera & omni-
moda eius cura percipi poteſt Pe-
tro Andrea Mattheolo Sené.
Doct. ac Medico præ-
ſtantiſſimo au-
ctore.

L

AVCTORIS CARMEN AD LECTOREM.

Nunc Phæbum teſtor cum nato, ſcilicet anguis
Qui factus, Romam multicolor petiit,
Et diuos, diuaſq; ſimul, quis cura medendi
Sancta fuit, Lumen teſtor, & Aſtra poli,
Herbiferos Montes teſtor, Valles quoq;, ꝑ quas
Vecta colubrorum pectore Colchis erat.
Infernas teſtor pariter ſtyga, tartara, & vndas,
Teſtor Plutonem, teq; Triceps Hecate,
Quod ſcripta hęc alta veniunt a mēte, ſereno
Quę (precor) & vigili non ſine corde legas,
Nec ſola, totum, luſtrata parte tenere
Ordine, ni cernas ſingula, poſſe puta,
Singula amice vide, referantur prima ſecūdis,
Conſtans ſi fueris, deniq; doctus eris,
Deniq; doctus eris, morbū detrudere mēbris,
Quem Phębo, & nato teſtibus explicui.

FINIS.

Digitized by Google

REVERRNDISSIMO IN CHRIſTO Patri. S. R. E. Tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte Præſbytero Cardinali Illuſtriſſimoq; Tridentino Principi Domino. D. Bernardo Cleſio ſupremo Regis Ferdinandi Cancellario.

Petrus Andreas Matthæolus Senenſis humilis ſeruulus Medicorum minimus.

S. P. D.

QVamquam inter tot ac tantos bellorũ tumultus, qui ſunt ab imaniſſimo Turcarum tyranno, nequiſſimiſq; Chriſti cultoribus, credi par eſt, nihil ocii pene dignationi tuę ſupereſſe cognoſcendis iis noſtris, vtpoteq; rebus omnibus agendis, diſtribuendis, aut inchoandis deſideretur. Tamen & virtus eius, & ingenium quibus nihil addi poteſt, cohortati ſunt, ne officio nunc etiam (quamuis exilis admodum) deeſſem, nam profecto, quod mallẽ, nihil eſſet, quam tantum mihi a diis immortalibus nunc gratiæ impartiri, qui maioribus induſtria, memoria, ingenio, doctrina præditus poſſem nõnulla expectatione aures tam elegãtes morari, a quibus eximiis donis cœleſtibus cum fato interdictũ mihi quodãmodo fuerit nequeo tamen temperare, quominus quicquid, quo mea erga te Mæcenas pręclare ſeruitus (iam diu obnoxia indicetur) id totũ conferã, memor ſolere mortales, quo propius Diis aſpirent, eo magis animum munus aliquod deferentis ſatis antea perſpectum amplecti, nõ autem res oblatas perpendere. Quippe quoniã Deus Opt. Max. præ auro fulgentiori pia tura non ſpernit, nec de-

Digitized by Google

ſpectius habet, ꝙ pauperrima Baucis obtulerit, q̃ ꝙ Cræſus donauerit. Talia cogitanti mihi, veteraq; cum recentioribus animo coniungenti ſubibat etiam recordatio nihil a quopiam expectari maius debere, q̃ vires eius poſſint præſtare. Praeterea Dinocratem memoria tenebam apud Alexandrũ Macedonem, qui rebus egregie geſtis magni cognomẽ inuenit, mediocri Architectura, quę cum noſtra diſciplina ne quidem cõferri debet, gratioſum fuiſſe, nec minus eadem. C. Vitruuium Veronenſem gratiam Cæſaris Auguſti cõmeruiſſe. Quibus exẽplis ſperabam ei quoq; non ingratum laborem noſtrũ fore. Qui nullum munuſculum a virtute procedens vnquam fuerit aſpernatus. Cuius & in bellicis, & in ciuilibus negociis tanta ſemper effulſerit virtus, vt eundem merito non ſolum altrix bonorum ſtudiorum Italia, ſed exteræ gentes etiam ſuſpiciant, Infimi adorent. Reges foueant. Sed laudes tanti viri ſigillatim cõnumerare, nec mei ingenii eſt onus, nec tempus id poſtulat, qua propter ad Medicinã quã profitemur hoc libello deflectat oratio, Falſo quæritur Cicero Quæſt. Tuſculanarum libro tantas enim eſſe Medicinę Laudes, vt eius Auctores inter Deos immortaleis cõnumerare Priſci non dubitarint. Philoſophiam vero caput, fonteq; virtutum, tantum abeſſe, vt digne laudetur, vt obtrectatores etiam nacta fuerit. Nam quãuis Philoſophiam non vituperauerim, tantum tamen mea ſentẽtia ars excellit Medendi, vt ſine ea nihil admodum quod ſenſu feratur, & ratione moueatur integrũ diutius eſſe poſſe videatur, nam quomodo, qui ſe Philoſophos, & eſſe, & dici, nec minus videri volunt. Tempus terere ſyderibus contemplandis, veritate indaganda immorari, quæ conceperint animo poterunt præ-

Digitized by Google

eſſe, copioſæque dicere ſine integro auriũ oculorũque ſenſu lingua præterea titubante? quibus omnibus conſeruandis ars noſtra non ſolum præſidium promittit, ſed affecta etiam ſanat. Equidem quamuis animas pari virtute præditas corporibus noſtris infundi facile dederim, quoſdam tamen morbo cõtortos, auribus, oculiſque captos, hebeteſque tantiſacio, vitam vt eorum mortemque iuxta extimem, quibus ſiqui fuerint inuenti qui valetudinem priſtinã medicamentis, fomentiſque reſtituerint nonne Diis immortalibus pene ſunt cõferendi? Quinetiã quoſdam Philoſophiæ nimio ſtudio comperi redactos eo, vt atrabile perciti penitus obmutuerint, & ſecordes habiti ludibrio cunctis fuerint, quos tamen Medicorum ſolertia breui valentes fecerit. Longũ eſſet exempla huiuſmodi multa recenſere, nec minus in præſentia quã late pateat hæc ſcientia dicere. Nam quis citra Muſicen perfectus eſſe Medicus. Quis ſine Dialecticæ noſtrorum poteſt excellere? quis Aſtrorum penitus ignarus aut hiſtoriarum (prætereo Geometriam, conſulto Philoſophiæque partem, quam Phyſicen dicũt ne ſcilicet nimis multa nobis arrogare videar) iure ſibi medicinam vendicet? Quo fit vt tam copioſa ſit hæc ſcientia, tã varia, multiplexque medicorum profeſſio, tam multa iſtius artis præcepta memoriæ prodita ſint, vt nihil iis addi poſſit, nihil hodie præſtãtius reperiamus, quo circa huius ſtatui minus cognita mortalibus, neceſſariaque quãplurimis (nam omnia quis poſſet?) in medium producere, Quæ res poſſit mihi dignationem veſtram, cuius nomine fræta non dubitat in publicum prodire, per gratam facere, Quid affers dicet aliquis hac tua lucubratione? Morbo Gallico medicinã profiteor, quo capitalius nobis

euenire potuit nihil, in quem quamuis multi multa conſcripſerint, tantum tamen abeſt, vt iis remediis curati conualuerint, vt præclare actum ſecum exiſtiment, ſi præter dolores, quibus ſubinde conflictã tur, aliqui dentium ſuperſint, quis poſſint cibum cõficere. Nec tamen aliis derogo, mihi quo plus arrogem, ſed vt intelligat dignatio tua munus clientuli ſui non vulgare futurum, Quod per otium legat, & me (vt facit) perpetuo foueat.

PRAEFATIO.

CVm valle quadam ſecreta, locisq; deſertis ab omni ſequeſtratũ penitus medicorum conuictu fato me cõtinerem, cenſuiſſemq;, ſicut olim Philoctetes, diutius in ſolitudine mihi permanendum, per hyemẽ noſtræ diſciplinæ memoriam literis propagare non alienũ putaui, vt & nobis ſolatium, & lecturis pro virili vtilitatem pararemus, ne quando non ſolum vitæ in obſcuro tranſactæ, ſed etiam temporis amiſſi reddẽda ratio foret, Nam dum tempus ferebat, & Herbæ, Arbores, Virgulta, cęteraq; id genus in collibus, pratis, & cõuallibus germinabant, quæ aliquid medicinæ conferre videbãtur, ea conſectabar, ſolatiiq; loco mihi tunc erat, hæc vacuum partim ſub vmbra, vt flaceſcerent, collocare, partim æneis, & vitreis organis igne ſubdito in puriſſimas aquas redigere, Sicut ardente iã Syrio domi ſubtiliſſimæ naturæ liquorem ſummoq; precio cõparatos medicamentorũ potus conficiebã. Longũ eſſet Antidota, Collyria, Cataplaſmata, quibus tunc inſudabã, ſigillatim cõnumerare. Nec ab induſtria vacuus Autũnus erat, per altiſſimos nãq; Mõtes ſedulo gradu radices vtriuſq;

Digitized by Google

Veratri, quod Helleborũ Græci dicunt, Dictamiq;
Bezoardici perſcrutabar, Herbarũq; ferme omniũ,
quarũ apud Medicos nomẽ eſt celebre, paſſim gra-
mina radicitus extirpabã, Nec minus prout occaſio
ſeſe ingerebat & abietis oleũ ſummo odore ꝑditũ,
vulneribuſq; conglutinãdis aptiſſimũ, & ex Larice
cũ Agaricũ, tum gũmi liquidum, ex quibus ſumma
male habẽtibus Medicina ſalutẽ promittit collige-
bã. Nunc vero cũ Hyems in Autũni locũ ſucceſſerit,
per brumã, qđ aliud agẽdũ ſupeſt, quã, quæ a diuer-
ſis actoribus de medicina tradita fuerint, memoriȩ
cõmẽdare, ſiue aliquid ſcribere? Sed cogitãti mihi
aliũde mortuorũ memoriã minime pendere, niſi ex
monimẽtis literarũ, dubius diſtrahebatur animus,
Cõmẽtaria ne cõſcribere in eminẽtiſſimos medici-
næ ꝓfeſſores, an aliqđ meo Marte cudere deberẽ,
nec ſane qđ potius eẽt ꝑſtãdũ ſuppetebat, nã primũ
ſatis vulgare videbatur, ab altero deterrebat nego
cii magnitudo, Quæ dũ egomet mecũ diſquiro, for
te fortuna in manus iciderũt quædã de morbo, quẽ
Gallicũ dicũt, a Neotericis conſcripta, qbus cũ mul
ta mihi cõperta adiici, & pleraq; meliora fieri poſ-
ſe viderent, accepiſſemq; iã calamũ exaraturꝰ opu-
ſculũ, qđ meo iudicio poſſet non nihil laborãtibus
opis afferre Franciſcus Aliger ꝑſto fuit, in quo ꝑter
fidẽ, mirificãq; in me animi iductionẽ, ſũma inerat
comitas, Mutua igit̃ data acceptaq; ſalute, ꝯfectiſ-
q; tribꝰ, aut q̃tuor ſpatiis in tepidario ſedimus, vbi
poſt familiarẽ ſermonẽ friget, Frãciſcus huc euaſit.
FRAN. Et otiũ tuũ, & hyemis ſolitudo hortant̃, vt
te ꝑ ſũma iter nos bñuolẽtia, qđ iã dudũ cõcupierã,
ſed pudore pene ſub ruſtico deterritꝰ nõ audebã te
tot alioq negotiis diſtrictũ diutius iterpellare, nũc
obteſtor, de morbo Gallico diligenter vt diſſeras,

Nam hæc opuſcula, quæ circumferuntur potius ali quando infirmitatem, quam ſanitatem patiētibus exhibent, quæ quidem tanquam deterrima deteſtor, Nec me hercule iniuria, Quid etenim præter ſuffitus illinitioneſq; viui Argēti (extinctum, quod viuum eſt, dicunt) quibus mea ſentētia nihil eſt deterius, in ſe habent? A te vero cum primis originē, cauſam cognationem principium, qualitatem prę dicti mali, deinde victum abſtinentiam, quam ſuſti nere debeat affectus, tum potiones, medicamenta, pharmaca, fomenta, quibus huiuſmodi noxa fere plerūq; ſolet expugnari deſidero, nulla alia de cauſa niſi, vt vbi primum talia fuero diligenter expiſca tus, tanquam planus improbiſſimus ſecundarū par tium ſtatim primarū fiam, Proinde vide quid agas, Hæc te prius ſcire volui, ne poſtea dicas non prædictum. ANDREAS. Bene profecto & ex vſu noſtro id ſermonis nunc incidit, quippe de iis me percunctaris, quæ iam dudum ſcribere conceperā animo, calcaria igitur equo ſponte currenti (vt aiunt) addidiſti, nam quod tu perplexe minitaris poſtea videro, quāuis (vere dicam) nimium oneris nobis imponis, quaſi vero cæteros in hac cura medicos excellamus. Tu quidem mi Franciſce, qui tantum mihi tribuis, quantum ego nec agnoſco, nec poſtulo, facis amice, Tametſi vellem aliquando cōfore, quod credis eſſe, aut futurum breui ſperas, Sed certe (ingenue dicam quod ſentio) nihil in me video ſigni, quo poſſim quandoq; id futurum mihi promittere. Sed de his hactenus. Verum antea quam ii ſermones ſe altius efferant, vt viua tantū Veritas cœleſtis ſpiritus gratia ore noſtro proferatur in lucē imprimis Deo Optimo Maximo inuocato colloqui incipiamus.

Digitized by Google

OMNIPOTENS PATER (vt Heſiodus) antiquorū peruicaciam perſpiciēs Pandoram cū dolio malis referto terris imiſit, Denuo memoria patrū, vt ineffrenatam mortaliū luxuriam debitis afficeret pœnis, aut propoſitis cōtineret ſuppliciis, morbo quem Gallicū vocamus, Italiam bellorum procellis concuſſam cōfecit, qui poſtea contagione vulgatus eſt. Quidam Deo, cū ſit ſumma bonitas, mala tribui non debere contendunt, proinde gentium colluuione aerem infectum producunt, Habes originem, nunc cauſam cognoſce, de qua Medicorum præſtantiſſimo cuiq; diuerſa ſententia eſt, vt nō poſſis, quis vero propius acceſſerit, facile coniicere, Quippe quoniam Philoſophantes pleriq; in Saturni, Martiſq; aſpectum cū retrograda Venere cauſam coniiciunt, Cuius coniunctionis tanta fuerit malitia, vt non immerito morbus inde proceſſiſſe ſit viſus. Fuere, qui corruptum cœli tractum ſanguinem in atrambilem conuertentem cauſati fuerint. Nonnulli Morbum Gallos, cum per montem Saluium iter facerent, a fœminis leproſis per coitum primitus contraxiſſe, eorū poſtea intemperantia atrambilem pituitamq; procurante memoriæ prodiderunt. Inde putarunt medicinam pleriq; profitentes malum Elephantię nō abſimile. Qui Corneli Celſi, Galeni Pauliq; Aeginete ſententiis videbantur inniti, Nonnulli melancholicos Varos, quos etiam morbillos dicunt, aut malum mortuum dixerūt. Nos enim multis, eiſdēq; potentioribus argumentis conuincemus hunc morbum ab Elephantia plurimum diſtare. Cæterum morbillos melancholicos, ſiue malum mortuum,

Digitized by Google

quis ſanæ mentis dixerit, qui nouerit Morbũ Gal-
licum ſæuas neruorum diſtentiones, iuncturarum
dolores, oſſium putreſcentium corruptiones, & vi-
cera ſequi malignitatis ſupremę? Quibus omnibus
ſane conuincitur, nobis acceſſiſſe ęgritudinẽ nouã.
FRAN. Agis perplexe mecum, tardiuſculus ſum,
quamobrem cum hæc abs te diſſeri verboſius ve-
lim, tum illud imprimis, quod minus ẽ triuiale, qui-
bus. ſ. ſignis Medicus ille, qui laborantem ſit ſuſce-
pturus, hunc morbũ a ſanguine, aut a bili, aut a pi-
tuita, aut ab atrabili cognoſcet procedere, quoniã
mihi ſatis compertũ eſt a quatuor humoribus hunc
foueri poſſe. ANDRE. Recte tu quidem Frãciſce,
& vere, neq; enim ab iſto morbo, ni ita eẽt, vt dixti,
tanta contagio, tãta nobis impenderẽt mala, Quo-
quo te verteris, hæc noxa præſto eſt, nullo pacto
excluditur, ſemper intẽpeſtiua, ſemper moleſta eſt,
Verum tibi mos geratur. Nõnullos plerũq; vidimus
puſtulis, & tuberculis exilibus ſubrubeis totũ cor-
pus aſperſum gerentes, quibus ſub Alis, & in ingui-
nibus, abſceſſus corporis turbinati quadã maligni-
tate ſubito emerſerunt. Quod Galenus cum a ſan-
guine, tum a bile fieri credidit his verbis. vi. Apho.
libro, Sublimiores puſtulæ, atq; tubercula ab hu-
more calidiore generãtur, Hæc ille. Sed is Morb⁹,
cũ a ſanguine fouetur, humoris benignitate leuiori-
bus curatur remediis, Sũt, qui maculas tãtũ rubeas
in luteũ tendẽtes colorẽ mõſtrauerint, qbus & i fau-
cibus, & circa pubẽ, nũc Eriſipela, nũc Perſic⁹ Ignis,
& Phthyriaſis noua quadã ſpecie ſe efferant, Ii fere
bilioſi circa frõtẽ dolore cõflictãtur. Pituitæ vero,
& atræbilis ſigna ſunt, dolor in occipite, diſtentio
neruorũ, crurũ vexatio, liuẽtes, & verrucoſę ſuppu-
rationes, e Gypſo prætera concretis nodis affe-
Digitized by Google

ẽti nocte magis, q̃ die torquentur, vnde non abnue rim morbum Gallicum a quocunq; foueri humore, præſertim cum viderimus omnes ſpecies Apoſte- matum, cutiſq; exulcerationis, & malorũ vlcerum ab expertis Chirurgicis, eiſdemq; doctiſſimis vi- ris, eorũdem monimentis annotatæ, huic compli- cari, quibus rarius, aut nunq̃ fortaſſe remedia mo- numẽtis lr̃arũ pdita gallica malignitate ꝯtulerunt. Oĩa itaq; (vt vno verbo dicã) morborũ genera, q̃ a Medicis deſcribũtur, pñt cũ Gallico cõcurrere, tm̃ etenim ineſt virus, vt vbi primũ iecur occupauerit, mortales illico in morbos paratos fieri detrudat. Si qđ etiã corpus occupauerit, infeceritue aliqua ægritudine prius imbutũ, in ſuã malitiã breui ꝯuer- tit eã, vt ſcelerũ multitudine nobis tã virulentã pe- ſtẽ diris ĩmiſſam nõ ĩmerito videar dixiſſe. Sed nũc qđ pollicitus ſum. Nõnulli medicinæ interprætes, nõ cõtẽnẽdi tẽpeſtate noſtra, pluribus priſcorũ mo- numentis innixi morbũ Gallicum eſſe Elephãtiam omnino voluerũt. Quorũ ſentẽtiæ nõ accedẽtes di- cimus teſtimonio eorum, qui de Elephantia cõſcri- pſerint ſemper ex ea pedes ægrotantium intume- ſcere, Celſus etenim iis verbis vtitur, ſũma eius cu- tis inęquabiliter craſſa, tenuis, dura, molliſq; quaſi ſquamis quibuſdã exaſperatur, corpus emacreſcit, & pedes intumeſcunt, Galenus etiã de medicis diſ- finitionibus ſic autumat, elephas eſt affectus, qui cutem craſſam, & inæqualem reddit, tum colorẽ li- uidũ in albo oculorũ facit, ex edũtur pedũ, manuũq; ſummæ partes, ſanies defluit liuida, & male olens. Plinius etiã libro. xxvi. cap. primo naturalis hiſto- riæ ſic. Diximus Elephantiaſim ante Põpeĩ Magni ętatẽ nõ accidiſſe in Italia, & ipſam a facie ſępe in- cipiẽtẽ, in nare prio veluti lẽticula, mox inualeſcẽ-

Digitized by Google

te per totum corpus, maculoſa, variis coloribus, & inæquali cute, alibi craſſa, alibi tenui, dura ceu ſcabie aſpera, ad poſtremum vero nigreſcente, & ad oſſa carnem apprimente, intumeſcentibus digitis in pedibus manibuſq;. Hæc æquidem dicta ſi recte perpendimus, maximum diſcrimē inter hos innuūt, cum dicant, quod ſumma cutis eſt inæquabiliter craſſa tenuiſq;. Quod morbo Gallico laborātibus fere non euenit, nam quamuis ſint tubercula, puſtulæue in corpore fere toto, ſūma tamen cutis æqualis apparet. Addunt Elephantiam prope nares ſemper oriri, at Gallicus colem, teſticuloſq; quamprimum infeſtat. Poſtremo Elephantiaci maximos in pedibus patiuntur tumores, ſicut etiā pedum, manuumq; ſumme partes exeduntur, at in Gallicis ſecus eſt. FRAN. Quid tu hæc mihi? quaſi vero cū imperitiſſimis rerum omnium ſermonem habeas, nam quotus quiſq; eſt, qui tibi talia differenti tacitus aſſentiatur? Verum vt ad me redeam, quod ex auctoritatibus veterum perſuadere conaris, aliter eſſe experientia compertum habeo, Romæ dum eſſem, nonnullos vidi turbæ prætereuntium expoſitos in Aurelio Ponte, iuxta Molē Hadriani, Morbo Gallico male affectos manibus exeſis, naribuſq; tum detritis omnibus articulis, inæquali ſumma cute, quo fit, vt aut hunc morbum Gallicum nō fuiſſe dicas, aut Elephantiam Gallicum morbum fatearis præter ſententiam. ANDR. Noli tam ſuperbe ne dicam ſub abſurde, dicentem compellare, cum tu ſi recte memoria teneo, ſuperius cum omnibus humoribus conglutinari, ego cum omnibus ægritudinibus habere cognationem dixerimus, Quod cū ita ſit, qui fieri poteſt, vt annuat, Elephantiam, pedum potius q̄ aliarum corporis partium malum?

Digitized by Google

Quod ſi ſuperioribus verbis parum crediderís, ad/ducam Galenũ ad Glauconem libro.ii.cap.de Can cro talia dicentem, ſæpius Gancer ad varices de/currit, & quandoq; ad cutim vniuerſam expellitur, fitq; is morbus, quem Elephantem nominãt, Quid igitur obſtat, cur non iis Gallicis, quos adduxiſti, tum humoris admiſtione melancholici, tum Medi/corum præterea negligentia, Elephantia acceſſe/rit? Quin etiam Auicenna.iii.ſui Canonis, Elephã/tia ait, eſt additio in pedibus ſecundum modũ, qui accidit in venis Varicum, Item Raſis in libro diui/ſionum ſic, Elephantia accidit in pede, & crure, ita quod quando confirmatur non habet curationem ſubſequitur iis Auenzoar, Dicitur Elephantia quia taliter diſponuntur pedes, vt aſſimilentur pedibus vel tibiis Elephantis, Cauſas autem eiuſmodi ęgri tudinis paucis.vi. Aphor.lib.cõmẽ.xxi.aperuit Ga le.cum dicit, Varix autem eſt, cũ venæ latiores fiũt in coxis, & cruribus, Quod ex craſſo, & melancho/lico humore contingit. FRAN. Hoc me iudice ni/hil ad rem, nam Galenus, de Varicibus tantum, nõ de Elephantia loquitur. ANDR. Sat tibi erit audi/re Auicẽnam, Gale.interpretem aſſerentẽ.iii.Can. Elephantiam eſſe in pedibus augmentum, ſecundũ modum, qui accidit in venis Varicũ, quod non ali/ter a Galeno ſuperius percipi videtur, cum dicit, fitq; is morbus, quem Elephantem nominant. Eiuſ dem ſunt ſententiæ neotericorum pleriq;, quorum rationes pluribus explicare longum foret, Elephã/tia igitur cum in cruribus, & pedibus plerũq; ver/ſetur, & morbus Gallicus cum in pudibundis par/ticulis, tum deinde per totum corpus emergat, Idẽ eſſe non poſſunt, Non tamen inficias eo, Gallicum morbum Elephantiæ accedere poſſe, ſicut etiam

contra. Nam ſecundum Galenum Elephantiæ duæ ſunt ſpecies, cum enim aſſerit Cancrum ad varices decurrere, pedum Elephantiam excitare comprehendit, cum vero ad cutim vniuerſam, Elephantiã in toto corpore, quam ab Arabia Auctores Leprã appellant, Verum cum ab eiſdem cauſis, atq; humoribus non minus vna, q̃ alia eueniat: de his tecũ indifferenter ſum locutus, Nam de ægritudinum nominibus parum curandum cenſemus (vt Galenus) cum aderit morborum bona curandi ratio. Iſach enim in ſuo Viatico: Conſtãtinus ac pleriq; alii excellentiores vnam tantũ lepræ ſpẽm Elephantiam dixerunt: cũ quatuor lepre a quatuor humoribus ingruant. Prima cauſatur ex ſanguine cõbuſto: quę alopetia dicitur. Secunda a Pituita corrupta nõ abſimilis Tyri ſerpentis: a quo nomen accepit: excoriationi. Tertia ex bile cõbuſta fit leonina calidior aliis oris diſtinctionẽ terribilẽ tanquã faciẽ leonis efficiens. Quarta & vltima ab atrabili: qua cũ ęgrotantium crura ad Elephantiũ ſpeciẽ tumeant: Elephantia dicitur. Quibus liquido patet Elephantię duas eſſe ſpecies. Aegritudinẽ ſcilicet pedũ peculiarem: tum etiã Leprã: de qua Plinius & Celſus dixerunt: Quia cum iſta cõplicantur maculæ per totũ corpus: oſſa corrũpunt: & articuli decidunt. Ideoq; bene Gale. Exedũtur ex ea manuũ: pedũq; ſummæ partes: Quamobrem liquido patet cum vnaquaq; Elephãtia manuũ: pedumq; tumorem articulorũq; caſum complicari: ac alterã in cruribus: & pedibus, alterã prope nares oriri: Non igitur recte morbum Gallicum Elephantiam dixerimus. FRAN. Cogor auctoritatibus: rationibuſq;: q̃s attuliſti mihi: omnino aſſentiri: Quo fit: vt te facile patiar iſto modo differentem, AND, Atqui res maxima agitur: quæ

Digitized by Google

pluribus indigeat auctoribus:neq; mihi tantũ tecũ
eſſe ſermonem iudico:volo igitur: vt ſe ſe efferãt ii
ſermones noſtri:quamobrẽ me pluribus ratiocinã/
tem feras:Nunc:vt ad rem redeam:Raſis libro diui
ſionum. Quando ait cum Elephantia magnifican/
tur eminentiæ non recipit curationem. Item Almã
ſoris nono:hæc paſſio poſtquã iueterata fuerit:ad
ſanitatem omnino redigi non poteſt : cui aſtipulat̃
Auic.inquiens Elephantiã malignam eſſe:quæ pa/
rum ſaneſcit:& oportet:vt dimittatur cum diſpoſi
tione ſua. Quibus omnibus cum ſit comprobatum
inueteratum Elephantiacum nullis medicamentis
ſaneſcere: liquido patet Gallicum ab hoc plurimũ
diſcrepare:vtpote qui tam vetus : q̃ recens a nobis
recte curetur. FRAN. Confundis:me iudice:oratio
nem:neq; poſſum recte coniicere:an de Elephantia
Arabum: an Græcorum loquaris. AN. De vtraq;
profecto mi Franciſce loquor: neq; Arabum: neq;
Græcorum morbum Gallicum eſſe Elephantiam
puto. FRAN. Cur igitur Gal.xi.de ſimplici medi/
cina cap.de carne:quem Elephantia iam dudũ tor/
ſerat:hauſtu vini:in quo forte fortuna Vipera quę/
dam vitã cũ morte cõmutauerat: diebus caniculæ
curatum fuiſſe memoria prodidit:cũ tu inueteratũ
Elephantiacũ:nullis medicamentis ſaneſcere cõten
das? AN. Hoc totũ nihil ad me. Quippe quod aſſe/
rit:prodigii loco habet̃. Nã Gal.idẽ lib.ii.ad Glau/
conẽ videt̃ aliter ſentire cũ dicit:Vipas ẽt decoctas
ex oleo:ſale aſpſas modico:p inde ac Anguillas in
cibũ recte dabis:q̃ morbi initio oĩa tẽtabis. Quippe
inueterata Elephãtiã: radicibuſq; innixã reprimes
potius q̃ curabis: Iterũ.vi. Apho. comẽ.xlvii.inqt.
In altero Elephantẽ inchoãte:primo p venę ſectio
nem : & purgationem ſe curaſſe : & ſingulis deinde

Digitized by Google

annis hunc purgaſſe vna tantum purgatione, qua tamen ommiſſa ſtatim morbum reddiuiuum fuiſſe, Nos autem pleroſq; a morbo Gallico, tum recẽter contracto, tum cum malis, pernicioſiſq; accidentibus inueterato curauimus, qui poſtquã conualuerunt purgatiuam potionem nunquam acceperunt, Et iis tamen nequaquam morbi accidens aliquod reddiuiuum fuit, Quo argumento iſtorum morborum differentia aperte conijcitur, nec hoc tantum dixiſſe ſufficit: alia eſt addenda ratio Galeni auctoritate nixa: qui libro de tumoribus aſſerit: Elephãtiam a melancholico ſanguine in atrambilem temporis interuallo conuerti: Cuius os fœtidum argumentum fuerit: & horribilitas in vultu: Morbus igitur Gallicus cum a quocunq; humore defluat: & Elephantia ſit tantum ſanguinis melancholici: longe ab eo diuerſa comprobatur. Et quoniã præmiſſimus medicorum multorum ſententia: morbũ quẽ Gallicum dicunt: cum pituita: & atrabile tantũ habere conſortia: propterea multi ab eiuſmodi morbo non emergunt: quippe quoniam ſanguineus humor aliter: quam bilioſus curatur: & diſcrepat in curatione Pituita ab atrabili: vt inferius docebimus: nam ſi bilioſum: & melancholicum iiſdem medicamentis: quibus ſanguineum: & quẽ Pituita male habet curaueris: aggreſſi fuerimus: magis mortẽ quam valetudinem promittemus, Quod non nullorum Empericorum vno Pharmaco omnes homines curantium inſcitia: ſiue dementia potius deprehenditur: teſte Galeno: qui primo Aphoriſmorum ſic ait: Quod ſi aliorum humorum fiat euacuatio: & non eorum qui corpora noſtra moleſtant: contrarium euenit: neq; enim confert: & grauiter ferũt Quamobrem morborum cauſas altius inueſtigandas recte

Digitized by Google

das recte patet, Quod aſſerit idem Galenus primo Aphoriſ. libro, Morbos ait imprimis maxima diligentia indagandos, quoniam ii recte coniiciantur, quæ ſit adhibenda proprie medela, facile coniiciemus. FRAN. Bene ſane, & ex ſententia dixiſti, quo fit, vt non poſſim, iſtorum non deteſtari iudicium, qui nunquam ſe ſatis euaſiſſe vim morbi ducũt, niſi in Empericorum manus inciderint, Qui nullo diſcrimine ætatis, habitudinis, ſexus eodem medicamento mortales curãt, ſiue potius vrũt. ANDR. Quod minitaris, non eſt abſurdum, nam & eiuſmodi hominum genus, ea promittunt ſe præſtaturos, quæ vnquam ne ſomniarunt quidem, ne dum præſtiterint, paucis pecuniis conducuntur, Eſt etenim tanta morbi malitia, graue olentia, contagioſa vis, vt non iniuria medici, quorum exiſtimationem plurimi faciunt, id empericis cõdonent, ideſt tonſoribus, iudeis, & circũforaneis pharmacopolis nihil omnino purgationis agnoſcentibus, præter vnam Coloquintidam, quam vt filiolam ſemper amplexantur. Sed ad propoſitum reuertamur, memoria teneo nõ nullos me legiſſe, qui morbũ gallicum Pituitæ tantum dixerint complicari, Idq; aſtruere non dubitarunt hoc argumento. Hominem quendam defunctũ membratim inciderant, cuius iuncturis magna vis Pituitæ ſuberat, Quod quamuis dederim fuiſſe, nihil eſt tamen, nam præmiſſimus cum quo vis humorum Gallicum morbum conglutinari, Huic igitur cum multa laboraſſet Pituita viuens, quæ ſuapte natura ad iuncturas ſemper defluit, mortuo id eueniſſe non eſt mirum, Nam Galenus. vi. Apho. Semper, inquit, in articulis compagibuſq; humor pituitoſus aceruatur, quem Mucorem appellant, Quod ſi dixiſſent ex viginti inciſis eodem morbo confe-

Digitized by Google

ctis hæc omnibus apparuiſſe ſigna, ſatis apud me ponderis haberet. At ego dum eſſem Romæ a ſancti ſpiritus diuerſorio curationi ægrotantium conductus, Mecũq; eſſet Bernardinus Hyſpanus, Bartholomeuſq; quem noueras, ad Zenodochiũ incurabilium ſancti Iacobi ſæpius acceſſimus, vbi multos morbo Gallico iam defunctos articulatim obtruncauimus, ex quibus pleroſq;, nulla penitus inuẽta pituita deprehẽdimus, Sed vt procedat oratio, ſub idem fere tempus Ligno, quod indicum dicunt, iis prudentiores medici temere medebãtur. Quod meo iudicio, experiẽtia magis q̃ ratione procedebat. Nam lignum, vt inferius explanabimus, bilioſis & melãcholicis minime competit, cum ſanguineis, & flegmaticis, maxime cõueniat, Gal. vi. Apho. ſic dicente, Carnes habentibus humidas famẽ adhibere cõuenit, fames enim exſiccat corpora, Vnde nec audiendi ſunt a Germania Medici, qui morborum generibus fere cunctis, hoc ex aqua decocto medẽtur, Nam apud Germanos apprime ventri deditos, plerũq; q hoc curæ genus ſucceſſerit, non eſt mirũ, cum cuncti eorum morbi fere ventris indulgentia eueniant. Verũ quod ſupereſt videamus. Hunc morbum ætate patrum, ſicut diximus, irrepſiſſe cõſtat, nec miremur, cum ſæpe alias in aliis morbis idem vſu euenerit. Nam plinius. xxvi. natur. hiſtoriæ cap. primo, Senſit, inquit, & facies hominu; nouos, omniq; æuo priore incognitos non italiæ modo, verũ & fere vniuerſæ Europæ morbos, tunc quoq; nec tota Italia, nec per illiricum, Galliaſue, aut Hiſpanias magnopere vagatos, Celſus etiam ſæpe ait incidere genera morborum, quorum cauſæ & naturæ ignorantur. Cæterum fons huiuſce mali ab hepate eſt, nãq; cum eo gradatim aſcenderit omnes inficit

humores,ſed magis atrambilem,& pituitam,quod cum ita ſit,nunc nomen eius vnde primũ defluxerit diſſeramus. FRAN. Iſtud abs te tacitus deſiderabã nã quãuis quæpiã ſupra dixeris,pluribus tamẽ verbis ſigillatim nomẽ explanandũ videtur,vt cũ vigilantiã patrũ mirificã cognouerimus, qui nobis induſtria ſumma comparauerint hoc malum, quo nomine appellarint etiam non neſciamus. ANDR. Iocaris tu quidem,ſed me hercule extra iocũ hoc vnũ ſcias,ante Caroli Francorum Regis aduẽtum, nec morbum nouiſſe Italiam,nec nomẽ audiuiſſe, Tũc primum Gallorum intemperantia, victorũq; temeritate cõiuncta ſuperbiæ,ſacra,prophana iuxta habentium hic morbus inuaſit,Præſertimq; cũ per Campaniam populabundi vagarentur,nam(vt noſti a Saluſtio dictum) victoria non ſolum inſolentes effert, verum etiam ſapientiores corrumpit. At eorum furor,vecordiaq; proceſſit eo,vt non ab intactis,non a religioſis, non ab infectis iniuriæ vim abſtinerent, ſanæ infectæq; mulierculæ iuxta habebantur,nihil ſibi officere poſſe ducẽtes. Quæ eſt eius gentis mira ſuperbia, innataq; vanitas. Forte fortuna dũ mæcantur inciderunt in quaſdã morbo cõfectas cõtagioſo,quẽ(vt par erat)ꝯtrahẽtes, nec a meretricibus abſtinẽtes,tũ ĩdeterius prolabebant̃ tũ ſanas,qđ deterius,inficiebãt, ĩde vulgari morbꝰ cœpit,vt veluti cõtinẽs incẽdiũ ꝓuincias totius orbis momento tp̃is inuaſerit,a Gallis igit̃ qm̃ primũ emerſerat,dici gallicꝰ iure is morbꝰ ab oĩbꝰ ẽ cœptꝰ ꝓterq̃,qđ Galli nomẽ hoc patriæ infame nõ agnoſcẽtes,Parthenopeũ a loco dixerũt, Porro quocũq; noĩe appellet̃, coitu ĩprimis, & vnius lecti cõſortio cõtagioſus primũ pene viris inficit colẽ,ſcrotum,& inguina infeſtat, Os autẽ vuluæ fœminarũ quibuſ/

Digitized by Google

dam cruſtis,& exulceratione,ſtatim corrumpit,ex quo grauis odor,& pus viruletum maxime defluit, vt nares ſint propius accedẽtibus non imerito con/ tinendæ, Nam ſunt qui crediderint contrahi noxã non ſolum coitu,ac lectuli conſortio, verum etiam ſolo odore,Quibus refragatur Nicolaus Maſſa,nul la aliquando contagione Gallicum fieri ducens,ſed euenire ex affectis humoribus,aliiſq; cauſis nõnul/ lis:vt febres:cæteræq; ægritudines indies eueniũt: vnde non immerito ſibi videtur : quo magis ſuam aſtruat ſententiam exempla puerorum non lacten/ tium:quos ipſe curauerat: ne totum hoc ſcilicet la/ cti infecto aſcribatur:appoſuiſſe:Addidit etiã plæ/ roſq; hoc morbo affectos:quorum colem:& ſcrotũ neq; puſtulæ:neq; exulcerationes vnquam aggreſ/ ſæ ſunt.Quam ſententiam nos improbantes: aſſeri mus duplici de cauſa: fieri potuiſſe: tum quod ma/ teria non mordax primo iecur occulte ſerpens in/ uaſerit:inde diffuſa totum corpus ſæuis accidenti/ bus corripuerit:parua temporis intercapedine : nã ex ſubagitatione verendorum pori laxantur:& cõ/ mode ingrediens inde virus Hepar occupat:vt Cõ/ ciliatori diffe.clxxvii.de lepra differenti placuit:tũ vero:fieri potuiſſet vt oſculo complexuq;:dum ve/ nerem exercerent : inhærentes haud difficulter in/ ficerentur.Nam mir[illegible] non eſt ex anhelitu poſſe quẽ/ piam:noxam contrahere. Si Plinio credimus:Qui libro.xxvi. ca. primo ſic ſcribit de morbo lichene: Grauiſſimũ ex his lichenas appellauere græco no/ mine:latine quoniam a mento fere oriebatur iocu/ lari primum laſciuia:vt eſt procax natura multorũ in alienis miſeriis mox & vſurpato vocabulo Men/ tagram occupantẽ multis:& intuitus totoſq; vtiq; vultus oculis tantum immunibus deſcendentẽ vero

Digitized by Google

& incola, pectuſq;, ac manus fœdo cutis furfure. Nõ fuerat hæc lues, apud maiores patreſq; noſtros, & primum Tib. Claud. Cæſaris principatu medio irrepſit in Italia quodam Perſino æquite Romano quæſtorio ſcriba, Cum in Aſia apparuiſſet, inde cõtagionem eius importãte. Nec ſenſere id malũ fœminæ, aut ſeruitia, Plebeſq; humilis, & media, ſed Proceres veloci trãſitu oſculi. Id ſiquis dederit paucis oſculis fieri potuiſſe, tanto magis continuo cõplexu, iugiq; oſcolo dabit, Nam & pueros familiariter cognati deoſculantur, Vlnis geſtant, ſecum habent, inde tenelli, delicatiq;, tum pituita multa imbuti contagioni ſunt obnoxii. Conſentaneum fuerit igitur morbum Gallicum ſola contagione per mortales graſſari, Nam Aſtronomorum apud me iam dudum eſt exploſa ſententia, qui conſtellationibus hoc totum tribuunt, quippe quoniam ſi vera dicerent cum magis, atq; magis in dies inualeſcat hoc malum, neceſſe eſſet quoq; quotidie fere eoſdẽ fieri ſtellarum concurſus. Quod q̃ conſentaneũ ſit, ipſi viderint. Certe ſanctiſſimus ille vir Damaſcenus, quo cum libentius errauerim, q̃ cum iis vera dixerim, in Aphoriſmis, ſic contra Mathematicorum ſentẽtiam, ſuperius enarratam teſtatur. Nulla res ſub cœleſti globo, vel circulo poſita, quocunq; gradu mutetur circulus, vltra reuocatur in æternũ ad illud qualitatis, & quantitatis, in quo fuerit in ipſo circuli motu. Hæc ille. FRAN. Vere meo iudicio nõnulli morbum Gallicum non eſſe ægritudinẽ nouam aſſerentes a veritatis via penitus diuertերunt, nã diebus elapſis Aggregatoris cuiuſdã Lugdunenſis de Medica materia opus ad manus meas deuenit, quod dum lego, quædam de morbo Gallico oculis meis ſeſe offerũt, Quamobrem nõnulli

quid addiſcere deſiderās, quod de re ipſa ibi ſcriptū inueni diligenter excerpſi. Omnibus igitur deinde perſcrutatis, maxime aberrare mihi videbatur. Nā & morbum Gallicum appellare Mentagram auſus eſt eadem Plinii auctoritate, quam tu contra Maſſam adduxiſti, Nam ſi Mentagra (quod morbi genus Græci lichenas appellant) fœminas, ſeruos, plebēq; humilem, ac mediam non inuaſit, verum Proceres tantū veloci tranſitu oſculi, Aggregator ipſe viderit, quomodo rectius dicatur Gallicus. Nā tempeſtate noſtra, nullis immunibus relictis, per mortales graſſatur. ANDR. Ingenue tu quidem, quāuis etiam alia ratione eius opinio cōfutari poſſit. Præmiſſimus enim Gallicum ſæpius in verendorū particulis oriri, at lichenas quoniam mentum inuaſerat, Mentagræ nomen ſibi vendicauerat. FRAN. Laurentium quendam Phriſium diebus iſtis offendi, qui Auguſto Mēſe præterito, de morbo Gallico ſuum opuſculum omnibus aperuit. Quo fere tantū ſyderum aſpectibus morbū eueniſſe fatetur, ac deinde digeſtiuis, ſolutiuiſq; pharmacis non ommiſſis, Linimentis Argento viuo carentibus iſtum pellere morbum ateſtatur, quod quidem mihi perpulchrum videtur, cum omnes fere Medici in Mercurium inuehant. ANDR, Hic etenim, quem affers, penitus ignorantia refertus dici par eſt, nec vna tātum veritas ab eo elici poteſt. Nam ea quę ſcripſit, potius ſomnia, q̄ experta dici poſſunt. Putat enim ſuis linimentis Gallicum morbum fugare, quo nihil eſt deterius, quibus quidem pene leuis ſcabies curari poterit. Semel eius tantum perlegi librum, qui mihi poſtmodū tātam nauſeam euocauit, vt ipſum e domo noſtra perpetuo exulare decreuerį. Quod ſupereſt, ſicut arbores plerumq; ſolent primo vere

Digitized by Google

frondeſcere variiſq; florum generibus ornari, ita diuerſicoloribus puſtulis humanum corpus fœdabatur, Quas ſi Medicorum cura peruigil expulerat denuo nihilominus repullulabant, ſiue certo temporis interuallo, continuis vlceribus diffundebantur, aut glandulas ſtantes, & tubera ex ſe gignebãt, aut oſſa penetrantes vitiabant, quanquam ſine his etiã ſuperiora nonnunquam fiebant. Multi, quos morbus male habebat, noctu magis q̃ interdiu intolerabili frontis dolore, neruorum, compagũq;, ac tibiarum diſtentione torquebantur. Nunc omnia ſe mitius habent, tum quod non ita morbus ſit noxius, tũ quod iã a Medicis vera mõſtrẽtur huic excogitata remedia. Nam vt in Aph. Damaſcenus, ex mutatione ſtellarũ in longitudinem, & latitudinem vitia, & conſuetudines mutantur. FRAN. Satis quæ abs te primo loco petierã, explicaſti. Supereſt, vt de medicinis eius agamus. Attẽtũ interea auditorẽ me preſtabo. ANDR. Fiat vt vis, Iamdudũ morbũ Gallicũ quatuor humorum oriri ex aliquo tenes, aut enim in ſanguine, aut bile verſat̃, aut piruita, aut cũ atra bile cõmiſcetur. Quæ quatuor, q̃q̃ iter ſe colligata, atq; implicita ſint genera, tamen ex ſingulis certæ medicamentorũ ſpecies naſcuntur: Hæc oia ſigillatim cũ decreuerim⁹ agere latius declarabimus. Tñ videtur altius, quædam prius repetere cõſentaneũ.

DIVISIO MEDICINAE.

DIuidit̃ Medicina in tres ptes, cuius prima διαιτητικη. Scd'a φαρμακευτικη. Tertia χειρουργικη. a grecis recte dicitur, ſm Celſum, ex Dioclis Cariſtii Praxagore, Herophili, Criſippiq; ſentẽtia, vt eſſet quæ victu, quæ medicamentis, quæ manu mederetur. Hæc in hmõi curatione, nobis omnia

Digitized by Google

neceſſaria ſunt. Nam nequaquã, meo quidem iudicio, recte curatur is qui maxima abſtinẽtia, longioribus medicamentis, & ſolerti manuum cura morbo non oppugnauerit, quoniam vix, ſupradicta ſufficiunt, ſed quoniam quadrifariã, ideſt per quatuor humores, hunc diuiſimus, ſigillatim medicinas iis applicabimus.

DE MORBO GALLICO SANGVINEO.

MOrbus itaq; Gallicus cruori admixtus ſine compaginum dolore plerũq; exulceratis pudendis, abſceſſus corporis, quæ Greci Apoſtemata dicũt, interdũ in dextro, nonnunq̃ in ſiniſtro inguine, aliquando vtrinq; gignit, Qui rubẽtes calidiq;, & non nihil intumeſcentes continuam febrem ſæpius gignunt. Nõnunquã per totum fere corpus, circa collum potiſſimum, frontẽue puſtulæ ſubtumidæ rubeo colore ſubfuſæ ſolent emergere, oculi rubent, venæ intenduntur, præter conſuetudinem dulceſcit os, cætera membra torpent, a nona noctis ad tertiam diei horam, malum ingraueſcit, Arteriæ ſiue pulſus concitatius mouentur, Vrina vero ſubruffa, admodum ſpiſſa deprehenditur, præſertimq; conſiderabis ætatem, corporis habitudinem, regionis tractum, anni tempeſtatem, prę cedentẽ victum, & iis ſimilia, Quæ ſi ſanguinis dominium præ ſe tulerint, fies certior. Enimuero, cum morbum miſceri cum ſanguine cognouerimus, triplici via curationi inſiſtemus, Quippe dieta, Potio neq; non ommiſſa, per vnctiones, ſuffituſq; primo loco tẽtabimus. Ligno vero ab Indis accerſito, quod Guaiacum dicimus deinde, Poſtremo Aqua noſtra Philoſophica curationem perficiemus, Qui tamen

Digitized by Google

modus medendi verboſius infra patebit, nunc alias curationes explanabimus. FRAN. Hoc abs te, expeto. ANDR. Tacitus oīa citius audies. Aer primū omnium ſit frigidus, & ſiccus, hunc roſacea, plantaginis, acetoſæ aquis, aceto commixtis, ſuffitu præterea ſandalorum, camphore, mirtillorum, roſarūq; ſalubriorem reddes. Cibus ſit boni ſucci, ideſt ex obſoniis bonum procreantibus, malum vero ſanguinem puriorem facientibus. Similæ panis fermētatus, ſale conditus, diligēter in clibano toſtus. Carnes vitulinas affectus edat, Hædos nō aſpernetur, Pullos deniq; gallinaceos appetat; Aucupii omne genus ex montibus, pratis, & ſyluis petitum, pręter coturnices, quibus (ſi Plinio credimus) ex veneno ſumitur cibus. Horum carnes tum aſſas, tum elixas, prout eius appetit ſtomachus, recte dabis, conditas Amygdalis, medulla panis, acriq; vino, hordei cremore, alica, tū pane intrito ex aqua, vel carnium iure fruatur, iis adiici poteſt lac Amigdalinū aqua ex ordeo, ſuccoq; malorum aureorum, quæ hodie Arancia dicimus, ſiue vino acri confectum. Quandoq; Piſces huic etiam conferunt parui, Saxatiles: ſabuloſi ex aceto elixi. Trunculi etiam, cū petiolis hædorum, vitulorumq; ex vino punicorū malorum, & puſca decocti, congelatiq;, vt prouocetur appetitus, recte dantur: Ex oleribus, ſpinacia borago, lactuca, intybus, lupulus, cicorea, ſcariola, acetoſa, portulaca, cucurbita etiā ex vino acri, vel ſucco aranciorum condita. Legumina vero, lac, lacte confecta, bulborum omne genus, & obſonia pipere aſperſa, vt piper linguam adurentia vitanda ſunt omnia. Fructus ferme omnes fugiat, præter pruna Damaſcena. Pyra etiam, & poma decocta, tollendæ nauſeæ gratia ſaccaro aſperſa in cibum

Digitized by Google

itidem non negauerim. Conferunt tamen cydonia prunis toſta, Quippe quæ, & ſtomachi exhalationes prohibeant, & concoctionem adiuuent. Quod ſi æger ſine febre fuerit, oua ſorbilia ex aqua decocta, cortice libera cum acri ſucco dabis. Euenit plerūq;, vt affectus oris exulceratione nō mediocri cibum conficere nō poſſit, huic pullorum gallinaceorum intritum, medulla panis addita, lac amygdalinum, & ius carniū imbecillarū, ex cyatho propinabis. Potio ſit vinum album, ſiue rubeum lene, decocta aqua dilutum, ſiue berberorū, ſiue punicorū malorū ſuccus. Quod ſi poſt hāc ſiti male torquebitur. ℞. tamarind. prunorum damaſce. ſebeſten, hordei, florū lupulorū, ſem. q̄tuor frig. ma. ſingulorū vnciā, florū violarū manipulū. Hæc oīa in aquæ libris decē coquanť ad quartā, poſt hæc exprimanť, expreſſioniq; ſucci citri, vini granatorū, vini berberorum ſingulorū vnc. i. ſ. addanť, & fiat cū ſaccaro potio lōga. At ſi patiētis innatāt, quæ cōfecerit ſtomacho, tūc is illiniať oleo cytoniorū malorū, nardino, ac ēt maſticino. Sex horis, aut ad ſummū ſeptē per noctē dormiat, Die vero, ſi fieri pōt, ſōno abſtineat. Pilæ ludus ante prādiū ꝑ horā hūc exerceat, deābulatio ſit cōcitatior vſq; ad ſudorē, q̄ppe quoniā curationi Morbi Gallici exercitatio plurimū ꝓfert. Bis die cibū capiat, a prādio ſeptē horarū decurſo ſpacio, exilior ſit cœna. Pro virili triſtitiā expuat ægrotus, & lætitiā cōplectať. FR. Quid tādē cauſę eē dicā, quāobrē medicamētorū pondera, ēt iuxta p̄ſcripta antiquorū, p̄ſertimq; Cor. Cel. quē ſemꝑ in manibus habes. Quæ tātopere miraris, & pro viribus æmularis, alioqui, nō dirigas? ANDR. Quaſi vero e media Suburra ſermones noſtros expectes, nō eſt ita, Hæc. n. quāuis tecū agā, Conſentinis tamen, &

Brutiis Luciliano more arbitramur eloq. Pigui igit (vt aiũt) Minerua cũ pſertim ſi volueris nimis obſoleta, quæ tu reqris, denuo in lucẽ proferre, mirę, nõ obſcuritas modo, ſed tenebræ etiã ſint ſecuturę, nã quibus vulgo Medici nominibus iis componendis vtũtur, & nos vti quis vetat? Sed nos ad propoſitũ iis ita ſe habẽtibus vrinã ſi erit admixtione biliosa, nõ admodũ ſpiſſa, ante venæ inciſionẽ, accipiat ꝓ Alui lenitione floris caſſiæ drac. x. ſiue electuarii lenitiui tantũdẽ, ſi fuerit ſpiſſior, & ſub ruffa, violarũ, maluarũ, betæ, mercurialis ſing. accipiatur manipulus, & ex aquę tribus libris oĩa decoquãtur, & per cliſt. infundantur, quibus additæ prius fuerint caſſiæ cribratæ drac. x. olei violacei vnc. ii. ſaccari rubei vnceola, ouiq; vitellus. Cliſtere deinde reddito ex vena Hepatis quantũ ſufficit ſanguinis extrahatur. FRAN. Quæſo me interpellantẽ ſuſtineas, quippe nunq̃ ſatis attendi, quis modus ſit mittendo ſanguini, quis cruor ſyncerus, quis infectus. Nam ſi Cornelio credimus, craſſus, & niger vitioſus, pellucens, autẽ, & rubeus eſt integer, ideq; præcipit tam diu ſanguinẽ mittendũ, quoad is pellucere incipiat. Sed vereor ne noſtrorum corporũ imbecillitas ferre poſſit. Quãobrem hæc abs te differi latius velis. ANDR. Mos geratur. Recte quidẽ Cornelius Celſus, nã ſi fuerit niger ſanguis, & craſſus, donec colorẽ imutauerit, recte mittetur. Quod ſi diutius idem perſeuerauerit ſupprimendus eſt, ne patientis deficiat anima. Nam dicit hæc Auerrois. vii. Colliget, cap. de cura ſinoche. Ars imitatur naturã, ſed ipſa nunquã in laudabili criſi vſq; ad ſincopim euacuat. Propterea Clinicus Chyrurgo mittendo ſanguini ſemp aſſiſtat, ne hęſitatiõe timidius demittẽris ſcalpellũ fiat, vt ſũma cute tãtũ lacerata exiliat ſanguis

Digitized by Google

ſubtitior, ſubſidatq; craſſior, Adhæc illud accedit, quod ſi pelluceat eſt ſtatim ſupprimendus, etiã prę ter quod iuſſerit abſens Medicus, Nã operarii chy rurgi non recte agunt, qui a mandatis ne tranſuer ſum quidem vnguem nunquã audent aberrare, ſua ignorantia haud ſanguinem agnoſcẽtes. Nam Hip pocratem ii quidem non attendunt primo Apho. dicentem. Et vaſorum inanitio ſi talis fiat, qualis fieri debet, & confert, & bene tolerant. Sin minus contra. Hinc deterior habitudo, Medicorum dede cus. & ægrotantium mors. Si vero ætas, & vis cor poris eiuſmodi venatum inciſionem tergiuerſan tur, cucurbitulas (cute prius inciſa) ſcapulis, & clu nibus admouebimus. Cæterum, vt materia digera tur, qua plærũq; ſanguis putreſcit, hic ſyruppus re cte ſepties propinetur. Qui conficitur ex Reubar bari electi drac. ii. florum violarum, boraginis, bu gloſæ, capillorum veneris, lupulorum, radicum in tybi ſingulorum manipulo, hordei ſemuncia: ſemi num cõm. frig. minorum ſing. drac. ii. tamarindorũ: prunorum: ſebeſten: ſingulorum drac. vi. Contun dantur hæc omnia leuiter: macerenturq; ex aqua fumiterræ: lupulorum: & intybi triduum: Deinde bulliant ad decoctionem quartæ partis: tum colen tur: & prælo diligenter exprimantur: cremori ſac cari: quantum ſufficit addatur: poſtea dececentur: & fiant ſyrupi ſeptem. Qui plurimum Iocinori cõ ferunt. Quod ſi impendie voluerimus parcere. Re. Syrupi de cicorea compoſiti: de fumoterræ: roſati ſingulor. vnc. ii. s. aquarum lupulorum: intibi fumi terræ: ſingulorum vnc. v. & fiant ſy. ſeptem. Qui et ſic fieri poſſunt. Re. ſyruppi de ſucco citri: de lupu lis: de fumoterræ: de ſucco intybi: ſing. vnc. ii. aqua rum portulacæ intybi: lupulorum: violarum ſingu

larũ vnc.v. Digeſta materia hoc potu ſecurius eua cuari poterit. Re. electuarii lenitiui drac.iii. de ſuc ro roſarum: de pſilio: ſingulorum drac.ii. ſyruppi ro ſati ſolu. vnc.i.ſ. & cum decocto florum: & fructuũ cordialium fiat potus. Vel ſic. Re. Mannæ electæ vnc.ii. diſſoluantur ex decocto florum: & fructuũ: cordialium: & indãtur diacatholiconis drac.iiii.ſ. electuarii roſati meſ. drac.iii. ſyruppi de cicorea cõ poſiti vnceola: & fiat potus. Vel ſic. R. Reubarbari electi drac.ii. ſpicæ nardi dimidium ſcrupuli: nocte vna macerentur ex aquis lupulorum: & intyborũ: accedatq; pauxillum vini aromatici albi: deinde fa ctæ vehementi expreſſioni Mãnæ maſticinæ vnc. ii.ſ. addantur: Diacatholiconis præterea: electua rii de ſebeſten ſol. ſing. drac.iii. de Pſilio drac.i. Sy ruppi violati vnc.ii. & fiat potus. Aegro ſit perpur gato cucurbitulæ: quæ ſanguinem inter cutem ex hauriant: ferro prius ſcarificata cute conueniunt: iuxta illud Gal. ca. de hirudinum curatione: & cu curbitulis: Eæ (inquit) purgatis prius corporibus vtiles quidem: ſed in repletis (quæ plectorica græ ci vocant) pretermittendæ ſunt: debent itaq; ſca pulis apponi vtrinq; prope ſpinam: natibus: & fœ minibus: Poſtremo die cubiculo ſe contineat ęger. FRAN. Quid tu? Quãtũ video ægro p ægroto p libidine vteris: qd ſi reſciuerit Grãmaticorũ turba: tanquã Iudei cogent te in verba ſua iurare: Nanq; præcipiunt: ac iubent ægrotum corpore affectum dici debere: ægrum vero: cuius animus ſit perturba tus. ANDR. Quaſi tu ſis ex Grãmaticis vnus: ita vi deris eorum partes ſuſcipere: Quod ſi mihi ſtoma chum feceris: adducam vel ſexcenta in te Poetarũ teſtimonia: quibus ſi minus credideris Ciceronem citabo: quid hoc? credis tibi cum imparatis rẽ eſſe?

Sed vno ero contentus ne tibi multitudine verbo-rum ſim moleſtior, Virg. li. iii. Aeneid. aut ægra trahebantur corpora, quē teſtē ſi tanq̄ Poetā repudiaueris, Cic. in familiaribus ad Pætū, ſtatui ne ægro tibi quidē parcere, cū is ſcilicet Pætus podagra laboraſſet. FRAN. Perge qua cœpiſti. ANDR. Quieſcat igitur æger in lecto, locus, quo cubat, eodem ſuffitu, quē ſuperius expoſuimus, foueatur, ſemelq; vel bis ad ſummum quotidie pro viribus iſto linimē to tibiæ, dorſum, & brachia inungant. Rec. Vnguēti roſacei mes. Vnguenti triapharmaci in mortario plumbi ex oleo, & aceto roſato ſubacti ſingulorum librā. Mercurii extincti vnc. vi. ſublimati drac. ii. camphoræ dracmā. ſ. & fiat in mortario linimētū. Siue R. adipis porcini, butyri recētis ſing. lib. liqueſiant omnia lento igne, ex aceto poſtmodū & aqua roſa. tū plantaginis, ſphatula lignea, vnius horæ momēto ſubagitētur. Deinde eiectis aquis, & aceto, addātur vng. triafarmaci (ebullito prius lythar. ex aceto) vnc. vi. vnguenti ſandalini vnc. iiii. Mercurii extincti vnc. viii. camphoræ ſcrup. ii. & fiat vnctio. Quā ſi efficaciorē volueris, ſic efficies. Recipe vnguenti roſacei mes. libræ pōdo, butyri recētis vnc. vi. vnguēti triapharmaci ſuperioris vnc. iiii. ſandalini vnc. ii. ſaponis nigri vnc. iii. olei amygdalini dulcis vnc. ii. Mercurii extincti vnc. vii. ſublimati drac. ii. ſucci braſſicarum, ſcabioſæ, fumiterræ, ſingulorū drac. iiii. & conficiatur in mortario linimentū. Porro haud ſis inſciens patientem tantiſper ſuperioribus vnctionibus inūgi debere, quoad putauerimus omnino materiam conſumptam. Quod cum ita ſit dierū numero diffinire qui poſſumus? Signa tamen certiſſima dabimus, quibus certo ſcias, illinitū ſatis, cum dentes dolent, os exulceratur, lingua intume-

ſcit, dolores medicamentis cedunt, diſtentio neruorum deficit, & totum corpus laſſatur, ſatis illiniuimus, quibus perceptis cibo ſuperius dicto, potuq; liberalius affectum fouebimus, quod tamen ad peritioris medici aſſiſtentis ſentētiā reiicio. Interea ſi cor ægri deficere videbit, hoc remedio obuia ibis. R ecipe aquæ roſaceæ, violaceæ, bugloſæ, boraginis, acetoſæ, meliſſæ ſingularum vnciam, aceti roſ. vini malorum punicorum ſing. ſemunciā, pulueris cordialis temperati drachmam: croci ſcrupulum: & fiat cataplaſma cordi applicandum. Sed euenit ex huiuſmodi vnctionibus propter humorem: qui ex toto corpore ad os redundat: vt fauces exaſperentur: guttur exulceretur: & gingiuæ male habeāt: tametſi ſanguineis minus id fiat. Primis igitur diebus id diligenter per os eiiciatur: nā ſi malignitatē peccātis materiæ retinuerit æger: nunquā ſaneſcet. Colluat ergo os aqua ex ordeo: melle roſaceo admixto ſiue aqua ordeacea: & diamurone: ſiue aqua intybi: & ſyruppo roſaceo. Sed ſi dolor cum rubore: & inflammatione nō mediocri circa guttur: ægrū male torſerit: lacte caprino: in quo ex igne candens Calybs deferbuerit: fiat gargariſſatio: nā mirifice dolorem ſedat: ac incendium extinguit. A ſeptima die ſyruppo roſaceo cum aqua plantaginis: lactucæq;: totum os foueat: Mūdabimus: & ad cicatricē perducemus exulcerationes: ex aq̄ plātaginis: admixto melle roſaceo: & alumine. Poſtremo poteris idē pficere gargariſſatiōe tali. R. aquæ fabrilis lib. vii. plātaginis: vini cydoniorū malorū: ſing. vnc. iii. balauſtiarū: myrtillorū: ſumach: roſarum: ſing. manipulū: caudæ equinæ. m. ii. aluminis vnciā: & bulliāt hæc ad tertię ptis cōſumptionē: poſt colētur: & addant diamuronis: mellis roſacei: ſingulorum vnc. ii, &

ſiat gargariſſatio: quibus remediis ſi morbi mali/gnitas nequaquã parebit: ſcapulis: & natibus: inciſa cute: per cucurbitulas materiam diuertes: quin etiam: ſi neceſſitas compulerit: ex vena capitis: ſiue brachii protinus ſanguis mittatur. FRAN. Bene ſane: & ex vſu ægrotãtium gargariſſationes addidiſti: quibus exulceratũ guttur: & os ſaneſceret: Empericorum etenim turba: cum ſibi traditũ perũxerint: faucibus illico morbos emergẽtes: nullis medicamentis diſcutiunt: Quorũ inſcitia plerũq; euenit: vt momento temporis edentuli penitus fiant. ANDR. Hoc nihil eſt: vidimus enim multos edentulos inſuper lientericis: dyſentericis paſſionibus miris iugiter male torqueri: quibus etiam ſuccubuerint: quãuis nõ negauerimus: hęc ſi in corpore Athletico fiant corrigi ſtatim recte nõ deberet: inde.n. ſæpe ſequitur perfecta ſalus in validis: At exiliori cibos valentes ſæpius vnoquoq; die recte dabis. Vinumq; rubeum dilutum fabrili aqua propinabis ſtomachum: & aluum oleo cotonei mali: roſaceo: mirtillo: nardino: ſpinãq; hyrcino: ceruinoue adipe perunges: lac præterea calibeatum: ſiue ius capitis veruecini: addito melle: & oleo roſaceo: adipeq; hyrcino per cliſt. infundes: quod ſi caſus eiuſmodi deſperationi proximus fuerit: Athanaſiã: vel Philonium affectus bibat: Somni præterea difficultas vim maxime deprimit: Sic igitur affectis ex ſemine papaueris contrito lactucæq; aqua cremorem in potum recte dabis: Accedet tẽporibus: & brachiis ſpongia: ex collyrio eiuſmodi. R. Vini cretici cyathum medium: ſucci hyoſciami. vnc. ii. crocci eliſci drachmam: quæ ſubigãtur in vnum corpus omnia: rectius tamen ex eo ſpongiam naribus appoſueris: Cæterum donec laborauerit: nec culcitras: nec veſtes in:

Digitized by Google

ſtes, in quibus cubuerit vnquã mutaueris. At ſi ni-
hil Venter excreuerit, per cliſteres lenitiuos aluus
ducatur. In priſtinam ſanitatẽ redactus æger hac
lotione calida totum ſibi corpus lauet. R. vini albi
odoriferi lib. x. lixiuii. lib. v. roſarũ, myrtillorum, ca-
momillæ, florũ ſalicis ſing. m. ii. quæ decoquantur
ad tertiam. Deinde ſtrigilibus puris bene ſiccatum,
per illam diem conquieſcere iubebis, tidem galli-
naceis pullis, & carnibus boni ſucci vires priſtinas,
paruo tẽporis interuallo, reuocabis. Solet plerũq;
medendi genus hoc morbũ Gallicũ nõ ſolũ recẽter
contractũ, verũ etiã inueteratũ diſcutere. Sed quo-
niã nõnũquã vlcera putrida, exeſa, carcinomati ꝓ-
xima quæq; ſerpunt more phthiriaſis, morbũ Gal-
licũ ſequunť, cũ eo ẽt vt oſſa vitienť, manus operam
male affectus etiam deſiderat, ſine qua fruſtra re-
media omnia tentabimus. Quam ne deſideres, mul
tis in calce tractabimus.

IAm ſatis de morbo Gallico ſan-
guineę qualitatis dictum puto, re
liquum eſt, vt agamus de bilioſo,
qui cũ pudẽda cuiuſpiã inuaſerit,
vlcere ſtatim virulento, ſerpenti,
carioſo, cũ rubore, & inflãmatio-
ne nõ mediocri debacchať. Puſtu-
læ ſe exterius ingerẽtes citreũ colorẽ referunt. Pus
fertur ex his fœtidũ, admixta ſanie citrina, virulẽ-
taq;. Accedit pruritus, dolorq;, qui nõ mediocriter
affectũ pungit. Frons a dextro tẽpore, magis q̃ ſini-
ſtro a tertia potiſſimũ, ad nonã diei horam, ſummo
tentatur dolore. Guttur vt plurimũ tumet Eriſipe-
la, nõnũquã vero is morbo in Phthiriaſim cõmuta-
tus, adeo palatũ male habet, vt cibus, & potus, per
nares aſcẽdẽdo defluat. Macies totũ inficit corpus,

Digitized by Google

fiuntq́ tabificis haud diſſimiles, vultus, & oculorũ album croceum contrahunt colorem, accedit febricula, quæ tertianæ tenorem, ſiue ethicæ modũ referens, ſolet affectos exercere, at vrina ad citrinum tendit. Brachii vena pulſu veloci frequentior, & dura deprehẽditur Amator, & ſiccitas mira ineſt ori, quod ſi corporis habitudo precedens victus, ætas, regio, & tẽpeſtas anni cõcurrerint, materiam bilioſam facile conÿcere poteris. Porro curatio morbi predicti ad frigidum, & humidum tendentia poſtulat, quę ne tibi multitudine verborũ ſim moleſtior, pretermitto. FRAN. Non adeo ſimplicium Medicinæ rerum ſum expers, vt quæ morbo iſto bilioſo in regimine victus, ac ſex rerũ nõ naturaliũ conueniãt facile nõ agnoſcã, nã & multa, imo fere cuncta, quæ ſanguineo cõferre hodie mecũ es allocutus, huic ẽt adhiberi poſſunt. Perge igiť recto tramite. ANDR. Bene profecto, igitur cũ bilem deprehenderis, medicamentum, quod leniat, huiuſmodi poteris conficere. Recipe floris caſſię vnciã, electuarii lenitiui, de ſebeſten ſol. ſingulorum drac. i. addatur iis ſaccarum, & introchiſcũ redigantur. Vel ſi delicatius per potionem volueris agere. Re. ſyruppi roſacei ſolutiui vnc. iii. Mãnæ electæ vnc. i. ſ. aquæ violarum vnc. ii. & fiat potio. At ſi vrina ſpiſſior feretur, epatica vena vtiliter ſcindetur, eo modo, quo ſupra. At ſi tenuior, pro libidine ſanguinis miſſionem poteris pretermittere, quãuis per vrinam non poſſimus id recte iudicare. Nam quoſdam bilioſos curaui, quibus & ſi ſubtilior vrina, tamẽ craſſior ſanguis, & niger facta inciſione ferebatur. Non igitur fuerit abſurdum fortaſſe ſemper iis ſic affectis ſanguinẽ mittere, cum teſte Auicẽna Phlebothomia ſit euacuatio vniuerſalis. Nam ſanguinem bonum ſtatim ſup-

primemus, infectum vero tandiu ſinemus defluere, quãdiu eũdem retinuerit colorem. Quod ateſtatur Albucaſis cap. de vtilitate phlebotomiæ dicẽs. Nã ſanguis ſi eſt niger, tunc dimitte ipſum exire, donec rubeat, & ſimiliter ſi vides ipſum groſſum, tunc dimitte eũ, donec ſubtilietur, & ſimiliter ſi eſt acutus, donec auferatur acuitas eius, Hæc ille. Poſt venarum inciſionem, vt materia cõcoquatur, quinquies, vel potius ſepties, ſyrupus is hauriatur. Rec. ſcariolæ, intybi, cicoreæ, lactucæ, portulacæ, acetoſæ, florum violarum, ſingularum manup. i. ſ. ſeminum cõm. frig. maiorum vnciã, Reubarbari electi ſcrup. ii. radicum centaureæ maioris ſcrup. ii. ſpicę grana tria, ſeminis papaueris albi, florum nenufaris ſing. drac. ii. ſ. ſandalorum omnium ſcrup. iiii. Contũdãtur vna Reubarbarum, ſpica, radices, ſemina, ſandaliq; in aqua libræ vnius ponderis, intybi, & fumiterræ, & lupulorum, per dies continuos tres macerentur. Poſtmodum ex libris tribus aquæ ordeaceæ, & libra vna vini malorum punicorum, cum predictis herbis, ad mediam concoquantur. Addantur iis flores ad finem fere decoctionis, poſtea colẽtur, & exprimantur prælo, expreſſioni ſaccari vnc. viii. addantur, inde ſint ſyruppi. vii. Vel. R. ſyruppi acetoſi ſimplicis, ſyrup. roſarum ex infuſione, ſyruppi de fumoterræ, ſingulorum vnc. ii. ſ. aquarum intybi, acetoſæ, lupulorum, fumiterræ ſing. vnc. vi. miſceãtur hæc omnia fiantq; ſyruppi. vii. Qui ſic etiã fieri poſſunt. R. ſyruppi de acetoſitate citri, de ſucco intybi, oxiſaccare, ſing. vnc. iii. violati vnc. ii. aquarũ cicoreæ, intybi, portulacæ, fumiterrę, lactucę, ſing. vnc. v. & fiant ſyruppi. vii. Enimuero cognoſcens materiam iam digeſtam. R. ſeminum quatuor cõm. frigidorũ ma. ſing. drac. ii. ſe. papaueris albi drac. iii.

Digitized by Google

Contuſis deinde in mortario lapideo ex vnciis dua bus aquæ egelidæ intybi, & fumiterræ, exprimas cremorē, cui ſyruppi roſacei ſolutiui, vnc. ii. electuarii roſ. meſ. Diacatholiconis ſingul. drac. iii. addes, quā potionē affecto propinabis. Vel. R. diacatholiconis drac. iii. elec. de pſilio, cōſ. amech ſing. drag. ii. ſ. & cū infuſione drac. i. Reubarbari preparati ex aqua intybi, & fumiterræ, fiat potus, Sic aliter fieri poteſt. R. ſyruppi roſacei ſolutiui, ſy. de cicorea cōpoſiti, mannæ electæ ſing. vnciā, elec. lenitiui drac. iii. de ſucco roſarū drac. ii. ſ. Reubarbari ſubtiliter puluerizati drac. mediā, ſpicæ gra. ii. & cū decoctione florū, & fructuū cordialiū fiat potio longa, Reliqua poteris ſuperioribus recte conіicere. Cæterū tibiæ, tū cæteræ corporis cōpagines hoc vnguēto illiniantur. R. vnguenti roſacei meſ. librā, ex aquis florū pomorū hæſperidū, quę hodie arancia vocāt, ſiue florū myrti, roſarūq; damaſcenorum ſing. q. ſ. Hæc ſphatula lignea per horā ſubagitabis, Poſtremo proiectis aquis, in mortario marmoreo, Pomatæ tū odoriferæ, tū recētis vnc. vi. ſaponis damaſceni odoriferi minutim inciſi vnc. ii. Vnguēti triafarmaci ex oleo roſaceo omphacino, & aceto roſato vnc. iiii. muſci ex aqua roſacea ſcrup. ſ. camphoræ ſcrup. ii. pulueris cypri drac. iii. Mercurii extincti vnc. vi. ſublimati drac. iii. ſandalorū alborū drac. i. adiectis, in vnguentum rediges, ſi vero pauperibus conſulere volueris. R. aruinæ porcinæ librā, butyri recentis vnc. ii. liquefiāt ſimul ad ignem, ex aqua poſtea ſolatri portulacæ, ſemperuiuæ, & aceto roſato, ex vaſe fictili ligneo baculo ſubagitentur, dehinc proiectis aquis, addātur vnguēti triafarmaci ſuperius dicti vnc. iiii. ceruſæ lotæ vnciā, Mercurii extincti vnc. v. ſublimati drac. ii. & fiat diligēter li-

Digitized by Google

nimētū. Reliqua ſuperius diximus. Hoc etiā morbi Gallici contractā recenter noxā ſine vnctionibus diſcuties. R. aquæ roſarū lib. ii. plantaginis, ſolatri, ſing. lib. i. s. vini granatorū, ſucci vuæ acerbæ ſingulorū. Aquarum ſcabioſe fumiterre ſing. vncias tres Mercurii ſublimati vnc. ii. Mercurius in puluerē tenuiſſimū redactus, p̄dictis aquis maceretur, hęc deinde omnia ex vaſe vitreo, igni ſubcenſo, ferueant nō alio me hercule pacto, q̄ decocta aqua ex ordeo fieri ſolet. Hoc quidē egelido oēs corporis compages lauētur, brachiaq́; cū tibiis, a genu, & a cubitu donec dolores, cū cæteris euaneſcāt. Diebus lotionis e cubiculo pedē male affectus nō efferat, ſed caueat oīa perinde ac ſi inūgeretur. Huic ēt, quæ premiſimus accidere ſolent, oris. ſ. vlceratio, defectus animę, ventris deductio, ſomni difficultas. Quibus omnib⁹ quo pacto fuerit occurrēdū, declarauimus. Enimuero nō ab re fuiſſet oſtendere, quantum hoc morbo affectis inuehat detrimenti curatio p lignū, quod ſuperius declarauimus, preſertim ſi Gallicus is macie affectus fuerit, niſi id inferius aſſerere decreuiſſem. FRANCIS. Satis ſuperq́; te diſſerentē de ſanguinis, biliſq́; qualitate tulimus. Quamobrē iam Pituita ſe ingerat.

ANDREAS.

OMnibus igitur ægrotātibus, quos Pituita male habet, rarius puſtulæ per totū corpus emergunt, niſi fortaſſe ſanguinis aliquid adiectū fuerit, qa pituitæ natura (vt dixit Gal. vi. Aph.) ad iuncturas potiſſimū decurrit, Vnde omnium non ſolū iuncturarū, verū etiā articulorum intollerandi dolores fiunt, qui occiput potiſſimū, tibiaſq́; male

Digitized by Google

habent, noctu magis, q̃ interdiu, id eſt a tertia hora noctis, ad nonam potiſſimum torquentur. Horror eſt in capite, cæteriſq; membris, at cum materia ſalſior accedit, tota inguina, cum coleis, vultumq;, tũ volas manuum, pedumq; Impetigo arripit. Quod ſi cũ ſanguine cõplicatur (vt plerũq; vidimus) circa collum, gulamq; ſub alis, inguinibus, & pedum compagibus quædam glandulæ ſtrumis aut diſſimiles emergunt, Os albeſcit, ſenſus obtunduntur, bucca multo fluore inſulſo, acri, nõnunquã ſalſo redũdat. Nares muccoſæ, ſtomachus male concoquit, Vrina alba, ſpiſſaq; fertur, Vena ſubſidit. Quod ſi corpus, ætas, cęteraq; eiuſmodi a pituita fuerint, morbum admixtũ eſſe phlegmati conicies. Requiritur huic ergo curationi primo loco ſex rerum non naturaliũ regula ad ſiccum, & calidum declinans. Cubiculum ſit meridiano, ſiue exorienti ſoli expoſitũ, cuius aer preter æſtatem, quotidie bonis odoribus ſuffiatur. Nec abſurdũ fuerit hęc omnia in pilam redacta per hyemẽ manibus affectũ geſtare. R. ladani electi vnciam, ligni aloes. vnc. ſ. ambræ. ſcrup. ſ. galiæ muſcatæ, ſtyracis calamiti, Benzuim ſing. vnc. ii. ſ. ſerpilli, amaraci, ſatureiæ, ſing. ſcru. ii. quæ terant̃ oĩa, & ex aqua lauendulę in pilam ſubigantur. Cũ vero Inedia, teſte Damaſceno, Celſoq;, Medicina potiſſimum nitatur, de ea primum erit ſermo, nec diuerſis cibis pro libidine vti decet affectum, neq; nimia Inedia torqueri, nam Auic. primo Can. fen. iii. cap. vii. Nihil deterius eſſe ait, q̃ diuerſa nutrientia ſimul adiungere, & cibi ſumendi tempus prorogare, Nec cum ſumpſeris poſtremu̗, primus iam incipiat concoqui cibus. Hæc ille. Nos enim imprimis precipimus famis tempus ſemper expectandum, cum eo tamẽ, ne deſiderium cibi nimis vrgeat, quoniã teſte

Principe loco, quo ſupra. Inedia nimia ſtomachum malis humoribus inficit, & imbuit, Panis ſit ab omni mixtione, grauitate, humiditate, aſperitate, grau eolentiaue ſequeſtratus, ideo iubemus fieri ex farina pura boni tritici, & quod ſit fermentatus, bene coctus, biduanus, triduanus, quatriduanus, & ſale mediocriter cõditus, neq; recoctus ab re fuerit, quẽ cum de ligno Guaiaco tractabimus paucis abſoluemus, niſi fortaſſe vẽtris nimia ſubductio obſtiterit. Carnes edat vitulinas, hædinas, veruecinas, Agninas vero fugiat, quod pituitoſum ſanguinẽ reddãt, nec a venatione abſtineat, vtpote cũ damæ, hinnuli, lepuſculi, maxime ſint ex vſu. Nec aucupium ſpernat, nam Perdices, Porphiriones, Attagenæ, Phaſianæ, Turdi, Ficedulæ, Palumbuli, Merulæ conferunt. Quãuis Grues, Anates, Anſeres, Querquedulæ, Aucupiiq; omne genus in ſtagnis, & palludibus degentis noceãt, In cibis etiam caueat piſces, quoniam teſte Principe comedendi non ſunt, ꝙ faciliſſime corrũpantur, & humores corrumpant, & pituitam gignant, preſertim poſt exercitium. Oua etiã recentia ex iuſculo ſumpta proficiunt, ſicut abhorrent eadem, frixa, duraq;. Lac, lacteq; confecta fugiat. Ex leguminibus cicerum decocto tantum perfruatur, additis amaraci, mẽtæq; foliis. Ex oleribus petroſilino, fœniculo, ſerpillo, ſaluia, menta, roremarino, meliſſa, amaraco, tenaceto, ſatureia, arthemiſia, origano, calamẽto, pulegio, & ſi qua alia calida fuerint. Ex radicibus, baucia, paſtinacę, rad. petroſilini, fœniculi, recte in cibũ ſumunt, alliũ, cæpas, bulborũ omne genus, radiculã, rafanum, erucã, ſinapi, quod inflẽt, & inatẽt ſtomacho, & ſanguinẽ adurãt fugiat. Ex iuſculis, amygdalatũ, panem decoctũ ex iure carniũ conducentiũ, dare poteris. Ex fructibus

Digitized by Google

cõferũt Palmulæ, ficus, nuclei, pinei piſtacia, amygdala, cydonia decocta, additis fæniculo, & coriandro, ſicuti, poma pyra, chryſomila, ceraſa, cum ſint humiditatis, & frigiditatis maximæ: nõ mediocre his inferunt nocumentũ. Ex conditis Myrrobalani chebuli, cortices citri, gingiber, hyringi, & acori radix, Nux myriſtica, cubebe, carpobalſamũ, crocus, lignũ aloes. Vtatur in potu vino albo, ſiue ſubrubeo leni, iuxta illud Auicẽnæ primo Can. cap. de eo qđ comeditur, & bibitur, qui ſic, ſcias etiã quod ex vinis illud eſt melius, qui inter vetuſtatẽ, & nouitatẽ, eſt æquale, & quod ad rubedinẽ trahit, bonũ habẽs odorem, æqualis ſaporis, & quod non eſt acre, neq; dulce, dulcia. n. ad faciendas opilationes ſunt velocia, quoniã natura attrahit ea, anteq̃ digerantur. Nec poſt cibũ hoc bibendũ eſt, quia eſt ex rebus magis impedientibus concoctionẽ, quoniam digeritur velociter, & facit penetrare cibũ indigeſtũ, & facit hæreditare opilationes, & putrefactiones. Quod ſi Gallicũ ſitis male habuerit is poſt cibũ talẽ potionẽ pitiſſet. R. ligni aloes ſcrup. ii. cinnamomi ſcrup. i. coriandrorũ preparatorũ drac. iii. iuiubarũ, ſebeſten, ſing. vnciã, liquiritiæ raſæ drac. i. florũ cordialiũ. m. i. Hæc omnia ex aqua librarũ decẽ ponderis, vſq; ad tertiã conquoquantur, inde colentur, & addantur ſaccari vnc. vi. & fiat iuleb lõgũ. Nec audiendi ſunt noſtrates Empici, qui quoties ægrotis viſuʒ fuerit, vinũ rubeũ, nec minus albũ ſubauſterũ iiſdem propinãt, ſed ſuæ ſentẽtiæ rationẽ viderunt. Nobis vero, qui traditus eſt æger, nec nimiũ cibo repleri debet, nec nimiũ fame torqueri, teſte Hipp. Aph. ii. ſic aſſerente, nõ ſacietas, nõ fames, nec aliquid q̃cq̃ quod modũ naturæ exceſſerit, Galeno quoq; aſtipulante primo de regimine ſanitatis, qui duæ, ait,

Digitized by Google

ſunt intẽtiones ſanatiuæ dietæ, vna.ſ. repletio eua cuatorũ, altera vero euacuatio ſuperfluitatis, Magna igit cũ diligẽtia horũ affectibus ſuccurrendum cenſeo, quãobrẽ ſi maior appetitus extiterit, q̃ pro viribus ſtomachi, adhuc etiã fameſcẽtibus cibo finis eſt imponẽdus, vt intẽperãtia comedẽtis a cibo neq; venarũ pulſus inualeſcat, neq; ſpiritus difficulter reddatur. Nec edendũ prius, q̃ bene concoctum fuerit, id.n. ſeptẽ horarũ interuallo plerũq; fit. Porro cibus niſi lenitas inteſtinorũ acceſſerit, ſit liquidior. Siquis debilitate ſtomachi bis quotidie comedere ſat nõ habet, pro portiõe tribus vicibus voret. Prãdiũ ſit prolixius, q̃ cœna. A ſomno ſurgentibus ſuperfluitates corporis expellãtur. Lauent manus, & facies, ex aqua ſaluiæ, primulæ veris, amaraci, lauendulæ, ſiue vino odorifero. Corrigatur alui nimia ſubductio, cliſteribus lenientibus, & balanis ex melle confectis, aut æger aliquãdo vnc.ii. vuæ thyminæ ex ſyruppo violaceo contritæ addito nõ nihil olei dulciũ amigdalarũ tribus ante cibum horis ſumat. FRAN. Sol iam colõnas Herculis ſpectans exhauſta clepſydra nos admonet, vt vela iam contrahamus, remos ĩhibeamus & portũ deſpiciamus, quæ ſequuntur igitur in pauca cõferas. ANDR. Libero te iſta cura, nã quod times propulſabo facile, Quippe abiturũ detenturus, cubiculũ, culcitras, veſteſq; tibi iam parauimus, ſed vt redeã, vnde diuerteram, huic opus eſt pila: ſimilibuſq; corpus exercere, nã Galenus vno libro inde confecto pilã ſummis laudibus extulit. Cor. etiã Celſus nõnunq̃ pretermiſit, cuius exercitii laudes ſi ſigillatim coner cõnumerare, dies me profecto defecerit. Ad hoc illud accedit etiã, quod plurima nõ ſolũ Gal. verũ etiã pleriq; alii, multis in locis de pila monumẽtis literarum cõ

mendata non imerito reliquerunt. Nã per deos im-
mortaleis quid dici poteſt conducibilius? Hac ſup-
flua quæq; digeruntur, Pila naturę vim prouocat,
eadem virtutes amiſſas reficit, corpus exſiccat, ſpi-
ritus exhalationibus noxiis liberat, poros corporis
aperit. Plurimos deniq; vidi morboſos, qui exerci-
tio tãtum ſanitatem receptam referre merito poſ-
ſent. Morboſi igit̃ corpus pilæ, aut quouis alio tali
ludo exercendum eſt, donec citra laſſitudinem con-
caleſcat, & hoc eo tempore, quo mundius ſit, quod
teſte Principe tum videtur eſſe, cum ieiunum ſit, ne
mali ſubſidentes humores exercitio tali diffuſi, ve-
nas, atq; inteſtina corrumpant, Qui ſi forte eo tem
pore ſubſidere deprehẽdantur, euacuatione aliqua
primitus depellantur. Poſteaquã ſe ſatis exercuerit
æger, cibum capiat ſecundũ quem conquieſcat vſq;
quo ſatis concoxerit, ea tamen lege, ne poſt cœnã
ſtatim cubitum ſe recipiat, quippe tres horas ad mi
nus ægroto preſtolãdum. Cum vero lecto ſe dede-
rit, horis ſeptem, ſiue octo ad ſummũ dormiendũ.
Sõniculoſis etenim (vt inquit Princeps. ii. canticę)
ſequitur animæ torpor. At ſi ieiunus obdormiuerit
repletur fumo caput, & vaporibus a fecibus, & ſup-
fluitatibus eleuatis. FRAN. Quid hoc? ergo nec ſa
turo, nec ieiuno dormiendum? Nam quę eſt hæc fa-
bula? eo rediges me tuis ſermonibus, vt nũquã, aut
ſaltem parum cõquieſcam, Mori me hercule ſatius
eſt, quã ſõno toto illo tpe nõ cõquieſcere. ANDR.
At qui ſomnũ non prohibeo, niſi qui nimius, nã cũ
dico neq; ieiuno, neq; repleto dormiẽdum, perinde
eſt, ac ſi dicam quieſcendum, quando id tempus po
ſtulat. Ita præcipiente Cornelio celſo, & Auicẽna
tertia primi cap. vii. ſic inquit. Nõ illico poſt come-
ſtionem eſt dormiendum. FRAN. Quid hoc noſtri

Digitized by Google

eſt? Auicēna ſibiipſi diſſidet quãtum video, Secun-
do enim canticæ dicit poſt cibũm eſt dormiendum
imediate accumbendo, donec ad locum digeſtionis
peruenerit cibus aſſumptus. ANDR. Recte tu qui-
dem, nihilominus duobus modis hoc explanare nõ
dubitabo, primo quidem ſcias hoc principis dictũ
(ſi recte ex arabica in romanam linguam tranſlatũ
eſt) quadam lege intelligi debere, quippe quoniam
quando a ſomno abſtinere omnino non poſſumus,
dicit accũbendo nobis dormitandum. Quę quidem
fuit Auerrois ſententia, ſecundo modo poteſt hæc
contradictio tranſlatorum, aut impreſſorum erro-
re euenire, nam ſi legeris nouum canticę teſtum ab
Andrea belunenſi recognitum, qui Arabicæ linguę
fidus fuit interpres, leges profecto. Non eſt quoq;
poſt cibum, & comeſtionē dormiendũ, quod vnui-
quiſq; ſanæ mentis credere poteſt. Hinc igitur eſt,
vt pleriq; Auicēnam exponentes in aliquibus locis
maxime dubitauerit. Quod vero tu cauillaris neq;
ſaturo, neq; ieiuno dormiendum canones compro-
bant. Princeps tertia primi capitu. ix. habet quod
ſuper vacuitatem dormire, eſt malum, quia eſt deii-
ciens virtutem, & ſuper repletionem eſt malum an-
teaquam a ſuperiori ventre fiat deſcenſio, quo-
niam replet caput vaporibus, & ſomnus erit cum
frequenti reuolutione de latere ad latus. FRANC.
Aſſentior tibi tantum in præſentia, verũ alias hoc
totum videro, tu dic hoc primum, quomodo ſit cor
pus ſomno componendum. ANDRE. Bis Auicen.
quod quæris explanauit tertia primi, ſeptimo cap.
a c. ix. In ſeptimo ſic oportet præterea vt ſuper de-
xtrum latus dormiat pauxillo tēpore: deinde reuol-
uat ſuper ſiniſtrũ: & poſtea reuoluat ſe ſup dextrũ.
Nono vero: ſed quæ ex figuris ſomni eſt melior: eſt:

Digitized by Google

vt,ſuper dextrũ incipiat latus, & deinde ad ſiniſtrũ
reuoluatur,quod ſi eius incæptio ſuper ventrẽ fiat:
auxiliũ fert magnũ in digerendo, propterea quod
calorẽ retinet naturalẽ.FRAN.De die poſteaq̃ cõ-
coxerit poterit ne ſomni tantillũ capere? ANDR.
Nihil minus, nã princeps tertia primi, in die quoq;
dormire eſt malũ,generat.n.ægritudines humectã
tes,& reumatiſmos, & corrũpit colorẽ, & generat
ſplenẽ,laxat neruos,& generat pigritiam,debilitat
deſideriũ,& generat apoſtemata,& febres.Quo fit
vt dies vigiliis,nox quieti ſit nata,nã Paulus Aegi-
neta in preceptis de tuẽda valetudine,capite.xcvii.
dixit.Nocturno autẽ ſomno haud alius melior eſt,
ſiquidẽ nox ſuapte natura, tũ humore,tũ tranquil-
litate,ſomnũ alliciens,concoctionẽ perfectã efficit,
& Auerrois in cõmento Canticę, Tẽpus matutinę
refectiõis eſt totũ tẽpus ſomni,Cor.Cel.libro.i.no-
cte dormiendũ,die vero vigilandũ ſuadet. FRAN.
Huius argumẽti nihil reliquũ mihi videtur eſſe: niſi
quæpiã de contingentibus animę volueris addere.
ANDR.Haud inuitus mi Franciſce,gaudiũ igitur,
Angor,Iracũdia,Odiũ:Furor:Mœſtitia:Sollicitu-
do:Metus:Inuidia:Luxuria:Auaritia. Quæ quidẽ
omnia affectus animæ ab auctoribus recte dicunt:
iis etenim cũ mortales ſe intẽperantius extulerint:
in pernicioſos corporis morbos penitus conuertũ-
tur.Nã Gale.primo regiminis ſanitatis:dixit opor-
tere Medicũ:qui ſanitati mortaliũ ſtudet:pro virili
operã dare:ne mores animi corrumpantur: quibus
aditus ægritudinibus corporis pateat:q̃ppe furor:
fletus:ſollicitudo:cæteraq; id genus magis q̃ par ẽ:
febriũ:morborũq; cæterorum ſunt principia.Quin
etiã Princeps tertia primi(ſi recte memoria teneo)
dicit,Accidentia animi horribilia:& motus corpo-

Digitized by Google

rei fortes: digeſtionẽ fieri prohibent: cũ multi proficiſcantur ex cruditate morbi. Galen. etiã libro artis medicinalis inſcripto huic aſtipulat̃ dicens, oẽs animi imoderatos affectus, iram: furorẽ: mœrorẽ: metũ: inuidiã a naturali gradu corpus deiicere. Deinde inferius: omnes animi motus: ſiue perturbationes maluerimus dicere: corpus humanũ exſiccare. FRAN. Sed quid iram dicemus? ANDR. Ariſt. in primo problematũ. Iram nihil aliud eſſe ait: niſi accenſio ſanguinis circa cor: Quin etiã Cicero libro Tuſculanarũ quæſtionũ: Idem ex auctoritate Homeri videtur dicere: Quod ſic in latinum traduxit. Corq; meũ penitus turgeſcit triſtibus iris: cũ decore: atq; animi me orbatũ laude recordor. Gale. etiã libro de differẽtiis febriũ ſic: Ira eſt æſtuatio q̃dam: & motus vehemẽtior virtutis ad iraſcendũ pronæ, quæ cordi inſidet: cum caleſcit ipſa ſubſtãtia. Et in ſecundo quoq; de accidenti & morbo: Ira eſt furor caloris in corde propter motũ animæ: & in quinto ira eſt magnus: ac fortiſſimus motus: & propterea valde corpus perturbat: & permutat a naturali cõſiſtentia. FRAN. Apud Haliab. eandẽ pene ſentẽtiã vidimus: ſuę Theor. lib. v. cũ dicit. Ira eſt ſanguinis cordis ebullitio: naturaliſq; motus caloris: & eius ad exteriora exitus: ſemel ſubitoq; ad vlciſcendum nocent: ſed heus tũ? Quid nã inter odiũ: & irã differentiæ eſſe dicemus? Nã differre ea inter ſe ex Valerio Maximo didici: qui libro nono cap. xxx. memorabilium ſuorũ ſic: Ira quoq; aut odiũ in pectoribus humanis magnos fluctus excitant: pro curſu celeriter illa nocendi cupidine: hoc autẽ pertinacius: ac nũquã ſine tormento ſui violentius. ANDR. Princeps libro de viribus cordis ſic. Eſt quidem ſciendũ: q̃ ira quãdo ceſſat velociter non perdurat in ima

ginatione, ſeu phantaſia formæ nociui: ſed cito deletur: & ideo non cauſat odium: ſiue rancorem: odiũ enim eſt perſeuerãtia formæ nociui in imaginatione: ſeu phantaſia: & perſeuerantia ſiue imaginationis affectus ad vindictam ſumendam ex eo. Dicemus ergo: ꝙ ex odio accenditur ira. Quodquidem odium poſt iram confirmatum rancor appellatur. Quod forſitan rectius non intellexit Valerius. Ex ira etiam nõnunquam: cum bilis concitatur melancholicæ oriũtur paſſiones: ſicut Haliabb. v. Theo. nam inquit: qui omnibus iraſcitur ex cauſis: ſolliciti fiũt: & triſtes. FRAN. Quid autem timor? ANDR. Ariſt. x. problematum. Timor eſt infrigidatio exteriorum: & caloris contractio ad partes interiores ſub corde: & trigeſima particula eorundem ait. Timor quidẽ infrigidat manifeſte: & manifeſtant hoc terrefacti: tremant enim. FRAN. Quid enim noxii in ſe habet? ANDR. Gale. v. de acciden. & mor. Timor ſanguinem: calorem: ac ſpiritum reportat ad interiora. ſ. ad ſuam originem: & ad cor: atꝗ exteriora corporis infrigidat: & in timore virtus animę non confortatur. Et libro de typo: timor eſt terror: qui turbat virtutẽ: & debilitat ipſam nõ minus aliis cauſis. FRAN. Inde proceſſit illud Auic. in cant. dicentis. Timor incitat frigiditatem: qui quandoꝗ magnificatur in tantum: donec lædat in vltimo. ANDRE. At mœror exitioſior: ex quo cum plures ſibi necem conſciuerint: Galeno de accid. & morb. ſic aſſerente. Quibus accidit triſtitia frequẽter mortui ſunt: & hoc puſillanimibus ſolet euenire: nã eorũ anima debilis: atꝙ defecta extinguitur. Princeps etiam decima tertia tertii ſic ait. Triſtitia ẽ cauſa corruptionis digeſtiõis. Et Gal. v. de Methodo medendi, Triſtitia: & iræ: & agoniæ: & ſollicitudines
Digitized by Google

quolibet modo nocẽt diſſoluentes virtutẽ. FRAN. Frons ſemper igitur ẽ exporgẽda: quo ad eius fieri põt. ANDR. Modus omniũ rerũ eſt optimus: nã nõ minus nimia lætitia geſtiẽs (Si Ciceroni credimus) q̃ mœror exitio eſt. Princ. iii. primi multũ gaudium perniciosũm: nam ex eo ventriculi cordis ſanguine euacuãtur. Et Auer. ſuper Cant. Magnũ gaudiũ eſt ex rebus impinguantibus corpus: quod ſi magnifice tur valde: & contingat ſubito necat: & interficit: & maxime valde pingues: Monumenta literarũ: Romaniq; cu3 primis annales id nos docent: Titus. n. Liuius poſt illam Cãnarum cladem memorãdam: mulierculas duas: quibus falſo nũciata filiorũ mors fuerat: ſtatim ſoſpitibus eiſdem viſis: lætitia expiraſſe memoria prodidit. Animç igit affectibus tẽperandũ: teſte Principe ſic dicẽte tertia primi cap. iiii. In tẽperamẽto morum cuſtodia ſanitatis animç: & corporis: ſimul conſiſtit: Haliab. etiã in. v. Theoricæ cap. vltimo ſic. Gaudiũ naturalis eſt exitus caloris corporis ad exteriora: eiuſq; diffuſio ſi q̃ſi paulatim facta fuerit, animam habet confortare: caloremq; naturalem in omni corpore: & humores tẽperare: & ſanguinem caloris naturalis temperantia: & calorem augere: niſi quod quãdo ſemel: ſubitũq; fit: aliquando interficit naturalis diſſolutione caloris. Et Gale. v. de accidenti: & morbo: ex ira nullus vnquam mortuus eſt: ex gaudio autem quãplurimi puſillanimes. FRANCIS. Supereſt: vt de inuidia diſſeramus. ANDREAS. Inuidia nil aliud eſſe manifeſtum eſt quam bonis alterius angi. Boni igitur hominis eſt inuidia omnino abſtinere. Luxuriæ et tanta eſt fæditas: vt nihil ſupra: quamuis aliquando aliquibus corporibus opem præſtare videatur: nam Cor. Cel. neq; nimium indulgendum veneri:

neq; nimis abſtinendũ precipit:ſed nos qui morbo/ſis cõſulimus:ne ſibi ipſis: ac fœmellis etiã maxime noceãt:hac omnino abſtinendũ cenſemus. Nã Galenus Apho.vi.ait:coitus eſt fortis cauſa in generanda podagra. FRAN. At qui trigeſimo Problematũ Philoſophus:poſt venerẽ inquit plurimi magis lęti fiunt:& Haliab.v. Theoricæ: ſi ſpermatis ſupfluitas ſuis aucta in vaſis coitu nõ purgatur:nec poterit eã expellere natura:in inguinibus fit: & aliis ſimul extenſio:omniq; in corpore grauitas: ſæpeq; ſuis ſperma caleſit in vaſis:fitq; febris:nõnũquã autem eius aſcendunt ad cerebrũ vapores:vbi & peſſimos generant morbos. Et Halyab.rod.iii. Tegni: ſuperfluitas aggregata in corpore ex ſpemate qđ non egreditur per coitũ:coharctatur in corpore:& generantur ex ea ęgritudines malæ:& vapores mali:qui aſcendentes ad cor:& cerebrũ:& ſtomachum: corrumpunt ſanitatẽ illorũ mẽbrorum: & generant ægritudinẽ. ANDR. Sed hoc totũ ſuperfluitatis ẽ retentæ: inde dicit Haly. ſuperfluitas aggratata. FRAN. Princeps in canticis:cõmendauit etiã venerem iuueni dicens. Coitus cõmendatur iuuenibus: quatenus per eũ a nocumentis pernicioſis liberãtur ANDR. Dixit ergo tantũ iuuenibus conuenit eo: quod iuuenes exhuberent ſpermate: ſed de ſupflua venere ne verbũ quidẽ vllum fecit: nã prima tertii ſic. Quãdoq; accidit homini:vt in vaſis ſeminalib⁹ aggregetur ſperma plurimũ:& corrumpatur: & infrigidetur: & conuertatur ad qualitatem venenoſam:& quia fit hoc pluries iuuenibus:eiſdẽ dixit venerem conuenire:nã cum quis appetit: nõ nocet:vt Almãſoris.iiii.voluit Rhaſis dicens:Viri ꝑterea:ac mulieres:cũ appetunt:coire debent: quod quidem faciant naturæ non repugnantes. FRAN. Modo

ais:modo

Digitized by Google

ais,modo negas veneri indulgendum,quo vſq; pa-
tiar te iſto modo differentẽ? Quin tu vno verbo dic
quid eſt,quod me preſtare velis? ANDR. Ita faciã,
primũ in hac re illud edico tibi,mulieroſi corpus in
deterius ſemper labi,teſte Conciliatore diff.cxxiii.
ſic aſſerente.Coitus ſuperfluitas,& frequẽtia, oẽm
prauã corporis acquirit diſpoſitionẽ, Ariſt. quoq;
iiii.prob.Coeuntes exoluũtur, & infirmiores fiunt,
Gale.ſecũdo de ſpermate.Non ſolũ a ſeroſa humi-
ditate priuari omnes animales particulas accidit
ex ſuperfluo coitu,ſed & vitali ſpiritu.Et Prin.xiii.
tertii, coitus eſt ex rebus magis nocentibus ſtoma-
cho,& dimiſſio eius eſt ex rebus maxime conferen-
tibus, Ariſt.etiã.iiii.prob.plurimo coitu vtẽtes ma-
nifeſte in oculis,& anchis patiũtur, & Princeps ter-
tia tertii ca.v. multiplicatio coitus ẽ res nocibilior
oculo,& Almanſoris quarto, qui coitu ſępe vtitur,
oculorũ habet concauitatẽ,Poſt repletiõe ẽ ſupflua
eſt venus,Halia.v.Theo.Si cibo homo replet⁹ aut
potu coitu vtatur, debilitas eius fit corpori , ener-
uatio neruis,dolor in genibus, viſcerũ opilatio,ge-
nerãturq; abinde humores groſſi.Cuius vſus ſi hoc
fiat modo frequẽs,& aſſiduus, Hydropiſis ſequ: r,
Aſma,& tremor.Nã nihil obſtat quod Paulus Aegi
neta,libro de tuenda valetudine, poſt cibũ, & ante
ſomnũ præcipiat concũbendũ, nã nõnullã vult eſſe
inter eos diſtantiam,qua corpus neq; repletũ, neq;
vacuũ dici poſſit.Idem etiã voluit Gal. in artę me-
dicinali,cũ dicit. Tempus autẽ ad coitũ oportunũ
eſt,cũ in exceſſuũ omniũ mediocritate corpus fue-
rit conſtitutũ, cui aſſentitur Auic.xx. tertii dicens.
Et oportet etiã ne coitus fiat ſuper repletionẽ,quia
prohibet digeſtionẽ & debilitat,neq; coeat aliquis
cũ adeſt vacuitas,hoc.n.eſt nocibilius,& oneroſius

naturæ, & magis pernecans calorẽ innatũ. FRAN. Sat habeo, ſed dicas quæſo, quanta temporis inter capedine inter coitus vti nobis par eſt, nec ab re te percũctor, ſcimus etenim quoſdam ſingulos noctis vnius ſpacio fœmellas ſingulas iniiſſe decies, citra noxam. ANDR. Abeãt ii, quos attuliſti mihi in malam crucem, cum hac ſua intempeſtiua venere, nam mihi conſilium non placet, aliorum explere luxuriã mihi dum noceã, cum creberrimam ægrotationes pernicioſæ, ſenectuſq; matura ſubſequantur, Vnde Cicero luxurioſa iuuẽtus maturã tradit ſenectutẽ. Item libro de ſenectute, Libidinoſa etenim, & intẽperans adoleſcẽtia affectum corpus tradit ſenectuti, Galenuſq; in arte medicinali ſic inquit. Venereorum vero, iuxta Epicuri ſententiam, nullus eſt vſus ſalubris, re autem vera confert, ſi tantum interualli in eoruz vſu adhibeatur, vt neq; reſolutio aliqua ſentiatur, & ipſe ſe homo quodãmodo leuior factus melius ſpirare videatur, Quod caput eſt tãdem ſic habeto, nullam capitaliorem peſtem eſſe, q̃ corporis inſatiabilem voluptatẽ. Sed ad curationẽ morbi Gallici redeamus. Seruatis igitur ſex rebus non naturalibus, materia Pituitoſa digerenda videtur hoc ſyruppo. R. amaraci, ſaluiæ, origani, mẽtæ, abſyntii, eupatorii, fumiterræ, baccaris, lauendulæ, calamenti, pulegii, thymi, ſatureiæ, ſticados, ſing. m. i. calami aromatici, zedoariæ, dictami albi, hermodactilorum, hellebori nigri ſingu. ſcrup. ii. Reubar. electi drac. ii. ſpicæ, ſquinanti, ſing. ſcrup. s. ex aqua vſq; ad medium decoquantur, inde colentur, addanturq; ſyruppi de fumoterre, de ſticados, mellis roſ. ſing. vnc. iii. & fiant ſyruppi. vii. Sunt qui errant, mea quidem ſententia, nolentes haurire decoctionem, ſed appetentes ſyruppos ex aquis elabo-

ratis. Quippe maiorem decoctionis vim comperi, verum, vt & illis morem geramus. Re. ſy. de ſticados, oximellis compoſiti, mellis roſati ſing. vnc. ii. ſ. aquarum ſaluiæ, lauendulæ, amaraci, ſing. vnc. ix. & fiant ſyru. vii. vel Re. oximellis ſimp. ſy. de ſticados, de praſſio, de abſyntio, ſing. vnc. ii. ſ. aquarum abſinthii, praſſii, iuæ, meliſſæ, & fiant ſyrup. vii. facta digeſtione, vt ad extrahendam materiam procedamus. Reci. Reubarbari electi drac. ii. agarici præparati drachmam, aloes hepaticæ lotæ drac. i. ſ. turbit gra. x. hermodactilorum grana. vi. gingib. gra. iiii. ſpicæ gra. iii. hæc ſimul ex aquæ ſaluiæ libra macerentur per noctem, deinde ad mediam cõcoquantur, poſtea colentur, & accipiãtur decoctionis iſtius vnc. v. vel. vi. ſecundum virtutem ægrotãtis. Dulcorenturq; cum vncia oximellis. ſ. & fiat potio, vel ſic. Reci. Reubarbari electi, agarici præparati, turbit albi, & gummoſi, ſing. drac. ſemis, ſpicæ grana tria, gingiberis, hermodactilorum ſingulorũ ſcrupulum contundantur hæc omnia leuiter, & infundantur inde aquæ lauendulæ, vel amaraci vnc. vi. decem horarum ſpacio, inde comprimantur, expreſſioni addantur, electuarii lenitiui drac. ii. diaſ. electuarii indi ſingulorũ drac. ii. ſ. & fiat potio, additis mellis roſacei drac. iiii. Tertius iis etiam accedit modus. Recipe Reubarbari electi drac. i. ſquinãti gra. v. condantur hæc in puluerẽ, cui addas agarici præparati ſcrup. ii. turbit gra. v. gingiberis gra. iii. aloes lotę ſcrup. i. elec. lenitiui drac. ii. diafiniconis drachmã, & cũ ſaccaro fiat paſtillus. Ex q̃bus primum medicamentũ validius cõperi, q̃uis difficilius ſua amaritudine hauriat. FRAN. Quid aũt de phlebotomia nobis faciẽdũ videtur, nunq̃d iis etiã adhibebimus Auicẽ. teſtimonio fulti dicẽtis: Phleboto-

Digitized by Google

mia eſt euacuatio vniuerſalis, quæ multitudinem euacuat humorū, multitudo vero eſt augumentum humorū ſuper æqualitatē ipſorū in venis. ANDR. Recte tu quidē ex Auicēna, nā ſubſequitur Vgo de ſenis. Quod iſta euacuatio vniuerſalis intelligi debet ex humore, qui continetur cū ſanguine in ipſis venis, & de his locutus eſt Princeps. Quoniā humores extra venas ſecus naturā procedentes, potione potius ſunt elidēdi. Morbus igitur Gallicus a Pituita, cū magis in iuncturis, q̃ in venis exiſtat, ſanguinis miſſio per inciſionē venæ videtur ſupuacanea. Dicitur.n. phlebotomia euacuatio vniuerſalis, ꝙ oēs vniuerſaliter educat humores, & neq; aliquem eligat, Pharmacū vero a forma ſpecifica euacuans eligit illū quē ſibi propriū eſt euacuare, cū.n. pituita ſit in mēbrorū compagibus coaceruata, & indigeat potione particulariter eligi, phlebotomiā penitus relinquā. FRAN. Sententiæ tuæ nō acceſſerim, tā & ſi ſexcentos adduxeris auctores, quippe in te ipſum hæc omnia militāt, cū ſuperius totius mali fomitem iecur dixeris, Iecur igitur, cū ſit totius ſanguinis purioris hoſpitiū vtiliter in his morbis nimirum exhauritur. ANDR. Nihil agis, nā hæc omnia minimo (vt aiunt) digito proſternā, nā quod tu dicis recte fieret, ſi materia calida foret, nam Rhaſis ſic. vii. Alm. atteſtatur. Oportet autē cauere quātū poſſibile eſt, ne phlebotomia in tēpore calidiſſimo, aut frigidiſſimo fiat, neq; phlebotomētur ii, quorū ſtomachus, & Hepar in frigiditate diſtēperata exiſtunt. Pręterea multos offendimus, qui diutius morbum ignominiæ cauſa diſſimulauerunt, quibus minime ſanguis mittēdus eſt. Nā Princeps in corporibus, quæ prolixas perpeſſa ſunt ægritudines cauendum eſſe a phlebothomiā affirmauit, FRAN. Quā-

Digitized by Google

uis mea te exagitē ſententia, aſſentior tamen, nam apud Gal. legitur, quod ii qui p̄ totū corpus humorum multitudine grauantur, minime ſanguinis miſſionē pati debeāt. ANDR. Vtiliter igitur ſi puſtulę per totū corpus emerſerint ſanguinē itercutē pituitoſum poteris per cucurbitulas extrahere. Nūc aūt ad linimēta, quæ huic conferunt morbo. Re. Radicū hebuli, hederæ, dictami, Gentianæ, Inulæ, brioniæ, hermodactilorū, ſing. manipulū. Contundātur hæc omnia leuiter, & ex vini cretici lib. xii. ad tertiā decoquantur. Inde addantur Amaranti, bacchatis camomillæ, abſyntii, hypericonis, lauēdulę, origani, thymi, nepite, pulegii, calamenti, ſing. M. i. ſ. iterū ferueāt ad mediū, inde accedat, florū roriſmarini, primulęueris, ſaluię, ſing. manipulus, & bulliāt leuiter vna paruo tēporis interuallo, poſtmodū colentur, & prælo expreſſis indantur, olei roſacei, camomillini, anetini, hypericonis de coſto, ſing. vnc. i. ſ. olei terebētini vnc. vi. reſinæ pineæ vnc. iii. & bulliant vſq; ad perfectā vini conſumptionē, denuo addantur cū tolluntur ab igne, croci. drac. ii. cinnamomi, calami aromatici, ligni aloes, ſtyracis, calamiti, ladani, bezuin, ſingulorū drachma, cinabaris vncia, Mercurii extincti vnc. vi. aruinę porcinę libra, cęrę quantum ſufficiat, ſublimati drac. iii. & fiat fortiter agitando linimentū. FRAN. Hæc tāetſi congruant tamen quidpiā breuius deſiderarem. ANDR. Mos gerendus eſt tibi. Igitur. R. Aſſungiæ porcinæ colliquatæ lib. i. butyri recētis vnc. vi. olei laurini vnc. iiii. olei vulpini, hypericonis, therebēthini ſing. vnc. v. ſtyracis liquidi eloti cū aqua camomillæ, & vino cretico vnc. ii. olei de ſulphure, drac. iiii. cinnabaris. vnc. i. ſ. Mercurii extincti, vnc. vi. ſublimati, drac. i. cæræ quantū ſufficiat, & fiat vnctio. Quod ſi com-

Digitized by Google

pendium magis affectas. R. Aſſungiæ colliquatæ libram, Vnguenti agrippæ, marciatonis, olei laurini. terbenthilli, ſing. vnc. iii. Mercurii extincti. vnc. vi. ſublimati, drac. ii. & fiat in mortario illinimentū, ſed iſtorum primū laudabilius, meo quidem iudicio ſemper fuerit. FRAN. Memini, quoſdā ſe dicentes ſuffitu, laconicoq; tātum ſanatos. ANDR. Quāuis nōnullis id euenerit, multi tamē ſuccubuerunt. Ideo q; niſi cum de ægroto deſperatū fuerit, ſuffitus omnino ſunt excludendi, teſte Gale. ſic dicente. Aegritudo, quæ non habet niſi vnam viam ad curandum velit, nolit infirmus, oportet quod per eam trāſeat. Et primo Aph. Hyppocrates extremis morbis, extrema exquiſite remedia optima ſunt. Quāuis non negauerim ſuffitus me tentaſſe ſucceſſu laudabili in homibus videlicet Athleticis, Qui quidem ſuffitus fuerint huiuſmodi. R. cinnabaris vnc. iii. myrrhę turis, ſing. vnciam, aloes hepaticæ, ſandaracæ, ſtyracis calamiti, benzuin. ſing. drac. iii. miſce, & fiat puluis craſſior. Item aliogn. R. cinnabaris. vnc. iii. mirrhæ, turis, aloes, ladani ſing. vnc. i. contundantur in puluerē, & cum ſtyrace liquido ſubigātur, inde fiāt trochiſchi iuglandis magnitudine, qui ſinguli ſuo tēpore ſigillatim prunis ſubditi colliqueſcant. Itē. R. Cinnabaris. vnc. ii. ſ. auri pigmenti, cadmiæ argenteæ ſing. drac. iii. turis, aloes, myrrhe, ſtyracis, calamiti, ladani ſing. vnciam, miſceantur hæc omnia, & in puluerem craſſum redigātur. Erit enim hoc aliis potentius. Et ſi ſuperius in athleticis tātū hoc fieri debere affirmauimus, accidit mihi tamen aliquādo hoc feciſſe felici ſucceſſu etiam in corporibus delicatis, & debilibus, & fuit eiuſmodi. Re. Cinnabaris vnc. ii. auripigmenti drac. ii. dictami albi, termentillæ, gētianę, ben albi, & rubei, angelicę ſing. drac.

iiii.ſem.citri, ſem.acetoſæ.ſ. ocimi, doronici, ſing. drac.ii.cinnamomi, gariofilorum, calami aromatici, croci, ſing. ſcrup.ii. turis, ſandaracæ, ſtyracis, calamiti, benzuin ſingulorũ drac.ſ. aloes drac.iiii. redigantur hæc omnia in puluerem, vel cum tyriaca formentur trochiſchi. Poſteaq̃ male ſe habẽtes perpurgati fuerint, cubiculo claudant, & ſub conopæo nudi carbonibus accenſis incũbentes altius ſedeant: quos ſemuncia pulueris prędicti, ſiue vnius trochiſchi fumus, niſi vis ægroti difficilius patiatur, per horam torqueat, nec ſatis decidi poteſt, quoties id tentandũ, Ideo non alio me hercule pacto, q̃ ſi eundem inunxeris, id obſeruare poteris. FRAN. Quid ſi anima defecerit? Poterit ne æger e conopęo tantillum caput educere? ANDR. Recte quidẽ, modo ne ſæpius id fiat, ſed pergamus qua cœpimus, quoties ſuffitus per diem ſit tentãdus corporis habitus anni tempus, ætas decurſa, ſexuſq; poterũt nos edocere. Sed vt fortius hoc ferant, initio cataplaſma, quod ſuperius enucleauimus, eſt applicandum cordi, horaq; ante ſuffitum oua bina recentia ſorbeãt affecti, aut coclear vnum ſyruppi de corticibus citri liguriant, aut trochiſchum, confectionis eiuſmodi vorent. R e. pulueris electuarii Cõciliatoris, pulueris diamuſci dulcis, diamargaritonis ſingu. ſcrup. ii. inde cum aqua meliſſæ, & ſaccaro fiant cũ igne trochiſchi. Euenit etiam plerunq; vt tam ſuffitu, q̃ vnctionibus vtẽtium bucca exulceretur, quibus ea poteris applicare remedia, quæ ſuperius diximus, quãuis hoc addere non alienũ putauerimus. R. rad. prunelorum ſylueſtrium.m.ii. cymarum rubi, roſarum, myrtillorum, ſumach, caudæ equinę, ſorbarię, piloſellæ, gariofilatæ, millefolii, triniratis, foliorũ oleaſtri, hordei, balauſtiarum ſing. manipulũ, ireos,

Digitized by Google

rubeæ fulonũ, conſolidæ vtriuſq́, centaureæ maioris, ſing. drac. iii. mirrobalanorũ citrinorũ, cõni cypreſſus ſing. vnciã. Contundenda leuiter contundãtur, & bulliant ex libris. x. aquæ ferariorũ fabrorũ, vini granatorũ, ſucci cotoneorũ, aquæ plantaginis ſingu. librã, ad mediũ concoquantur, inde addantur cũ iam pene cõcoxerint, aluminis rochæ vnc. ii. nitri drac. ii. diamuronis, mellis roſacei ſing. vnc. iiii. licii vnc. ii. hæc colẽtur, inde expreſſum ſeruetur in vaſe vitreo, ex quo ſubinde ſibi colluat os affectus. Verũ enimuero pleroſq́ vidimus ęgrotãtes, quibus os totũ adeo deprauatũ Empericorũ in curia erat, vt cancri ſpeciẽ acceſſiſſe vnuſquiſq́ ſanæ mentis dixerit, illis etenim quãuis ſuperior gargariſſatio conſentanea fuerit, hoc tamen conducibilius arbitramur. Re. decoctionis prædictæ lib. iii. vnguenti ægyptii vnc. ii. ſ. diſſoluãturq́ ſimul, inde frequentius os colluatur. At ſi gingiuarũ acceſſerit exulceratio, vnguẽto tanto prius ægiptio pungant eædẽ, mũdificat. n. cũ primis, & vt ſæpius experientia cõperi, redũdantem malitiam reprimit. Quod ſi materiæ ſuperfluitas medicamentis ſuperius enarratis, haud facile ceſſerit, cucurbitulis, cliſteribus, lotionibus, frictionibus, fibulis nõ parũ doloris ingerentibus, & cæteris id genus eſt ab ore diuertenda malicia. FRAN. Poſt oris exulcerationẽ accedit dẽtibus gingiuarũ mira diſcidia, vt ii parũ a caſu abeſſe videantur. Adde ſpectaculũ, quod etiã ſputorum fœditate contuẽtibus nauſeã cõmouent, vt nõ immerito tale ſpectaculũ fugiant omnes. ANDR. Ita eſt, tũc hoc puluere nõ erit eis abſurdũ ſuccurrere. Re. ſquillæ aſſate, pulueris leuiſſimi teſtacei, cornu ceruini vſti, oſſis ſepiæ, oſſiũ dactilorũ cõbuſtorũ, conſolidæ vtriuſq́, roſarũ, ſumach, ſing. drachmã, cin

nami, turis, maſticis, ſandaracę, ſing. drac. i. ſ. alumi
nis exuſti ſcrup. ii. corallorũ rubeorũ, & alborũ ſin-
gulorũ drac. iiii. muſci gra. vi. Omnia redigantur in
puluerẽ, ex quo frequentius cũ gingiuæ, tum dentes
fricẽtur. Superfluum fuerit de reliquis diſſerere: de
quibus ſatis dictum ſuperius &c.

A Pituitoſo ad melancholicũ nunc
igitur deflectat oratio: quãobrẽ
tibi perſuadeas velim: malum hoc
atrabili cõmixtũ: modo ſupcilia:
modo craneũ, necnõ brachia per-
naſue: tuberib⁹ duriſſimis: ab apo
ſtematibus: quæ græci ſephiros
appellant nõ diſſimilibus infeſtare: quinetiã per to-
tum corpus emergũt liuentes puſtulæ verucarũ ſpe
ciem repreſentantes. Siniſtrũ tẽpus per noctẽ male
habet: inde vigiliæ: color plũbeus: inflãmatio tho-
racis: debilitas ſtomachi: ſplenis grauitas: aut dolor
aut durities vrget: Vrina fertur alba: plumbea: ſiue
ſubruffa: tendens ad nigrũ colorẽ: vena brachii exi-
lis, & tardior: nigra excrementa deiiciũtur: excrea-
tio plenior: ructus ſunt acidi: crura varices: tumor
pedes inuadunt: vt elephantiacos referant: quibus
eadẽ fere confert viuendi formula: quã ſuperius: cũ
de pituitoſo differeremus: explicauimus: vt tamen
non ſit alienũ: quæ ſequant̃ annectere. Si perſpexe-
ris igitur a fece ſanguinis in melancholicũ verſi hoc
fieri ſiniſtræ manus venam: quã ſaluatellã recentio
res appellant: ſiue varicũ: ſiuæ quã ſaphenã vocant
recte ſcindes. Prodeſt etiã ſanguiſugatũ ad ora ve-
natũ: quas hæmorroidas greci vocant: applicatio.
Quod quidem ſi a biliosa aduſtione pendere videa
tur: ſanguinis miſſio penitus fugienda decernitur.
Cucurbitulę etiã cũ balneo: quãdo eſt error ſangui-

nis craſſioris, conuenire poſſent, quãquã Princeps Quarta primi dixerit, Cucurbitularum quidem iuuamentum in corporibus groſſum habentibus ſanguinem eſt paruum, quoniam ex iſtis nõ extrahitur ſanguis ſicut oportet, immo qui ex eo vehementer eſt ſubtilis. Et hoc accidit quia reſoluuntur ſpiritus illius membri, & ſic calorem naturalem debilitando, reſoluendo etiam de humido ſubſtantifico mẽbra debilitant, Huic obſtat ſentẽtiæ Haliabbas, cũ nono Practicæ capite. viii. cucurbitulas melancholiæ conferre teſtetur. Hæc quidem ratio bifariã diſtrahitur, quippe & ſine ſcarificatione capitis humores deriuando cucurbitulæ melancholiæ cõferre poſſunt, & ex balneo cutis inciſione, ſubtiliatum ſanguinẽ, qui prius fuerat craſſior, recte exhauriũt, cum ægritudines melancholicę per totum fere corpus verſantur. Vnde Germani ganeis confecti, propterea& varicoſi, ac elephãtiaci, hyppocauſtis incluſi, quibus ſanguis craſſior plerũq; ſubtilior fit, iis etenim vtiliter curantur, quo fit, vt ex balneo non negauerim melancholicis potiſſimum, (ſi tamẽ purgatis corporibus id fiet) ſcarificata prius cute, cucurbitulas. Optime ſic ergo eos purgabimus. ℞. epithymi Cretenſis, folliculorum ſenę, capillorum veneris, florum boraginis, buglosę, violarum, roriſmarini, meliſſæ ſing. manipulum, radicum centaureæ maioris, polipodii, reubarbari, ſingu. drach. i. ſucci ſcabioſæ vncias. iiii. radices cõtũdantur, & ex aqua ad mediam decoctæ diligenter exprimantur, inſtillentur inde ſy. epithimi, & fumiterræ quantum ſat eſt, fiant& ſyruppi. v. aut ſeptem, vel. ℞. ſyruppi de fumoterræ, mellis roſacei, de lupulis, de epithymo ſingulorũ vnc. iii. aquarũ fumiterræ, bugloſæ, lupulorũ, meliſſæ, ſing. quantum ſufficiat, & fiant ſyrup-

pi.v.vel ſeptem. Quinetiam. R. ſyruppi intybi compoſiti, de epithymo, de fumoterrę, ſingulorũ vnc. ii. ſ. aquarũ fumiterræ, cap. veneris, bugloſſæ, lupulorum, meliſſæ, ſing. vnc. iiii. & fiant ſyruppi numero v. FRAN. Recte tu quidem, verũ, quod magis concupiſcit animus meus, id retices. ANDRE. An dicis ſyruppũ quo plerũq; ſine vllis vnctionibus, aut aliis eiuſmodi medicamentis ad ſanitatem perduximus quoſdam male affectos? FRAN. iſtũ ipſu3. ANDR. Quãuis in gurguſtio cordis mei delituerit hactenus (vt ita dicã) te tamẽ iubente protrahatur in lucem. Nihil etenim meum tibi reconditum fuerit vnquã. Viuẽtibus igitur adhuc anguibus poſteaq̃ extremitatibus vtrinq; quatuor digitos menſura a cætero corpore gladio ſecueris, permittes totum ſanguinẽ defluere, mundatas inde carnes, lautaſq; ter in aceto, tũ liquore bugloſæ, citrariæq;, ſuſcipies thyriacæ optimæ vnc. viii. ſucci fumiterræ, lupulorum, intyborũ, bugloſæ ſing. lib. ii. polipodii recẽtis, corticum citri ſing. vnc. ii. aloes hepaticæ vnc. v. hæc omnia ex vitrio vaſe, per balneum marie in cuius fundo quantitas harenæ reſideat ſubdito vapore ignis, in aquas puriſſimas rediges, quarũ tres vncias æger, addita vncia ſyruppi de corticibus citri, vel de epithymo, quotidiæ diluculo ſumat. Iis ſyruppis a. xl. die multos (vt prædiximus) deo duce curauimus. Eſt etiam, quod imprudens ſilentio pene præterierã non prætermittendũ, quo minus æger ſeptimo quoq; die catapotia voret helebori, quæ cõſtabunt inferius, cũ purgationes humoris melãcholici te docuero. R. igitur mirabo. indorũ dra. ii. fiorũ bugloſæ, epithymi ſing. manipulũ, polipodii recentis ſemũciã cõtundantᷣ hęc prius, deinde ex ſero caprino decẽ horarum ſpacio macerenᷣ, ſedulo expreſſis

omnibus adantur expreſſioni cõfectionis Amech. drac.iiii.diacatholiconis::diaſenæ ſing.drac.ii.ſucci fumiterræ:vnc.i.ſyruppi de epithymo vnc.v.fiat potio. Secundo modo. R. electuarii lenitiui: conf. Amech.ſing.drac.iii.pulueris ſenæ drachmã: ſucci fumiterræ vnciã:ſyruppi de bugloſa:vn.v.ex aqua fumiterre fiat potio. Vel.R.mirrobalanorũ indorũ. drac.i.ſ.Epithymi cretenſis:reubarbari ſing.drachmam:contũdantur hæc leuiter: deinde die nocteq; in aqua fumiterræ:bugloſæq; macerent̃: exprimãtur:exp̃ſſioni addas:electuar. lenitiui. Diacatholiconis ſing. drac.ii.conf.amech.drac.iii. elect. indi. drachmã ſyruppi de epythimo vnciã: hinc fiat potio. Nũc quomã ſatis de potionibus eſt dictũ:ſupeſt vt de catapotiis agamus:quæ ſuperius tibi pollicitus ſum. R. igitur radicũ nigri Veratri racẽis. drac. iii.dauci:aniſorũ:pipis:ſing. drachmã fiorũ bugloſſæ:drac.ſ.muſci gran.vi.epithimi.ſcrup.ii.contundantur hæc omnia leuiter. Inde diem:noctemq;:ex vini cretici.lib.ſ. macerata potenter exprimantur: Huius expreſſionis:drac.iii.pulueris:pillularũ fumi terrę:cochiarũ:aureatũ ſing.drac.ii.ſ.ſuſcipias:ſubagiteſq; : inde permittas exſiccari : porro ſiccas & iterũ in puluerem redactas:ex eodem vino cretico macerabis:vt ſupra. Et hoc quater. Catapotia aũt eiuſmodi ſigillatim ſumenda ſint drachmæ ponderis. Quinetiã poteſt ingeri Catapotiũ:quod ex p̃cipitato conflatur. FRAN. Quid nam hoc verbi eſt? ANDR. Eſt quidã puluis Mercurio conflatus hoc pacto. R. Aquæ:qua aurũ ab argẽto diuiditur: lib. iiii. Argenti viui.lib.i.ſ. Hæc vaſe vitreo:ore anguſto:collo obtorto : vndiq; Argilla præmunito: q̃d ab altero recipiat̃:imponant̃:compages inde vaſorũ luto figulino ſedulo obtuerentur. Ad hęc ſubdat̃

ignis ex carbonibus conflatus: vt ſemp ingraueſcat eo, vſq; quo tota defluxerit aqua. Poſthæc phialã frangas, in cuius fundo reſidentẽ placẽtulam rubeã, leuiter extrahens, quod album inhęſerit, projicias, rubeũ vero in puluerẽ redigas. Verũ enimuero, quoniam ex puluere iſto plurimæ poſſent contingere noxæ aſſumentibus ipſum, niſi prius debita fieret præparatio. R. vnc. ii. prædicti pulueris, & macerẽtur per noctẽ ex aqua Plantaginis, & acetoſæ, ſingularũ. vnc. ii. Inde ſummo mane aquas exhauriẽs, & nouas ſuper infundens ad ignẽ in vaſe æneo, ſiue teſtaceo colloces, feruentes ferrea, vel lignea ſphatula nõ ceſſes agitare, quouſq; in puluerẽ non difficulter omnia redigantur, ex quo poteris cũ libuerit in morbũ gallicũ tam pituitoſum, q̃ melancholicũ, Catapotiũ tale componere. R. Elect. conciliatoris. ſcrup. ʃ. margaritarũ, hyacintorũ ſing. gra. v. pulueris præcipitati gra. v. pulueris diamuſci, diamargaritonis, ſing. ſcru. ʃ. & fiant catapotia quinq; numero, quæ hora ante diluculũ ſumantur, inde lecto ſe contineat æger horas quinq;, breui mihi crede Gallici dolores hoc catapotio elidentur, Pituita etiam & atrabilis vomitu, nec nõ alui deiectione, euaneſcent. Ad hæc ſunt plurima morborũ genera quæ curauimus tali puluere. Nã non ſolũ ſaniem carnẽq; putridam delet aſperſus, verum etiã nõ difficulter, vlcera ad cicatricẽ deducit, Peſtilentiã etiam pauxillo thyriaces addito, ſuccoq; tunecis herbæ, quã Cardũ benedictũ vocant, ſiue electuario de gẽmis, ante eius confirmationẽ mirũ immodũ fugat. Multos etiã lymphaticos, melãcholicoſue, quos a Caco dæmonibus incurſari vulgo credebant, eodem curauimus. Quid pluribus imoror? Quartana confectos ſaccaro bugloſato ſiue thyriaca, Metridateue

Digitized by Google

additis,facta digeſtione aliqua, hora ante acceſſionem.v.vel.vii.granorũ põdere,pro ætate, & vi corporis affecti hoc puluere liberauimus. Quinetiam valet coli,& Iliorũ doloribus adhibitus, nã quoſdã ſtercus per os eiicientes ſanauimus Pauli æginete monimentis innixi, qui ait aliqui quidem Medicorum Argentum viuum extinctũ dederunt in Ileon. Quã quidem, Auctoritatẽ Princeps.ii.Can.cap.de Argento viuo annotauit Faſcino idẽ aduerſatᷓ, pluribus adhęc virtutibus eſt inſignis,quas cũ plus ocii nactus fuero, tibi ſigillatim connumerabo, fortaſſe tunc iucundiſſimũ fuerit, etiam explicare quo nam pacto puluere cum auro, viuoq; argento ſine aqua ſuperius explanata poſſis conficere: nunc quoniam tempus vrget: vnctiones virium maximarum diſſeram.R.Fumiterrę recentis.m.iiii.rad.hebuli:buglo ſę:meliſſę ſing.m.ii. terãtur omnia cũ libris duabus Aruinę porcinę:vnc.x.butyri recentis additis:inde in vaſe figulino vitreato loco vliginoſo dies quindecim reſeruentur:vt computreſcãt. Inde liquefiãt igne ſubdito: demum liquefacta colabis omnia ex lintheolo:poſt modum.R.olei roſacei: camomillini:terbenthylli ſing.vn.ii. ſtyracis liquidi: ex aqua fumiterrę eloti vnc.iii.litargyrii argentei vnc.v.reſinę albę vnc.iii.mercurii extincti vnc.vii.ſublimati drac.iiii.& fiat ex mortario vnguentum: Vel.R. rad.helebori nigri recentium libram: helebori albi vnc.iii. rad.arthanitę vnc.vii. contundantur cum aſſungia: & butyro: & vt ſupra deniq; omnia fiant. Inde accipe huius adipis libram: olei roſacei:caparis:terbenthylli ſing.vnc.i.ſ.ſulphurei drac.iiii.helebori nigri redacti in puluerẽ drac.iii.litargirii aurei vnc.iiii.ſtyracis calamiti:liqdi ex ſucco fumiterrę loti:ladani ſing.vnc.i.ſ.reſinę pineę vnc.iii.mer/

Digitized by Google

curii extincti vnc.viii. ſublimati dra.iiii. Inde fiat: vt ſupra. Vel.R.quatuor:aut quinq; nigros Angues excoriatos:euiſceratoſq; deciſis vtrinq; extremitatibus minutim conciſos: quos vas vitreum oris anguſti capiat: qd' poſtea obturato ore ponas in caldario aqua refertum,hoc ſinas diem: noctemq; feruere:poſtmodum repertum liquorē colabis: extractum:qui fluxerit cōmiſce libris.ii. illius adipis confecti ex radicibus helebori:& arthanitę:addas mercurii extincti vnc.viii.cinnabaris vnciam:ſublimati drac.iiii.thyriaces vnc.vi.& fiat vt ſupra. Seruabis hoc diligentiſſime: maioris etenim pōderis eſt: quam tu fortaſſe reris. Propterea conſentaneū omnino fuerit olei ſulphurati:cum aqua meliſſę: nō nihil ęgrum diluculo bibere: quippe quoniam: vt ſuperius explicatum fuit: magnum ex eo percipit iuuamentū. FRAN. Nimirum volo ne oleum hoc: qd' tantopere collaudaſti intactum relinquas: in hoc etenim in pręſentia mihi ſunt omnia. ANDR. Tibi nihil inuitus dixerim. Vitreum igitur vas tintinabulo(campanam hodie appellant)non abſimile:illitū figulari luto a terra vnius cubiti menſura:ęneo:vel ferreo filo ſuſpendes:ſub quo metretam vitreā maioris circūferentię:cuius medio inuerſus fuerit cyathus:ſtatues. Porro cyathi fundus ferream bracteā digitorum quatuor latitudinis ex igne candentem ſuſtineat:ex qua ſulphur accendatur. Hoc dū comburitur recētius ſuperaddatur:inde fiet:vt ex fumo aſcendente ſuſpenſum vas breui temporis interuallo guttatim in inferiorē paropſidem diſtillet oleū. Quod diligenter collectū:vitrea cōſeruabis ampulla:nā plurimi ſemp apud me ponderis fuit: nec mehercule iniuria:qppe nō ſolū cōfert huic morbo:ſed hauſtū per hebdomedam:ſtomachi: inteſtinorūq;

Digitized by Google

terminibus ex materia ventoſa frigidioriue proue nientibus medetur, ſplenis vitia corrigit, vuluę, vri næq; difficultatibus ſuccurrit ex aq̄ tamariſci, vel cap. veneris quantitatis guttarū ſex. Quinetiā tres vel quatuor guttæ ex aqua abſynthii, lumbricos fugat. Item contra ſcabiem, impetiginem, lichenam, ſtrumaſq; illinitū valet. Doloribus quidē podagricis frigidis mirūimodū fert opē. Præterea male curatis ex morbo Gallico ad extrahendū virus, huiuſmodi potū vt dicimus plurimū prodeſt. Nūc autem Mercurii, quē viuū Argentū dicunt, vires tibi paucis abſoluā, Auicēna ſecundo Can. frigidū & humidum eſſe dixit in ſecūdo gradu, Paulus vero Aegineta calidū, & ſiccū aſſerit in quarto. Verū nos cum Gebere, qui de rebus metallicis optime conſcripſit dicemus Mercuriū humidū & frigidū palā caliditatem, ſiccitatēq; clādeſtinā in ſe habere. Probať hoc ab eodē Gebere cap. de eſſentia Mercurii, cū dicit, in Argēto viuo ſimiliter neceſſe eſt ſuperflua demi, habet enim corruptionis cauſam terreā: & aduſtibilem. Item libro ſecūdo cap. de coagulatione Mercurii. Habet ſimiliter ſulphuris partes naturaliter ſibi mixtas: quas remouere per artificiū non eſt poſſibile: quā quidē ſententiā nobilis etiā Arnaldus agnouit: libro qui dicitur Roſarius Philoſophorū dicēs. Manifeſtū eſt igitur q Argentū viuū continet in ſe ſulphur ſuū bonū fixū: ex quo coagulatur in aurū: & argentū ſecūdū diuerſum diſponēdi modū: & Ariſt. in Metheoris. Argentū viuū eſt aqua: quæ admiſcetur cū terra nimis ſubtili ſulphurea admixtione forti: donec non quieſcat in ſuperficie plana: & hoc eſt ex ſiccitate magna: quæ ineſt illi: & ideo nō adhæret tangēti: quibus omnibus ſatis cōſtat: terrā talē: ſiue ſulphur eſſe calidę: & ſiccę cōplexionis: cognoſcitur

ſcitur etiam hoc ſua diſſolutione, inciſione, penetratione, atq; corroſione, quæ quidem omnia caliditatem & ſiccitatem maximam oſtendunt. Nam de eo Dioſcorides proprio capite ſic autumat, Virtus inquit Argenti viui eſt homicidialis corrodẽdo inteſtina, & Aggregator, Argẽtũ viuũ corrodit omnia cui obuiat ex membris intrinſecis. Quod autem ſit frigidũ, & humidũ, licet per Auicẽnam comprobari poſſit, apparet hoc etiam experimẽto, cognoſcitur imprimis mira eius frigiditas per tactũ eius, deinde per operatiões, quibus agit in humano corpore, nã non legitime extinctus maxime repercutit ac neruis: vt Auicẽna aſſeruit, dum tremorẽ, ſtuporẽ, conuulſionẽq; atq; paralyſim cauſat, magnũ affert diſcrimẽ, quę quidẽ omnia a frigiditate maxima, quę ineſt illi eueniunt. Humiditatẽ vero eius oſtendunt ſuperiores auctoritates cũ dicant quod eſt aqua viſcoſa, nam & hoc nõ ſufficeret, niſi quotidie ipſum videremus oſſa corrũpere carnẽq;, & neruos putrefacere eorũ ſcilicet ægrotantiũ, quibus Empericus aliquis Mercuriũ ipſum inunxit. FRAN. Hãc quidẽ ſententiã aliqui minime cõprobant, & putrefactionẽ, non tantũ Mercurio, verũ totũ morbi venenoſitati tribuunt. ANDR. Falſa quidem ratio iſta mihi videtur, nã ſi mulieres inſpexeris, quę ex eo pigmẽta conficiunt, vt pulchriores hominibus appareãt, eis quidẽ dentes fere omnes tũ carioſos, tum deniq; putreſcentes inuenies. Concordia tamen hac Geberis auctoritate inter diſcrepantes eſt de Mercurio imponenda. Inquit enim ipſe Argentũ viuũ manifeſtũ eſt, quod Mercurius appellatur Antiquorũ vſu eſt aqua viſcoſa, ſubſtãtiæ ſubtilis albæ, tinctę, per calorẽ tẽperatiſſimũ, vnita tali vnione per minima quouſq; humidũ contẽperetur a ſicco, & ſicci

Digitized by Google

æqualiter ab humido, & quouſq; calidum contem-
peretur a frigido, & frigidũ ęqualiter a calido. Gal.
tamē in. viii. ſimpliciũ ſibi nil de eo cognitum fuiſſe
teſtatur, non alia me hercule de cauſa, niſi quod tã-
ta in eo diſſidia ſibi cõperta erat, vt non facile quid
potiſſimũ de eo ſcriberet inueniret. Inde Sapientes
Mercurio Planetarũ inſtabiliſſimo propter variaȝ
ipſius oſtentationē, inſtabilitatēq; cõpararunt. Vñ
recte Plato, dotauit res natura ꝓprietatibus, om-
nino enim, quod libet ſecũdũ, quod meretur a ſpe-
cie ſua agit, quod propriũ eſt, vtiq; enim nullius rei
eſt actio propria, niſi quã ſpecies regulat. Verũ hoc
totũ certificare (Meſuæ ſententia) non eſt Medici,
ſed illius qui ſe altius agit. FRAN. Sat habeo, verũ
quid ita in Mercuriũ omnes medicinæ profeſſores
veluti coniurati ſtili accerbitatem diſtrinxerunt?
ANDR. Nihil dictu facilius eſt, hunc nãq; doctores
cõpertis noxiis viribus, de quibus ſuperius merito
videntur abdicaſſe, quãuis re vera ſit innocens mo-
do recte extinguatur, nã qua ſuperbiunt Circũfora
nei, ac plerīq; alii non extinctionē, ſed occultationē
recte dixeris, quippe cũ horum vnguentum, in quo
erit admixtũ Mercurii non nihil ex vaſe lento lique
feceris igne, in fundo coeuntē Mercuriũ liquido de-
prehendes. Inde fit, vt ſi quis vnguēto tali fuerit im-
butus ad interiora progreſſus rurſus coeat, nã natu
ralis calor facile in priorem viuacitatē ipſum reſti-
tuit, quo fit, vt praua corporibus accidētia eueniãt.
FRAN. At vide q̃ inſolenter ſe iactitent iſti Phar-
macopolæ, quanto molimine circũferantur diceres
in his ſitã mortaliũ ſanitatem, quorũ inſcitiam nup
Chirurgus quidã ſummus meus aperuit, teſtatus ē
enim ex cruris oſſe corrupto, Pumulionis cuiuſdã,
qui decies a diuerſis Empericis inunctus fuerat, atq;

gentum viuũ nõ ſemel emanaſſe. ANDR. Hoc mihi nouũ non eſt, nam & operanti mihi ſæpius accidit. FRAN. Quo nã igitur pacto extinguitur? ANDR. Quãuis ſatis ſuperius quod petis inſinuaſſe me tibi crediderim, tamen non erit incõmodũ, hæc eadem vel vberius explicare, tantũ igitur tibi perſuadeas velim, verã Mercurii extinctionẽ non aliunde pendere, præterq̃ a præcipitatione, hac etenim via frigiditatis, & humiditatis fit expers quarũ cauſa, q̃s ſuperius diximus ægritudines procedunt, nec fieri poteſt vt præcipitatiõe mortuus ſemel, Mercurius reuiuiſcat. Hac etenim arte frigiditate & humiditate priuatus in calcem rubicũdiſſimũ vertitur, Ideo dicebat Rhaſis Almãſoris. v. Argentũ viuũ quãdo extinguitur ardens eſt & corroſiuũ, & tale eſt cum præcipitatur, nam male olentia vlcera corrodit & mundificat ſine dolore, qđ ſi alioquin extinguatur, idem nõ efficit, ſed potius repercutit. FRAN. Quid ergo cum Argenti viui extincti memineris vtiq; de præcipitato intelligi vis. ANDR. Etenim nõ enim repercutere morbos ad interiora mollior, ſed omnino purgationibus prius diducere, tũ vnguẽto mũdare, verũ dũ iſtis immoror cataplaſma ſparadrappum imprudens prætexierã, quod brachiis & tibiis decem diebus applicatũ, ſine vllis vnctionibus morbum Gallicũ delet. FRAN. Expecto quid hoc ſibi velit. ANDR. Re. igitur emplaſtri de pelle Arietina qđ inguinariæ herniæ doctores applicari p̃cipiũt vnc. iiii. emplaſt. triapharmaci ad ignẽ confecti dia chilonis maioris ſing. vnc. vi. reſinæ pineæ vnc. ii. liquefiãt hæc ad ignẽ, & cũ infrigidari cœperint, mercurii extincti vnc. v. cinabaris vnc. ii. ſublimati vnc. iii. addant, & lõgo tẽporis interuallo ſphatula citra ignẽ cõmiſceantur & (vt mos eſt) ex lintheolis fiat

Spar. [illegible]

Digitized by Google

(vt ita dicam) ſparadrappum, hoc tybiis a genu, brachiis vero a cubitu, donec ſigna remotionis aduenerint applicetur.

FRANCISCVS.

ET ſi diffuſius hucuſq; de huiuſmodi morbo vnicuiq; humorũ admixto diſſeruiſti, vellẽ tamen vt poſitum illũ, quẽ tibi ſecretũ adſcribis quo quidẽ etiã vnũquẽq; morbũ Gallicũ recenter cõtractũ fugas, mihi ꝓpalare digneris. Hoc te tamen ægre ferre non permittas, cũ ego tibi non ſolũ corpus ipſum, verũ & vitã iam dudum dicauerim.

ANDR. Decreuerã omnino mi Frãciſce nemini ſecretũ hoc vnq̃ aperire. Tibi tamen virtutũ tuarum munere, etiã maiora dicere non dubitabo. Cũ igit̃ aliquẽ ab eiuſmodi morbi iaculis recenter vulneratũ offenderis ipſum eiuſmodi pharmacũ, quadraginta dies abſorbere iubebis. Aſſumitur.n. calidũ in aurora, pondere ſex vnciarũ pro vice. R. igitur myrrobalanorũ emblicorũ, bellirricorũ, Indorũ, ſing. vnciã florũ boraginis, bugloſæ, rad. ipſarũ florũ violarũ, cicoreæ, camomillæ ſing. manipulũ, ſuccorũ fumiterræ, boraginis, endiuiæ, bugloſæ, lupulorũ ſing. vnc. iii. ſucci pomorũ dulciũ. vnc. viii. vuę thyminę, iuiubarũ, prunorũ ſebeſten ſing. drac. x. liquiriciæ mũdę vnc. ii. polipodii quercini, ſticados, rad. acori ſing. m. i. ſ. ſeminis fæniculi dulcis drac. iii. ſcolopendriæ capillorũ vene. galitrici, politrici ſing. manipulum, folliculorũ ſenæ, epithymi fumiterrę ſing. vnc. ſ. Agarici boni drac. xviii. helebori nigri dra. xiiii. aquarũ intybi, cap. vene. fumiterræ, bugloſæ ſing. lib. iii. vini granatorũ lib. ſ. radicũ inulæ, hæderæ, fæniculi, appii, cicoreæ, ſing. vnc. i. ſ. camepitheo

ſticados, camedrios ſing. vnciam, ſquinanti drac. ii.
eupatorii drac. iii. reubar. dra. iiii. Addita aqua plu-
uiali quantū ſufficiat arte & igne bulliant oīa poſt-
modū lintheolo ſpiſſiori colentur, prçloq; exprimā-
tur, & addito ſaccaro. q. s. fiat potus lōgus. Vnaqq;
tamē. x. die dū pharmacū hoc aſſumpſerit æger, ac-
cipiat ad materiā expellēdā vnc. s. iſtius cōf. R. Tur
bit, hermodactilorū, ruthæ agreſtis ſing. dra. iii. dia
gredii drac. iiii. gariof. gingi. cinnamomi ſing. dra. s.
pipe. gra. ii. ſquinanti, ſpicæ, epithymi, ſalis gēmæ
ſin. dra. s. ſand. citrinorum, alb. rub. crocei ſin. ſcru. i.
mānæ electæ vnc. s. reubar. dra. ii. zedoariç ſcru. ii.
ſaccari vnc. viii. & cū aqua bug. ad ignē fiant trochi
ſchi, ſcias enim pro certo multos hoc remedio fuiſ-
ſe ſanatos. Reliqua vero ſuperius explicauimus.

SEd quoniā queadmodum medelç
ducerentur, ab extincto Mercu-
rio, atq; ab omni genere Pharma
corū, ſatis explicatū arbitror ver-
bis ſuperioribus, ſequitur vt hæc
Ligni Indici medicamenta perſe
quar quç pertinēt ad nouos Me-
dicos, quibus vtuntur homines nunc potiſſimum, ſę
tutius curari ſic arbitrantes. LIGNVM igit. Quod
alii indum, alii vero Guaiacū nominãt, ex Tapro-
bana, America, Indiaq; peritū noſtratibus medicis
interuallo locorū minus cōpertū eſt. Quidā putarūt
Auicēnā ſecūdo Canonis in dictione karon, hoc li-
gnū rememorare, dicentē, karon eſt lignū Indū, cu-
ius allatio ad terrā noſtrā multiplicatur, & ē magni
iuuamenti in negocio fracturæ, torſionis, & diſlo-
cationis, non ab re fortaſſe, nā Princeps ex Arabia
genti Indorū proprior erat. Quāuis Romæ, mihi,
ſub Hadriano, VI. Pont. Max. degēti, fratres ab In-

Digitized by Google

dia cucullati exulceratarũ tibiarum remediũ quærentis affirmarint iureiurando lignũ duodecim cubitorũ altitudinẽ explere, craſſitudine vlnarũ duarũ, folia plantagini nõ diſſimilia, corticẽ cũ nigrũ, tũ ſubcineritiũ, flores lutheos, fructus rotũdos, acidos quorũ ſpecies oliuæ figurã redderet, habere. Præterea morbũ Gallico ſimilẽ, Medicos illius oræ diſcutere viridi ligno, exquo, quod nigrũ corticẽ gereret, palmã haberet. Nos quoniã viridi caremus, cariosũm dimittentes, id eligimus, quod aquæ nõ innatet, propinquius radicibus. Medicis valentius cõpertũ eſt, quod in ſuperficie ſandalorũ citrinorũ colorẽ medio nigreſcente referat. Idẽ croceũ debilius admodũ, fœminis, & pueris reſeruant, cuius naturã vimq; cũ nemo ſatis recte deſcripſerit, ad vnguem cognoſcere quis poteſt? quãuis ab vſu caliditatẽ, ſiccitatẽq;, manifeſto deprehenderimus, cũ eius decoctũ bibentiũ guttur, & ſtomachus patiantur incendium, Superioribus etiã diebus ſiccioris habitudinis homines vidi morbo Gallico laborantes, ligni potatione cũ ethicã febriculã, tum tabem icurriſſe. Reſinę prętèrea gummi non abſimile ab eo in igne proiecto, flãmis obnoxiũ, emanare videtur, nec nõ decoctio prima eius pinguis, & graſſa colorẽ lactis referens, magnũ corpori nutrimentũ præſtat, Vnde bibentes quãuis inedia torqueãtur, rarius fame vexantur, Poſtremo per euaporationẽ ab eo nõ modicũ manat oleum. Cum ſit igitur omnibus perſuaſum, reſinas omnes, oleũq; fundentes arbores caliditatis, & ſiccitatis, eſſe non expertes. Idem de hac arbore poſſumus aſſignare. At hoc (vt cũq; ſit) non laboro modo, nam a proprietate (vt aſſeruimus) in eiuſmodi morbo videtur agere, Noui.n.medicũ quẽdam, dicentem ægrotos potius medicinæ inediæ,

Digitized by Google

quã ligno ſanitatẽ receptam referre debere. Qui tñ fruſtratus ẽ, cũ quercus decoctionẽ eadẽ inedia nullo ſucceſſu cuidam dediſſes. FRANC. Diebus iſtis, ſicut iam prius nõ videtur huiuſmodi lignum male habentibus cõferre, nã pleriq; eius decoctũ aſſumẽtes, nõ ſanantur. ANDR. Euenit hoc exhibentiũ incuria, nã fere omnes, vt male affecti inediã arduam abhorrentes decocto hoc perfruantur, cotidie carnes, citra canones eis exhibent. Peruerſo igitur ordine ruunt omnia. FRAN. Ex eo olei conficiẽdi rationem, quã iãdudũ pollicitus es expecto. ANDR. Hoc igitur ligno teſſeratim cõciſo, nouũ fictile refertũ vas, opculo teſtaceo pũctim pertuſo obturet. Quod diligẽter argilla circũlitũ excipiat altera teſta vacua, terra defoſſa ad os vſq;, ſuperiori deſup incũbente luto cõglutinata, vt p operculũ flãmarũ vi circũcirca æſtuante, in vacuã quatuor, aut qnq; horarũ ſpatio defluat oleũ, & poſtea q̃ deferbuerit, aperiẽs offendẽs obrutã refertã aqua oleo innatãte quo ſi papulas, exulcerationes, tubera, compagũ, & neruorũ doloribus inunxeris, iuuamẽtũ nõ modicũ præſtabis, Aqua vero oleo ſubſidens, diluculo, veſpereq; pota loco decoctionis vnciarũ quatuor põderis, quatuor horis ante cibũ, mirũimmodũ cõfert, magis tamẽ ſi ſyruppus acceſſerit eiuſmodi. R. Reubarbari electi vnc. ſ. radicũ cẽtaureæ maioris drac. ii. ſpicæ, ſquinãti ſing. ſcrup. ſ. ligni aloes, ſandalorũ rub. ſing. drac. i. ſ. radicũ hyringi vnciã, herbæ tunici. manip. ii. ſemi. hebuli drac. iii. helebori nigri dra. florum cordialiũ, ſticados ſing. manip. ii. Omnia cõtundantur leuiter, & ex vini cretici, aquarũ intybi, & fumiterræ ſing. lib. iii. dies octo macerẽtur, poſtmodum decoquantur ad tertiam, inde prelo exprimant, expſſioni ſaccari quantum ſufficiat addatur,

Digitized by Google

& fiat ſyruppus cũ quo prædictę diſtillationis unc. iiii. ſiue ligni decoctionis de qua dicemus unc. v. bis indie ſũmo mane, ſcilicet, & inclinato iã ſole bibat affectus ante cibũ quatuor horis, quod ſi decoctio-nẽ volueris audire paucis abſoluã. Re. Guaiaci cõ-ciſi lib. ii. ſ. aquæ pluuiæ lib. xxx. ex quibus fruſtula biduũ macerentur. Quæ noua vitreata teſta coop-culo prædita capiat ad bulliendũ lento igni, ſpuma calida, quæ interea fit, patientis vlcera curantur, mẽbrorũ cõpagibus dolore percitis eadẽ vtiliter ad hibetur, ac etiã tuberibus, puſtuliſq; opẽ afferre vi-detur. Facta deſpumatione lignũ prædictum deco-quas, quouſq; ſuperſit tertiũ. Cũ autẽ tepuerit lin-theolo ſpiſſiore coletur, cõſeruetur, quod inde flu-xerit vrnula vitrea bñ obturata, ne ſcilicet vis eua-neſcat, huius decocti pro ſyruppo. xl. dies, diluculo quatuor horis ante prandiũ, nec minus inclinãte iã ſole, quatuor horis ante cænã vncias quinq; ſigilla tim tepidas bibat. Adhec libris triginta cœleſtis aq̃ ligno primæ decoctionis accedant, vt ferueant ea-dẽ olla tecta cooperculo, quouſq; libris viginti tan tum fiant, & ritu primæ decoctionis in vaſæ oris obducti ſeruato, hanc poterit affectus, cũ ſitiuerit, ſiue tepidã ſiue frigidã ſumere, quod ſupereſt ſi pri-mam decoctionẽ cũ ſyruppo reubarbari prædicto biberit affectus, citius valebit. At ſi vino lignũ inco quere placuerit, maiori cũ vtilitate curam efficies. Nã in Pituitoſis fœlici ſucceſſu, ego ſæpius periculũ feci. FRAN. Quid hoc? Percepi a peritioribus Me-dicis ligno iſto curãtibus, affectos in hac cura vinũ bibentes, nullo pacto ſanitatẽ adipiſci. ANDR. Re-cte tu qdẽ, at nõ minus ego, cũ decoctionẽ ex aqua morboſi biberint. Verũ enimuero vinũ decoctionis eiuſmodi nullo pacto obeſſe poterit, efficitur, n, ex

Digitized by Google

concoctione medicina valẽtior, quod adhuc nemi/nem tentaſſe puto, at ego ſæpiũs infrigido morbo fęlici ſucceſſu periculũ feci. FRAN. Sequere igitur. ANDR. R. Guaiaci recentis lib. ii. cociſci, & electi, Reub. elec. drac. ii. radicũ centaureę maioris drachmã, folliculorũ ſenæ manipulũ, ſquinãti ſcrup. s. cõ/tuſa hæc omnia, ex libris. xx. vini albi odoriferi, & eius aquæ dimidio biduũ macerẽtur, Inde decocta colẽtur nõ alio me hercule pecto, quã quod ſupius eſt dictũ, hoc ſine præcedenti ſyruppo vti poteris. Adhoc. R. Guaiaci recentis lib. i. Quã ex vini albi leuioris lib. xv. per diẽ macerabis, ita vt poſtea bul/liant oĩa quouſq; reſtent lib. x. tunc infundas deſup aquæ feruentis lib. xv. quæ ſimul cũ vino bulliant, quouſq; libræ viginti tantũ reliquę ſint. Poſtmodũ colentur, ſeruenturq; in potũ prandẽtis, cœnãtiſq; affecti. Hoc modo curabis quos non ſolũ victus te/nuitas, ſed etiã aquæ auſteritas terret, neq; abſur/dũ fuerit Autũni tẽpore conciſum lignũ quindecim diebus cũ vuis ad bulliendũ ponere, nã nõnullos ex eiuſmodi potu ſanatos percipies. Iis etiam optime conſultũ fuerit ſi poſt decocti potionẽ ante prãdiũ ſpacio vnius horæ, coclearis dimidiũ iſtius electua rii abligurint. R. Ligni prędicti ſubtiliter pulueri/zati vnciã, ſand. rub. ligni aloes, thymi, florũ buglo/ſæ, boraginis, ocimi, ſing. ſcrup. i. pulueris diarodo/nis abbatis, Diamuſci. d. diãbræ ſing. gran. x. & cum ſyruppo de corticibus citri i pituitoſa materia, vel cũ ſyrup. de cicorea cõpoſito in ſanguinea, quantũ ſufficiat, ex arte tũ fiat electuariũ, verũ vt res, quã tractamus ad calcẽ tandẽ decurrat, de regimine ſex rerũ nõ naturaliũ ſũmatim dicemus. Hos igit̃ opor/tet diebus. xx. bis die tantũ comedere, nil aliud aſſu mentes, q̃ panis recocti binas vncias, accedat vuæ

Digitized by Google

thyminæ prӕterea tantũdẽ, bibant aquã, ſiue vinũ decoctionis ſecundæ prædicti ligni, tranſactis hi- ſce diebus, panis albi bene fermẽtati ſine ſale cliba- no toſti, vnc. ii. tantũdẽq; carnis, aut aſſæ, aut elixe pullorũ gallinaceorũ, ſiue aucupii ex ſiluis, & mon- tibus petiti prandeant, cœnẽt vero thyminas vuas, recoctũq; panẽ, ad trigeſimam diem. Qua trãſacta duas vncias panis albi, carneſq; prædictas põderis eiuſmodi, & prãdere, & cœnare recte poterint, Cu- biculũ, quo ſe cõtinet æger, per eſtatẽ orienti ſit ex- poſitũ, Per hyemẽ tepidariũ, vel locus maxime clau ſus, vbi continue lignorũ boni odoris fiat ignis. Nec inde egrediatur niſi a quadrageſimo die, nocte dor miat horis ſex, aut ad ſummũ ſeptẽ, Diluculo primã ligni decoctionẽ ex aqua cũ illo ſyruppo, ſiue vini abſq; ſyruppo bibat, ſtatimq; lecto cubans periſtro mate, veſtibuſq; ſudorẽ prouocet, quẽ caleſcẽtibus lintheolis, poſteaq̃ ſatis, ſuperq; deſudauerit, abſter gat. Inde ſubuccula, veſtibuſq; pelliceis munitus, lin theo capite obuoluto, præcedens horæ ſpacio prã- diũ, ſurgat, tũ lotis manibus, facieq; mundata deco- ctione prima ligni, nares, & aures purget deãbulãs per cubiculũ, cui ſi aluus ſuppreſſior fuerit, balano mellis, cliſtereue ex prima decoctione ligni, addito ſale, oleoq; Camomillino, & violaceo poteris ean- dẽ ciere, quo reddito ſtatim prandeat. Pranſus qe- ſcat, legat, aut ludat, meridianũ ſomnũ pro virili de- clinans, Angorẽ nec minus reliquos animi morbos fugiens exhylaretur. FRAN. Recectũ panẽ iã dudũ ineſſiſti mihi, nec, quis ſit, ſatis explicaſti. ANDR. Imprudẽs peterierã. R. polinis farinę triticeæ quã- tum volueris, nõ ſine fermẽto congruo, quã ſubactã quatuor digitorũ craſſitudinis quoquo verſum, lon gitudinis duarũ ſpitamarũ in paſtillos formabis, de-

Digitized by Google

coques in clibano vſq; ad non completã conctionẽ, extrahes deinde, & poſtea q̃ deferbuerint, acutiſſimo cultello poteris in tenuiſſimas ptes ſecare, quas ex aqua roſacea, & ſaccaro prius maceratas, in tabula ſigillatim collocabis, furnoq; iterũ mãdabis, vt legitime cõcoquantur, porro priuſq̃ prædicti ligni decoctũ ſumant, pro morbo pharmacis, & ſyrupis ſuperius enarratis ſunt muniẽdi, quinetiã ſi morbus expoſtulauerit, ſanguis prius erit mittendus. Verũ poſteaq̃ ad quartũdecimũ diem peruentũ fuerit, ſumat pituitoſus, poſtridie eius diei purgationẽ hãc R. Agarici præparati, turbit, electi Hermodactilorũ, ſing. ſcrup. i. Gingiberis. ſcrup. ſ. Hellebori nigri, gran. v. Cõtuſa per noctẽ ex aqua abſinthii, meliſſę & fumiterræ, exprimantur, expreſſioni ſocietur electuarii lenitiui drac. iiii. conf. amech. diaſnic. ſing. drac. i. & fiat potio addita rodomellis, vnci. Vel, R. Polipodii quercini, drac. iii. ſem. hebuli cõtriti, dra. i. folliculorũ ſenæ, epithymi, thymii, ſticados, amaraci, aſſari, florum ſaluiæ ſing. puxillũ. fiat decoctio in qua colliqueſcant electuarii lenitiui. drac. iiii. cõfectionis amech, electuarii Indi ſing. dra. i. ſ. agarici præparati. ſcru. ſ. triferę perſicæ, ſcru. i. ſyruppi de fumoterræ. vnc. ſ. & fiat potio. Quam trigeſimo ẽt die iterum dare tibi erit expediẽs. Quod ſi gallicus adhæſerit ſanguini, hoc pharmaco poteris vti. R. reubarbari electi. drac. ii. ſ. ex aqua intybi & vino cretico, cum nardi ſpica permaneant ſex horas hęc omnia ſuperioribus liquoribus infuſa, deinde facta forti expreſſione Diacatholiconis addant, drac. iii. elec. roſ. meſ. drac. iiii. de ſucco roſarũ. drac. ſ. & cum decoctiõe florũ, & fructuũ cordialiũ. f. potus addita ſy. vio. vnc. quã hauriãt cũ q̃ntadecima, tũ ẽt trigeſima luce. Qua die purgatões ęger exhaſit, carnes eli

xas prandeat, eiuſdēq; pōderis, eiuſdēq; qualitatis, nec minus pane veſcatur, ex iure carniū prædictarū, bibat ius tantū earūdē, die vero ſequēti iterū redeat ad ligni potationē, quā ſupra ſæpius meminimus. Tranſacta quadrageſima luce liberalius poteris hūc habere. Poſtridie parū e cubiculo procedat. Quæ ſequetur, die domo pedē efferre poterit ſtati cubiculo ſe tamē reſtituens, in ſequentibus diebus, gradatim ſic ſe habens, negocia ſua breui peraget, cū eo tamen, ne diutius cibos ſanguinē adurētes, in ſtomacho, putreſcētes, pituitāq; gignētes, aduerſetur. Sed quoniā cū his qui ligno curātur actū fuerit optime, ſi in ethicā, aut in tabem nō inciderint, non eſſet abſurdū, diebus exactis quadraginta, reſtaurādarū viriū gratia per menſem quotidie duabus horis ante prādiū coclearis dimidium iſtius electuarii aſſumere. R. Nucis Indicæ recentis vnc. vi. Nucleorū pineorū præparatorū, Amygdalarū dulciū, piſtaciorū, ſing. vnc. i. ſeminis peponis mundati, vnc. v. ſem. papaueris albi. vnc. i. ſ. vuæ thyminæ ex aqua violacea. vnc. ii. pinediorū, ſacchari viol. nenufarini ſing. vnc. iii. hæc omnia terrātur optime lapideo mortario, & ex ſyruppo violaceo cōpoſito fiat electuariū, at nōnūquā fit, vt non ita exacte curentur, ergo catapocium tale poterunt tribus, vel quatuor mēſibus poſt aſſumptionē ligni ſemel in hebdomada duabus horis ante crepuſculū drac. i. pondere ſumere. Re. myrrobalanorū omniū, troc. coloquintidæ, maſticis, diagredii, hermodactilorū, turbit, agarici preparati ſing. drac. i. origami, cymini ſing. dra. ſ. reubarbari drac. i. ſ. ſpicæ nardi, gingiberis ſing. ſcrup. i. ſalis gēmæ ſcrup. ſ. helebori nigri ſcrup. ii. polipodii quercini drac. i. ſeminis hebuli ſing. drac. ii. pulueris hyere ſimpl. diamuſci dulcis, ſingularum

Digitized by Google

ſcrup.ii.aloes elotæ vnc.ii.thyriaces drac.ii. Contuſis contundendis, cũ ſyruppo de fumoterræ fiat catapotiorũ trochiſchus. Verũ vt mea conſilia tibi credam omnia, ſi etiam per aliquot menſes electuarium cum puluere ligni confectum quotidie, vel alternatim affecti aſſumerent, ab omni derelicta malignitate liberarentur.

RElíquũ eſt (cognita igenii tui mira facundia, cognitoq; amore, ac fidelitate, quibus me ſemp ꝓſecutus es) vt ea, quæ alicui nunq̃ dicere volui, tibi condonare nõ derelinquã Morbũ igitur Gallicum ſanguineũ, chelericũq; recenter contractũ poteris hac aqua Philoſophica diſcutere. R. Aloes hepaticę lotę ex ſucco intybi lib.i. Reubarbari electi, radicũ cẽtaureæ maioris (reuponticum vulgus appellat) ſingulo. vnc.ii.ſemi. quatuor cõmuniũ frig.ma.excoriatorũ ſing.vnc.iiii.capillorum veneris recẽtis manip.iii.vuę thyminę vnc.vi. pulpæ ſebeſten, caſſiæ extractæ ſing.vnc.vii. pulueris triũ ſandalorũ, aromatici roſati ſingu. vnc.i. ſucci roſarũ puri, intubi, cicoreæ, fumiterræ, lupulorũ, ſcabioſæ: ſing.vnc.vi.liquoris malorũ punicorũ: berberorũ ſing. librã vnã ſucci boraginis vncias octo ſyru.de cicorea cõpoſiti: de bugloſa: de fumoterræ: ſing.libræ pondo: contundenda contundantur: & in vaſe ſublimationis vitro conflato: e ſuccis vino: & liquoribus prædictis: dies octo macerẽtur: porro per balneũ feruẽtis aquæ: cui harenæ quantitas ſit cõmixta: ſublimetur aqua. Verũ vas ipſum operculo roſtrato ſit tectũ: cui phialã vitreã: diligẽter: ne quid ex cõmiſſuris expiret: copulabis: accedẽte ex lignis: ſeu potius carbonibus igne: ex quo cum

Digitized by Google

clara tota defluxerit aqua, & rubentior apperet, Phialam remouẽs, huic ſimile vacuam ſtatue, quod fluxerit totum ſerua, nam ſanguineo, bilioſoq; recẽti malo plurimum liquores eiuſmodi proſunt. At in morbum pituitoſum, melancholicumq;, quo valentius eſt nihil, accipe Agarici p̄parati vnc. iiii. aloes elotæ ex ſucco fumiterræ vnc. ix. catapotii de aromatibus vnc. iiii. myrrobalanorum omnium ſingu. vnc. i. ſenæ, epithymi, meliſſæ recentis, florum cordialium ſing. vnc. iii. hermodactilorum, turbit ſing. vnc. iiii. iuæ artheticæ, Baccharis, ſticados, camedryos, ſaluiæ, primulæ veris, origani, ſatureię ſing. m. iiii. radicũ centaureæ maioris, Reubarbari ſing. vnc. i. rad. helebori nigri recentis vnc. vi. gingiberis nucis myriſticæ, gariofilorum, cinnamomi, cubebe, carpobalſami, calami aromatici, croci ſing. drac. i. ſucci rad. hebuli, ſucci radicum inulę, ſucci arthanitæ, ſucci abſynthii, ſucci eupatorii, ſucci bugloſæ, ſucci fumiterræ, ſucci meliſſæ, aceti ſquilletici ſing. deunx, vini cretici libras. x. tyriaces optimæ libras ii. pulpæ ſebeſten libræ pondo, contundenda contundatur, & cum ſuccis, & liquoribus in vaſe vitreo magno, cõmiſceantur, & ſic dies octo permaneant, inde ſubliment ſicut ſuperius diximus. Quod ſi efficacius in atram bilem deſideraueris, tres, aut quatuor angues, lõgos, nigros, excoriatos, exẽteratoſq; tum multo ſale, temporis aliquo ſpacio, tum aceto perfricatos, vt vna colliqueſcant, addere poteris. Nam hoc non ſolum morbo gallico: ſed lepræ: multiſq; aliis ægritudinibus: quas nunc prætermittendas duximus: maxime confert. FRAN. Aueo ſcire quo nam pacto ſublimatio talis ſit ægrotantibus exhibenda. ANDR. Cum recte cognoueris aliquẽ morbo gallico calidiori confectũ: ſex rebus nõ natu

talibus obſeruatis: vt diximus: factaq; prius phle/botomia: ſi neceſſe fuerit: nõ minorẽ huic inediã im/perabimus: quã iis: quos illinimus. Poſt hæc æſtate poteſt hanc aſſumens: per domũ deãbulare. Bruma vero vrgẽte cubiculo ſe cõtinere: nec interdico quo minus pila vnius horæ ſpacio ante cibũ: loco clau/ſo ſe exerceat: ſumat ſingula quaq; die: luce apparẽ te: ſanguineus: ſiue bilioſus ſyruppi roſati: de ſucco citri ſing. vnc. 5. olei de ſulphurę gra. x. quibus addã tur primæ ſublimationis limpidæ vnc. ii. ſemis: ru/bẽtis vero drac. iii. Quod egelidũ bibat decẽ dieb⁹: Inde vno quoq; die prouocet ſudorẽ: At ſi cogno/ueris humores nõ euocari potione hac: decimo die R. elec. lenitiui drac. iiii. roſacei mes. diaſ. ſing. drac. ii. & ex reubarbari infuſione drachmæ pauxilliq; ſyruppi de ſucco citri: fiat potio: Poſtridię vero rur ſus ad ſyruppos redeat: ad alios decẽ dies: q oĩa ſi ni hil eduxerint: voret æger diluculo reubarbari drac mã: addita thymina vua: dehinc ſublimationẽ ṗdi/ctã bibat: extẽdatq; ſyrupporũ hauſtũ in trigeſimũ diẽ: ex quo denuo ſolutiua potione purget. Si vero ſublimationi parere humores videbunt (qđ ĩ multis ſæpe deprehẽdi) alterũ purgationis genus ſupuaca neũ fuerit. Idẽ pſtare poteris in frigida quęq; mate/ria: ſi ṗdictã aliã ſublimationẽ cũ ſyrup. de fumoter ræ: & de ſticados: nõ ommiſſo tamẽ ſulphu. oleo p/pinabis Si autẽ res poſtulauerit: decimo quoq; die peculiaribus pharmacis euacuentur ab humoribus affecti. FRAN. Quid ſi ante trigeſimum diem ſana/tus fuerit: debet ne potionem ad præſtitutam diẽ extendere? ANDR. Ne vtiq;: quippe quoſdam de/cimo potu curaui: ſed corruptiores ad eã diem poſ/ſunt accedere: corruptiores autem dico: qui longio ri tempore hoc morbo fuerunt affecti.

Digitized by Google

ANDREAS.

QVoniã nũc de purgationibus his: quæ tũ inedia:tũ etiã potionibus fiunt ſatis diximus. Reliquũ eſt: vt de chyrurgia agamus. Manus etenim operã ab antiquis maxi-me cultã:Homeri:Corneliiq; Cel ſi teſtimonio cõprobatã: ſine qua Gallici per pauci poſſunt ſaneſcere. Nam corporis abſceſſus ab hoc morbo: qui verendorũ:inguinũq; partes infeſtant: duabus de cauſis minime ſunt re-pellendi:nã inguen iocinoris: & ſplenis emiſſarium recte dicemus: Apoſtemata ergo inibi tumentia re-percutere qui poſſumus? Quũ Auicẽna quarta pri-mi ſic aſſerat. Si vero mẽbrũ apoſtemoſum membri principalis emunctoriũ fuerit: ſicut loca glãduloſa in collo: quæ ſunt emunctoria cerebri aut aſcellæ: quę ſunt cordis:aut inguina:quę ſunt hepatis:nullo modo erit applicandũ aliquod:quod refrenet:acce-dit materię malignitas, quã ſi noſtratibus credimꝰ: cataplaſmatibus cohibere minime conari debemꝰ. FRAN. Quid igitur erit pręſtandum? ANDR. Pro virili laborandũ: vt malagmatibus matureſcentia ſecanti ferro:ac etiã aliquãdo actuali cauterio ap-iamus:ſeci totius corporis tanq̃ feneſtrã patefaciẽ-res:quod ſi prędictũ malagma quęris:eſt eiuſmodi R. foliorũ malueę:brancę vrſinę violarũ ſing. mani-pulũ: radicũ brionię recentis. vnc.ii. bulbos liliorũ binos. Hęc aqua rectę coquantur:terantur incernã turq;: quibus accedant adipis porci. vnc.ii. butyri recentis. vnc.ſ. olei de lilio hypericonis viol. ſingu. vnc.i.ſ. fęnogreci. vnc.vi. & ex iure herbarũ radicũ-q; prędictarũ ſubactũ cataplaſma calidũ applicetꝰ: quod cũ in calidis tũ etiã ĩ frigidis corporis abſceſ-

ſibus

Digitized by Google

ſibus valere coniecimus, at ſi materia ſclirotica eſſe videbitur, eiuſmodi alterum conficies. Re. radicum alteæ, vnc. ii. radicum brioniæ recentium, vnc. i. ſ. bulbos liliorum tres, chelidoniæ. m. ſ. ficuum ſiccorum, vn. ii. bulliant hæc omnia in aqua. q. ſufficiat, poſtmodum conterantur & incernantur, Indantur deinde aſſungiæ porcinæ, olei de lilio, butyri recentis, ſing. vnc. ii. frumēti triticei, vel ſiligniei, vnc. iii. allei decocti ſub prunis vn. i. ſ. farinæ frumenti, fænogreci, ſeminis lini ſing. vnc. iii. armoniaci diſſoluti in aceto, vnc. iii. & cōficiatur emplaſtrum, nec expectandum quouſq; cutis ſumma per ſe deducatur, tanta etenim eſt morbi malitia, vt affectum locum in carcinoma plerūq; ſua malignitate præcipitet, ſatius igitur fuerit ſcalpello iam nigreſcens aperire quod prçparabimus facta inciſione prima die albumine oui, ac pulueribus cōducibilibus, inde per tres vel quatuor dies digeſtiuo de terebenthyna, & ouorum vitellis, Inde hoc vtemur mūdificatiuo. R. terebenthinæ claræ ex aqua fumiterræ, vnc. iiii. vitellos oui binos, mellis roſacei, ſyruppi de fumoterræ ſing. vnc. ii. farinç orobi, vnc. iii. Turis, maſticis aloes hæpaticæ, ſing. drac. ii. rad. paucedani drac. i. & fiat mundificatiuum, ſi volueris virium maiorū mundificatione accedat vnguentum apoſtolicum, vel ſi adhuc maximam, Aegiptiū attamen hoc vnū ſcias, præcipitatum Mercurium cum æquali pondere aluminis exuſti cōmiſtum mirifice mundificat. FRAN. Quid? ad cicatricem obducendam valebit idem? ANDR. Non ſed triapharmacū ceratū opē præſtabit vel hoc quo valentius nihil eſt adminiſtrabis. R. roſarum, mirtillorum balauſtiarū, caudç æquinæ, ſem. plantaginis, ſing. manip. i. mirrobalanorum citrinorum, conni cypreſſus, ſing. vn. mediā,

Digitized by Google

acatiæ, ipociſtidos, ſing. drac. iii. Hęc omnia prius contuſa tribus diebus macerentur in aceto fortiſſimo poſtmodũ in eo bulliant quouſq; medietas euaneſcat, tunc quidē pręlo exprimant expreſſum deinde cum oleis roſaceo, & mirtino copulabis litargirio minioq; additis ceratum ad ignem conficies addita tutie ſemũcia. FRAN. Plerũq; fieri ſolet, vt a morbo Gallico, exulcerationes ſordidę, corrodētes ſpongioſæq; ſæpius oſſa corrumpant, his quibus remediis obuiam eundem fuerit explana mihi. ANDR. Bifariam procedit hæc curatio, nam ſi ligno ab indis petito curare fuerit conſilium pluribus diebus præcipitato puluere, mũdificanda ſunt vlcera. Nam quãuis ipſius potione materia peccans euertatur, tanta eſt tamen materiæ vlceribus coniunctæ malignitas vt niſi quis optimus operarius acceſſerit vix poſſint ad cicatricē deduci, at ſi per vnctionem, ſuffitumue, procedis, ea tamen primus, quæ oſſa penetrarint, curare oportet vlcera corroſiua quippe, cauernoſa, quęq; his ſimilia ad oſſa nõ accedentia vnguento, ſuffitue delentur, ſed os corruptum omnino abradatur, cauterioq; inuratur iuxta illud Auicē. iiii. q̃rti cap. de corruptione oſſis ſic dicentis, neceſſe eſt fricare ipſum, & radere, aut cauterizare, perueniendo ad vltimũ corruptionis eius, vt cadãt cortices corrupti, & remaneat ſanũ, Itaq; cũ certiſſimis argumentis oſſis vitiũ deprehēderis, aut inciſione. & cauterio poteris operari, aut cauterio tantũ, ſane in obducti cris vlcere, ſpongioſo, corruptioriq;, nouacula penetrandum erit vſq; ad os incidendo carnem affectã, quæ diligēter vtrinq; poſtea diducta, linimentis ex albo ouorũ, & pulueribus obducentibus cicatricē per vim infarciatur, inde fiet, vt poſtridie eius diei ſubiiciatur os totũ

noſtris oculis vitiatũ, quod cũ videris, bene ſecanti
ferro putredinem carioſam diduces, & ſanũ, a vitia-
to ſepares, Inde candenti ferro, carne madidis ſtup
pis præmunita, os vſtulabis, ſi vero latius patebit
vlcus, carnem prius incidere fuerit inconueniens nã
cute deficiente, nõ poterit niſi fruſtulatim (idq; dif-
ficulter) ab oſſe diduci, non ſine maximo ſanguinis
fluxu. Sat erit igitur candenti ferro, quod minima
fiet ſanguinis miſſione, carnem ad os vſq; vitiatam
comburere, tunc enim ex linamentis eiuſmodi me-
dicamentũ curabit, quod combuſtũ fuerit. R. verni
cis liquidi drac. iii. ex aqua ſolatri ſiue plantaginis,
vitellos oui tres, butyri recentis. vnc. ii. olei roſacei
onfacini, violati, nenupharini ſing. drac. ii. Miſce ſi-
mul omnia hæc & fiat vnguentũ, quod locis vſtula
tis mirũimmodũ confert, At vlceris circũſtãtes par-
ticulas triapharmaco ex oleo acetoq; roſaceo, ac
lytargirio in mortario plũbeo ſubacto, ad reſtringẽ
dã cauterii vim illinies, quã operationẽ ſi qs refor-
midauerit, poteris quorũdã ſentẽtia p euforbii pul-
uerẽ eodẽ peruenire, ſed mihi quidẽ nõ fit veriſimile
vt in pfundo vlcere valeat is, aut eiuſmodi quippiã
præter cauteriũ, Quod curãs. D. Angelũ Illuſtriſs.
Reuerẽdiſſimiq; Cardinalis Tridẽtini ærarii Phi-
ſcalẽ deprehendi, qui quãuis hoc morbo minime te
neretur, ex calce tamẽ equi plurimo tẽporis ſpacio
contracto, & inueterato vlcere laborabat ſiniſtro
crure. Multa medicorũ man⁹ ſatis honeſto cõducta
ſalario ex circũuicinis ciuitatibus ad eũ fruſtra cõ-
fluebat, quo factũ fuit, vt is ſalutẽ pene deſperãs mi
hi ſe curãdũ tandem tradiderit. Poſtridie eius diei,
quoniã vlcus eiuſmodi a cute, & carne fere eſpolia-
tũ erat, qnq; medicis aſtãtib⁹, vitioſa; carnẽ cũ oſſe
corrupto cauterio concreuamimus, difficile dictu

eſt inter curandũ quanta fuerit viri conſtantia coniuncta prudentię, Enimuero (quod dictum citra inuidiam fuerit) C. Mario pręſtantiſſimo viro ęquanimus non ſolum Angelum, verum etiã merito prętulimus. Quippe qui non ſolum teneri ſe noluerit, ſed crus immotum nullo doloris argumento praebuerit. Sed vt ad rem redeamus, patuit quamobrẽ remediis cæterorum nunquã ceſſarat malũ, ad medullã nãq; peruenerat vis morbi, circũuicina quęq; corrũpens, quod tamen omne, quidquid erat, in eo noxii, deo dante duorum mẽſiũ ſpacio curauimus. FRAN. Huius etenim curæ argumento innixus tãtum mihi polliceor breui confore, vt noſtrates non ſolum, verũetiam præſtantiſſimos quoſq; Medicos anteceilas. ANDR. Agnoſco miraꝫ animi tui in me inductionem, qua fit, vt noſtra tibi maiora videantur, quibus (ingenue dicam) laudari a laudato viro, virtuteſq;, quas ne agnoſcam quidem, mihi tribui facile patiar. FRAN. Sæpius fauces palatũq; vidimus affectorũ maliguis vlceribus, ſerpentibus, exeſiſq; teneri, quæ quo pacto ſint oppugnanda vellẽ libentius abſte audire. ANDR. Fiat, vt vis. R. Igitur aquæ, cuius virtute Aurum ab Argento diuiditur, vnc. ii. roſaceq;, hyoſciami ſing. dra. iii. Inde miſceas, aut. R. aquæ ſaponis vnc. ii. vitreoli romani drac. iiii. ſalis armoniaci drac. i. vitreolum, & ſal diluãtur optime & fiat aqua. FRAN. Qui fieri poteſt vt aquæ, quas dixiſti partes vlceribus circunſtantes non lædant? ANDR. Stili lignei ſummitatẽ tomento circũligabis, qua madefacta ex aquis ſuperius enarratis illinies vlcera, quæ cum cæperint mũdari os affecti ſibi colluant, ex aquis conſolidantibus quas ſuperius tibi pluribus explicauimus. Quin ètiam puſtulis verucoſis eiuſdem morbi plurimum

Digitized by Google

confert, nam decidunt ſtatim, reſoluũturq́;. FRAN. Solent plerũq; duriſſimæ ſtantes glandulæ ægrotos male habere, quibus quid apponendum ſit ſcire deſidero. ANDR. Imprimis illud ſcias, iſtorum tuberum duas eſſe ſpecies, quarum altera carni adhęreſcens diaquilone magno de gũmis, aliiſq; diſcutiẽtibus emplaſtris cum per reſolutionem, tum quidẽ per ſuppurationem curantur nonnunquam, Altera procedens ab oſſe difficillime ſaneſcit, niſi cauteriũ adhibueris, quam curationem cum plerique auerſentur, cauterium potẽtius adhibeas, quo quatuor horarũ, aut quinq; ſpacio dolore modico vrgente macerabitur, ac deſtruetur caro. Re. Igitur aquæ primæ, qua fit ſapo, libr. iii. vitreoli romani, nitri, ſalis armoniaci ſingu. vnciam. Quæ diligenter vna diſſoluta, ex teſta decoquantur ad ſordium craſſitudinem, tunc adde oppii thebaici vnc. i. ſ. deinde torreantur igne tandiu, vt lapideſcãt, effracta aula lapillos adhærentes obturato vaſe vitreo conſeruato, quippe noxius eſt aer aduentitius, quo ſtatim in aquam conuertuntur. FRAN. Apicem tuorũ in me immortalium meritorum hoc addidiſti, quo fit, vt nihil aliud abſte nunc expetam, niſi, vt ſæpius ad te accedam, quo tempore, omnes circa morbos ex viridario tuo fructus colligere poſſim. ANDR. Libẽtiſſime quidem, vt prius cognouero auditorem attentum te præſtaſſe, At nunc reliquum eſt tantum, vt curandi corporis neceſſitate, ad cœnaculum accedamus.

FINIS.

Digitized by Google

PRÆFATIO EPITOMES OPVSCVLI DE CVRAN-
dis puſculis, vlceribus, & doloribus mali Frãzoſs, Lau-
rentio Phriſio auctore. Lectori ſalus plurima.

SCripturo mihi regimen curatiuũ atrociſſimi morbi, q Frãcigenus, Gallicuſue nomẽ ſortit⁹ ẽ, grãm & miſicordiã pſtet ſũm⁹ pr, q de frugalitatis ſuæ ſolio, pduxit Medicinã lẽ ſciam nobiliſſimã, ob hũani gñis ſalutẽ, qã mũdi exordio p cæteris ſcis coluit, & plãtauit. Nã m̃ltis añ ſcl̃is miſit Raphaelẽ ſuũ ab excelſo throno q docuit Noe mũdũ ab ĩmũdo ſegregare, q & añiq, do auctore. Moyſẽ mille qngẽtis ãnis añ pños ĩſtituit dietã & cibũ hoĩb⁹ ordiare, tã ad corpis ſanitatẽ, q̃ viuẽdi normã. Sĩgula.n. ea q̃ lege ſua phibet ne comedant, ſi comeſta fuerit p⁹ tĩnũ nocẽt mortalib⁹, & dolorẽ ĩnigũt. Q d deus itẽ nõnullo mõ poſt Troianũ bellũ de reb⁹ nã lib⁹ Salomonẽ ſcribeř docuit & ea p olum ẽ medicia. Quid ſi cõmemorẽ ipo nobiſcũ i terris habitãte, dũ carnẽ ſuſpit, a pura virgĩe, nõne medicinã ſaluberrimã nõ tm̃ coluit verũ ppriis acſciſſimis mãib⁹ ſuis pcticauit vt ipe plerũq d ſeipo teſtat ĩ ſacro euãge. Et qd ãplius cũ tot ĩcõpabile mun⁹ ſuæ grãe ĩtulit cæteris ſplẽdidiſſimis medicie iuctorib⁹ Apollini. & Aeſculapio, q ob artis eorũ celſitudinẽ, ĩ deorũ nũerũ ſunt accepti. O q̃ plixũ eẽt dicere diui Hip. & Gal. & Auic. encomia, q̃ a ſupmo gubnatore pcepũt, cũ tãta cõmoda humano corpi ptulerunt. Quapp bñmerito artiũ pclariſſima noiari meruit. Ex ea nãq diſpões noſcũt hũani corpis (vt Aui. i. pmi inuit.) Q d pfecto nobiliſſimũ corp⁹ ẽ. Nã bñdictus & g'ioſus, hũano corpi tpationẽ, cõplexionẽ dõauit q in hoc mũdo foret poſe iuenire, vt colligit Cõcilia. lib. dña qnta. Etiã ex dcis Auer. ſup Ari. lib. de ſen. & ſẽſa. cũ dicit. Hõ cõphẽdit dñas rerũ & ĩtẽtiões ipaũ pprias, q̃ ſunt in re ſenſata q̃ſi medullã de fructu. Aĩalia vero alia q̃ foriſeca velut cortices fructuũ exñtia. Cuius ſignũ ẽ, qa ipa mouent a ſenſilibus mĩme, niſi in q̃tũ rõnẽ alimẽti iportãt. His verbis dimiſſis trãſeo qa (vt ait Aboali ſup. iii. can. fen. iii.) In plõgatõe ſmõis nõ ẽ vtilitas. Idcirco ĩtẽdẽs opitulari miſſimis hoĩb⁹ hoc malo frãcigeno ĩtoxicatis, opuſculũ illd i vnũ rediger ppoſui qd (deo annuẽte, ſine quo oĩa caſſa) curã hui⁹ morbi recẽtis & veterati, floridis exprimẽtis, nõ min⁹ q̃ rõne approbatis elucidabit. Si ergo ex ipo fructũ hilarẽ metes ñ mihi, ſed iclito creatori grãs refer. Si vero aliqd minus q̃ bñ elaboratũ offendes, rogo ſuauit rectifices, pcogitãdo id dcm̃ Tulii veneris Retho. ſcdo cũ ſcribit his verbis, Nihil in ſimplici genere oĩbus ex ptibus nã pfectũ expoſuit. Vale.

Digitized by Google

EPITOME OPV- SCVLI DE CVRANDIS PVSTV- lis, vlceribus, & doloribus mali Frãtzoſs, Laurentio Phriſio auctore.

De ortu & nomine illius morbi, Caput Primum.

ANno Chriſti ſaluatoris noſtri. M CCCCXCVI. efferbuit quidã morbus atrociſſimus, irruens in homines ſæuo morſu vlcerũ, glãdularum, & duriſſimorum dolorũ, adeo notabili cruciatu, quod ſinguli vidẽtes obſtupuere. Nam incognitus & inuiſus erat iſte peſtifer morbus, non tantũ vulgo: verũ etiam doctis & in ſacra medicina eruditis. Ingruit & tanta mira tumultuatio in plebe, quod leproſi excuſarãt habitare cũ hoc morbo infectis. Ecce q̃d euenit (nõne miſeratu dignũ) pauperes hoc malo laborantes, expellebant ab hominũ conuerſatione, tanquã purulentũ cadauer derelicti a medicis (qui ſe nolebant intromittere in curã, tã ſpeculando, conſulendo, quã viſitando) habitabant in aruis & ſiluis. Memini enim me vidiſſe homines in tantũ diſcedere ab illis miſeris, quod nõ minus q̃ æquũ fuiſſet ſupremũ deũ exitio gehẽnali cunctum populũ interemiſſet. Attamẽ ſublimis & glorioſus nolens derelinquere illos quos ſuo præcioſo ſanguine, diraq; morte redemit, miſit ex Gallia & Neapoli nõnullos empericos vel medicos, qui potius temeraria audacitate, q̃ induſtria cœperunt curare homines hoc malo laborãtes. Aſpera tamẽ & peruerſa erat eorũ cura, vt apparet adhuc in illis qui tunc

curati ſunt, quibus ſecũdus error priori peior acci-dit. Nã prius puſculis & paruo dolore erant infeſtati, nunc vero nodoſis tuberoſitatibus circa iuncturas, fœdis vlceribus & vigilãtiſſimis doloribus. Melius tamẽ erat vllũ, quã nullũ ſolatium quia medici eruditi ſubierant nomẽ malorũ medicorũ, vt infert per Boetiũ de cõſolatione philoſophię cũ ait: Mali medici eſt deſperare ne curetur æger. Ipſis medicis ſupradictis itaq́ laborantibus in cura huius morbi cœpit ille peſtifer morbus nominari, Gallicus, vel Frantzigenus, ab aliquibus Neapolitanus, eo quod primũ ad nos veniſſent morbus & medici ex ptibus præallegatis. Potuiſſet & rationabiliter nomẽ exhauſiſſe, Epidimialis & peſtis, quia ſecũdũ Cõſtantinũ ille morbus nũcupatur epidimialis, qui ſubito & vno tẽpore ſimul multis igruit hominibus, vt viſuȝ eſt de morbo illo in variis climatibus. Sed quia de nominibus apud medicos non oritur contentio, eo propter dicta illa ſtringantur.

De ſignis huius morbi. Caput ſecundum.

CVm aũt medicus nihil poteſt perficere in cura alicuius morbi, niſi prius morbũ agnoſcat, qa inquãtũ medicus fallitur in morbi cognitione & eius cauſa, intantũ etiã fallitur in eius curatione, vt ait Galienus ad Glauconẽ. Qua propter p ſigna aliqua in cognitionem morbi & eius cauſa oportet deuenire, vt aſſerit cõmunis turba medicorum. Et Galienus ſecũdo techni. Signorũ igitur huius morbi quædã ſunt demonſtratiua præſentis ſcilicet infectionis quædã rememoratiua, præteritæ, & pronoſtica futuræ. Signa quidẽ huius morbi demõſtratiua ſunt hæc puſculæ cruſtoſæ, latæ aut lõgę, quę de facili exſiccantur & cadũt ex carne concauæ ad modũ copularũ glandiũ, & cum ceciderũt remanet

quædã glandula eleuata ſupra cutẽ. Aliquæ illarũ creſcũt in longitudine, & ſunt pyramidalis figuræ, emittẽtes ſaniẽ ad modũ olei nucũ. Efficaciſſimum quidẽ ſignũ, ſi cũ illis aliquid apparuerit circa pudibunda. Itẽ aliquæ extendunt ſe in latũ cutis, corrodentes, & vrentes, tanquã euforbiũ vel arſenicũ, & ille peſſime ſũt. Signa vero rememoratiua ſunt hęc dolor intenſiſſimus in iuncturis, in capite, in focilibus brachiorũ, & pedũ, cũ duricie & tumore ſęuiſſimus, dolor eſt deabulatiuus, mordicatiuus, pungitiuus. Et cũ tetigeris illã duritiẽ, ſentitur calida & ſudore ſubtili irrorata. Iterũ cũ reſoluitur ille dolor, franguntᷓ nodi, & effluit virulenta ſanies, ex quibus proueniũt maligna vlcera, multũ infeſtãtia. Efficax quoq; ſignũ eſt, cũ vides ſanguinẽ alicuius per flebotomiã extractũ cõgelari, & in colorẽ liuidũ ſeu cinericiũ conuertiti. Signa aũt prænoſtica ſunt duplicia quia aliqua præauguriunt hãc ægritudinẽ futurã: quædã vero ſaluã aut nõ ſaluã. De primis aũt ſunt dolor capitis, & mẽbrorũ, alteratio coloris faciei, pupillarũ tumor, pigritia mentis, grauitas inceſſus, ſudor fœtidus de nocte & præcipue in aurora. Excitatio poſt primũ ſomnũ, punitio cutis, vt pulicum mordicationes, & in pectine circa fœmora notabilis aggrauatio. Et certiora ſunt hæc ſigna, ſi cũ eis maneat appetitus comedẽdi & bibẽdi: qa cõmuniter hoc morbo laborãtes, fortẽ habẽt appetitũ, cuius cauſam ego aſſigno, quod aliqua portio frigidorum humorũ defluat ad orificiũ ſtomachi. Manifeſtũ nãq; eſt ex dictis Galeni ſecũda Techni, qđ frigidũ appetit, calidum vero digerit, quãuis aliqui in principio huius morbi, minus q̃ in aliis temporibus fortẽ habẽt appetitũ quoniã multa materia flegmatis ſalſi & colerę aduſtę ſunt ibibitę ĩ villis ſtõachi.

Digitized by Google

Quantũ ad ſecũda ſigna prænoſtica ſcire debes, qđ
ſi puſculæ fuerint velocis apertionis, exitus & ma-
turationis, cauſa eſt, quia natura eſt fortis, & nõ de-
bilitata in expellẽdo nociuũ. Naturæ enim forti nil
eſt impoſſibile, educit enim ſaniẽ per medium oſſis,
vt princeps Galenus dixit. Similiter & ſi nõ affue-
rint mala accidẽtia, anhelitus videlicet diminutio,
& dolor nimis intẽſus, & ſi cito cõferunt, ſolita con-
ferre, de quibus tibi ratio & experimẽtũ præſtãt fi-
duciã, quoniã vt ſonat dictũ Galeni, ſolẽtia iuuare
ſuo tẽpore, ſi nõ iuuant, eorũ ſignificatio protendit
in malũ etiã ſi puſculæ exierint ſuauiter, abſq; vlla
coartatione & anguſtia, tũc vere iudicabis morbũ
ſaluũ & cito fore curabilẽ. Sinuero ſigna illis cõtra-
ria apparuerint, videlicet quod puſculæ tardę eẽnt
in exitu ad corporis periferiã, & cum accidentibus
terroris, ſyncopi, anhelitus contrictione exierint,
parũq; contulerint medicinæ approbatæ certe ille
morbus vix aut nũquã curabitur qa verus medicus,
ideſt natura eſt debilis, ideo miniſter nil ꝓficit. So-
nat nãq; veteris ſentẽtia. Eſt quidẽ naturæ curare,
nõ medici, medici vero dignius eſt opus naturę por-
rigere. Et illud ſimiliter tetigit princeps. iiii. cañ. fen
prim. de cura putridarũ in generali cũ dicit: Curans
ſicut ſciuiſti, ẽ natura nõ medicus, medicus aũt facit
peruenire inſtrumẽta ad virtutẽ. Simile etiã verbũ
ponit Cor. Celſus in tertio libro. Natura repugnãte
medicus nihil ꝓficit. Quibus abbreuiatis facile iã ex
dictis ꝑpẽdere potes, hunc morbũ, non tantũ cogno-
ſcere, verum etiã ſaluũ vel non ſaluũ diiudicare.

De cauſa morbi prætacti. Caput tertium.

VNicuiq; curã huius morbi perfecte ſcire vo-
lenti, cauſam ipſius inueſtigare oportunũ eſſe
videt. Quia vt teſtat Ariſto, poſteriorũ pri-

Digitized by Google

mo, Scire nihil aliud eſt, quã rerũ cauſas cognoſce-re. Et eiuſmodi phyſ. primo cũ dicit. Tũc enim arbi-tramur vnũquodq; ſcire, cũ cauſas eius &c. Ex qui-bus facile elicit, ꝙ ſcire enim cauſæ adeptio eſt pfe-ctio intellectus, vt idem philoſophus aſſerit in ꝓhe-mio Metaphyſices. Patet igitur conſideranti ex di-ctis, ꝙ cura morbi difficilis eſt, ignota eius cauſa, iu-xta illud Galeni ĩ tertio techni cũ dixit. Facta vero ægritudo curabit, diſpoſitione a qua principaliter, quæ ſecũdũ naturã operatio lædit ablata, quam & ipſam dicimus cauſam &c. Dimiſſis preterea variis cauſarũ cõſiderationibus, ſecũdũ quod diſtinguunt penes materiã & formã ex quibus vel ad quę ſequit aliqd ſecũdũ naturã, vt Philoſophus primo & ſcdo phyſ. explicauit. Triplicẽ huius morbi de quo nunc verſat noſtra intẽtio cauſam relinquimus, primam videlicet primitiuã, ſecũdã antecedentẽ, & tertiam cõiũctã. Quãtũ ad primã cauſam te ſcire nõ pigeat, quod cauſæ primitiuæ ſunt res, quæ requirũtur ad noſtri corporis conſtitutionem, & producunt mor-bum aliquando ſine medio: aliquando cum medio, & tales procedunt vt plurimum ex ſex rebus non naturalibus: aere, cibo, & potu, motu & quiete, ſom no & vigilia: repletione & inanitione. Et animę ac-cidentibus, vt ira, timore gaudio & triſtitia &c. Et ex illis cauſam huius ęgritudinis rationabiliter ęſti mauere ſapientes aeris mutationem fuiſſe, ex pla-netarum notabiliſſimis conſtellationibus, vt ex ſub ſequentibus intuenti facile patebit. Antecedentes vero cauſæ ſunt illæ, quæ pertinent ad noſtri cor-poris conſtitutionem, producentes tamen mor-bum ſemper cum medio. Et tales in hoc morbo ſunt humores diſpoſiti ad corruptionem aduſtionis: & earundem aſperitatem, vt puta flegma ſalſi, chole-

Digitized by Google

ra aduſta &c. Simplices vel cōpoſitæ. Dixi diſpoſitæ, q͞a ſm̄ Ariſto. ſecūdo de anima, &. viii. phy. etiā ſm̄ Galenū primo de interioribus, nullū agēs inducit effectū aliquē niſi ex diſpoſitione paſſi. De cauſis autē cōiunctiuis dicit̄, quod ſint res pertinentes ad noſtri corporis cōſtitutionē, producentes quoq; morbum ſine medio. Tales vero in illo morbo ſunt mala ægritudo cōpoſita ex mala cōplexione frigida & humida cerebri, propter quā multe materiæ frigidæ & humidæ materiales deſcēdūt ad neruos, iūcturas, muſculos, & poroſitates mēbrorū. Quę ex mala cōplexione calida & ſicca adurunt̄, & ſic eorū vna pars flegmatis ſcilicet ſalſa, acuta & aſpera efficitur: alterā vero aduſta terrea, groſſa, & melancholica: ad lepræ vel cancri ſimilitudinē. Reuertar ergo nūc ad primitiuā huius mali cauſam, determinādo ea, cū dixi hāc ex planetarū ſiue ſtellarū īpreſſione. Ad cuius euidentiam ſcire debes, q̄d in anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo octuageſimo tertio, fuerūt nōnullæ planetarū congreſſiones, die videlicet. xv. mēſis Octobris, hora ſecūda poſt meridiē. Quod aūt clarius intelligas, ſcito tēpore p̄fato, Iouē, Martē, Solē, & Mercuriū, ſimul coiſſe in Libra, in octaua domo quæ ægritudinis ē ſignificatiua. Fuit quoq; humanæ naturæ amicus Iupiter cōbuſtus. Ex q̄bus facillime quis iudicare potuit, ęgritudinē ex ſanguinis corruptiōe, & humorū aduſtione, humano generi euētura. Dico humano generi, quia ille coniūctiones in ſigno humano fuere, videlicet in Libra. Et hæc omnia proteſtat̄. Hali abenragel octaua parte ſua cōpleta, cū cæteris in aſtrologia philoſophātibus. Præterea aduertendū ē, quā furioſum fuiſſe hūc annū, q͞a prima die Nouembris, corroboratæ ſunt ille impreſſiones, cōiūctionibus

Digitized by Google

ſcilicet Martis & veneris, Iouis & Veneris, i domo ægritudinis pręfata. Luna quoq; duas paſſa ē eclipſes, vnā videlicet in Thauro: alterā in Scorpione. Ex quibus apparet, quod hoc morbo laborātes plerūq; doloribus colli: & gulę: necnō genitaliū mēbrorū īfeſtant. Thaurus etenim colli & gulę ſignū Scorpius vero pudibūdorū. Relictis igitur illis & multis aliis: in hac via occurrētibus trāſeo. Manifeſtū nāq; eſt: qđ ſuperiora agūt in inferiora: vt omnis aſſerit prudētū amator. Quāuis aliqui hęc dicta friuolis dictis cōtaminant. Cuius cauſam Ptolomeus in q̄driparitito ſuo: capitulo ſecūdo aſſignat eē ignorātiā. Veriſſimis quoq; verbis ꝑturbat illorū ſtomachos cū dicit. Non enim propter ſtultorū ignauiā vilipendenda eſt philoſophia. Attamē ſi quis hiaret probabilē ſermonē: quod ſuperiora agant in inferiora: ſimiliter quot & q̄bus modis cōfugiat ad dicta celebratiſſimi Petri de Abano: quē Cōciliatorē appellamus: qui hec oīa clare expreſſit: differētia ſcilicet decima. Fuiſſet & mihi animus depingendi figuras conſtellationū ſupradictarū quas a quodā doctore & aſtrologo famoſiſſimo ꝑcepi: qui hūc morbū aliquos ante annos prædixit. Et ſi ipſius nomē ꝓmulgarē haud incognitus tibi eſſet. Interceptus tamen negotiis reticui.

De cura huius morbi in generali. Cap. IIII.

Cvra vniuſcuiuſq; morbi in tribus completur: in debita ſcilicet rerū nō naturaliū exhibitiōe: aut potione: aut chirurgia: vt teſtať Ioānicius in fine ſui introductorii. Et illud cōfirmat Auic. fen quarta primi canonis his verbis. Dicemus qđ res medicationis ex vna triū rerū cōpletur: vna earū eſt regimē & nutritia: & alia eſt medicinarū exhibitio & tertia ē manualis operatio &c. Quātū ad primū

ſciendũ, quod ſex res nõ naturales, aer, cibus & potus &c. imutare habent corpus humanũ duplici de cauſa. Prima ex parte cõponentiũ: Secũda ex parte cõpoſitionis. Ex parte cõponẽtiũ, quia tale corpus compoſitũ eſt, ex quatuor elemẽtis, quæ ꝓpter cõtrarietatẽ ſunt tranſmutabilia, & reddũt corpus ex eis cõpoſitũ tranſmutabile, vt habetur ſm Auicẽnã prima cañ. & ſecundũ Galenũ de elementis. Vnde ſi corpus humanũ eſſet cõpoſitũ ex vno elemento, nõ doleret. Ex parte cõpoſitionis qa corpus humidũ ẽ raræ ſubſtantiæ & paſſibilis. Quapropter oportet & debita illarũ rerũ obſeruetᷓ exhibitio, in ſanis per cõſimilia, in ægris per contraria. Quia omnis cura fit per contrariũ, vt Ioãnes Meſue in vniuerſalibus dicit. Et anteq̃ dicta illa applicenᷓ ꝓpoſito noſtro, nõ lateat te ſcire quod cura morbi ex duplex. Alia vero quæ nihil aliud q̃ abſciſio cauſæ. Alia mẽdoſa, q̃ propriẽ dicitᷓ ſtupefactiua. Et illa nõ debet fieri niſi vrgẽte neceſſitate cũ timeᷓ diſtinctio virtutis, & fortificatio dolorũ. Quę oĩa peſſima ſunt, vt Aui. teſtatᷓ, quarta fen primo cañ. his verbis. Omnis qdẽ dolor qui fit forcior interficit. Accedamus igitᷓ nũc ad ꝓpoſitũ noſtrũ, quare generalia dicta ſufficiant.

De ordinatione dietæ laborantis hoc malo. Caput quintum.

SCito quod dieta nihil aliud eſt, q̃ ſex rerum nõ naturalium approximatio, in debita videlicet qualitate & quãtitate. Plus nãq; valet dieta curare, q̃ potione, vt innuit Ioãnes damaſcenus ĩ ſuis Aphoriſmis cũ ſcribit. Si poterit medicus medicari cũ dieta abſq; potione, proſpera euenient. Ad verã igitur huius morbi curã imprimis aeris electio eſt neceſſaria, quia aer cum circundat noſtra corpora, maxime immutat in ſuperficie partes quæ detecte

ſunt, & iterũ in profundo mẽbra illa ad quæ natura ordinauit, eius ſubſtãtiã peruenire. Sit ergo habitatio puſtuloſorũ in aere ſereno, lucido, puro & ſubtili ſiue ita fuerit per naturã vel artẽ. Quia talis aer ſanguinem mundificat, ſpiritus clarificat, cor lętificat, mentẽ ſerenat, digeſtionẽ in omnibus membris procurat. Ex quibus omnibus natura fortificatĩ ad expellendum nociua. Quapropter ego laudo talem morbum patientes, moram ducere in aere nõ nimis calido nec etiam nimis frigido, quãuis ab initio huius morbi, empericis conſuetũ fuit illos regere clauſos in ſtubis intẽtiſſime calefactis. Aliqui etiã patiẽtes miſerũt in furnos calidos. Aliqui etiã inuoluerũt in ſaccos, & maximũ cruciatũ illis intulerunt calefactione, quod partim laudo partim vero vitupero. Verum nãq; eſt quod aer cõtinens calidum reſoluit & hoc in caſu magna requiritur reſolutio propter profunditatem materiæ imbibitæ in cauernoſitatibus mẽbrorum, & præſertim in panniculis iuncturarum. Etiam quia caliditatis eſt prouocare ſudores, ex quibus ſanguis clarificatur: quia ſudor nihil aliud eſt, q̃ aquoſitas ſanguinis cui pus cholericũ eſt admixtũ. Sed amplius ſcire debes, quod illa intenſa caliditas diſſoluit & laxat mẽbra, digeſtionẽ corrũpit, quę omniũ virtutũ naturę tenet principatũ. Siti efficit, ſyncopi & terroris acerrima iducit. Ex q̃bus cõcluditur naturę debilitatio & mors, niſi corpora ſint robuſta & fortia. Quapropter diſſuadeo illis medicis icũbere, q̃a nõ ſunt digni noĩari hoc diſertiſſimo noĩe, Medicus, ſed potius Parabolani, vt eximi⁹ Ioãnes Reuchlin eis nomẽ obtulit ĩ libello quodã Hippocra. quẽ e Gręco ad Latinũ traduxit. Eſt nãq; medic⁹ adiutor naturę, nõ deſtructor, vt ſupra tactũ eſt. Quod aũt talis aer calidus extra metã ea

faciat quæ dixi:cõfirmat Auicẽna ſecũda primi:cũ dicit Aer calidus diſſoluit & laxat:&c. Habitẽt igiť patiẽtes hoc incõmodũ in aere calido:non tñ extra modũ ſintq́; bene cooperti bonis veſtimẽtis. Et circa eorũ habitationes incẽdať ignis ex bonis lignis: nõ putridis aut male proprietatis: cuiuſmodi ſunt de nuce & populis &c. Caueãt quoq; accedere ignẽ quia ex fumo ignis intendiť dolor puſculoſorũ: vt ſæpiſſime viſum eſt mihi. Occurrit quoq; adhuc quoddã attẽtione dignũ:in aeris electione:qđ temporis cõſideratio eſt:ait nãq; Hippocra. in quodã libello: q̃ attente curandũ ſit medico tẽpora anni: & quid in eis cõtingat. Diuidiť nãq; tẽpus in quatuor partes anni ſolaris:ſecũdũ quod ſol peragrat q̃tuor puncta in circulo obliquo. Cũq; enim intrat primũ punctũ Arietis:vel ęquinoctialẽ circuli: cõſtituitur tẽpus veris:quod tẽperatũ dicimus formaliter: ſed effectiue calidũ & humidũ. Igiť hoc tẽpore licet q̃ tales homines intenſiorẽ caliditatẽ aeris ſuſtineãt: propter humiditatis reſolutionẽ. Ver enim tẽpus repletionis eſt. Deinde cũ ſol permeauerit tria ſigna: intrando circulũ quẽ Tropicũ Cancri nominamus: oritur æſtas:tẽpus calidũ & ſiccũ:ĩ quo minus oportet calefacere aerẽ patientũ:quãuis bonũ ſit in habitatione accendere ignẽ:propter depurationẽ aeris: ſed habitare in ſtubis & ſtuffis certe malũ eſt. Poſtmodũ intrante ſole æquinoctialẽ circulũ:& libram: tẽpus quod autũnũ dicimus:oritur melãcholicæ naturę. Tunc enim bonũ eſt habitare in ſtubis calefactis:ita quod ſæpe ſudores prouoceť. Sẽme quoq; cauendũ eſt ne frigiditas eo tẽpore corporis ſuperficiem attingat:quia humores mali congelareť:& per conſequens reddereť inobediẽtes naturę. Deinde cũ ſol intrat tropicum Capricorni:oriť hyems

dira,

dira, frigida & humida, qa vapores & fumi ex occul tis terræ & aquis humectant aerem. Quapropter bonũ eſt eo tempore morari continue in calidis habitationibus, & bene operiri indumẽtis de pellibus vulpinis, quæ ſpecialiter in hoc morbo ſunt conuenientes. Attamen nõ ita punire licet miſeros, quẽad modũ faciunt pſeudones medici. Hæc quantum ad primã partẽ dietæ ſufficiant. Nunc properandũ eſt ad ſecundã rẽ, non naturalẽ, quæ cibum & potũ cõprehendit. Relicto igitur ſpeculationis officio, ne perlongetur ſermo, ſciendũ eſt quod taliter cibãdus ſit æger, quod virtus nutriatur, & non morbus, vt dicit Galenus. Et illud proſequitur cũ patienti propinant cibi & potus ſubſequẽtes. In principio itaq; huius mali cõpetit regimẽ humectatiuũ, quod perficitur ex iure & ptiſana ordei, lentibus, paſſulis, amido, ſimiliter valet cibus factus ex ſeminibus melonũ, & cucurbitę, qa cõmuniter febrilis calor adeſt in principio morbi, quapropter humida cõferũt, vt ſaluetur Hippocratis dictũ i Aphoriſmis particula prima humidæ dietæ &c. Conferũt etiã carnes hędinæ, vitulinæ, caſtratinæ iuuenes, pullorum, cum ſucco granatorũ. Ex oleribus blitis, ſpinachia, borago, lactuca. Et plus cõpetunt talia cũ ſigna apparẽt coloræ aduſtæ. Potus vero ſit ptiſana hordei cum zucaro, aut ſirupus violarũ, aut aqua frigida. Si vero febris nõ fuerit multũ intẽſa, detur vinũ lymphatum. Eodẽ quoq; modo dietandus eſt patiẽs in augmento. Cũ vero puſcule exierũt ad cutis ſuperficiẽ, & grauedo aliquantulũ remiſſa eſt tunc ſcies ægritudinẽ in ſtatu eſſe. Quare patientẽ bonis carnibus, & ouis ſorbilibus, lactuca, paſſulis, piſcibus petroſis cibare ſtudeas. Potus quoq; eius ſit vinum rubeum clarũ, bene lymphatũ. Et minus cibet q̃ in principio

Digitized by Google

& augmento, dicit enim Hippo. in primo Aphoriſ. Quando in ſtatu eſt ægritudo, tenuiſſima dięta neceſſarium eſt vti. Neq; obliuioni tradas miſcere cũ cibis reprimẽtia acuitatẽ ſanguinis, cuiuſmodi iuiube ſebeſten, poma granata &c. Cũq; autẽ iam cœperint alleuiari acerrima & puſculæ cadere, tunc ſcias declinationem morbi adeſſe. Quare paulatim trãſire debes ad cibos ſicciores, quia in fine regimẽ exiccatũ aliquantulũ prodeſt. Semp tamen animaduertendũ eſt naturalis cõplexionis eucraſiã vel dyſcraſiam, quod ingenio periti medici cõmittendum eſt. Secundã rem naturalẽ cõdigne ſequitur tertia, quæ per ſomnũ & vigiliam ſignificatur. Somnus illorum ſit nocturnus, non tamen vltra ſex horas. Eſt enim talibus res valde cõueniens, quoniã vt teſtant̃ principes medicinæ. Somnus virtutes naturales efficit fortes, intelligendo ſomnũ moderatũ, quia imoderatus ſomnus diſponit corpora ad peſſimas ægritudines. Vigilia vero moderata nõ minus cõfert, qa virtutes diſponit ad operationes ſuas exercendas. Superflua tamẽ vigilia corpus exiccat, & diſponit ad ethicã ſenectutis. Quare cum dolor adeo fortis fuerit, quod patiẽs nõ poterit dormire, medicus ſane põt procurare ſomnũ, cũ oleo violarũ vel nemifario, vel cũ comeſtione lactucæ vel ſeminis papaueris. Nõ tamen vti licet ſoporiferis fortibus, cuiuſmodi iuſquiamus, mãdragora, opiũ &c. Vt igit̃ ſatiſfaciã petitiõibus tuis, hic deſcribere decreui pomũ quoddã, quod patientibus ſuauiſſimũ ſomnũ pſtat olfaciendo ipſum, & tẽpora fricãdo cũ illo. Quo vti potes in fortibus doloribus, & nimiis vigiliis, cuius deſcriptio hoc eſt. Recipe croci opii thebaici, corticis mãdragorę ana drachmã vnã, terãtur ſubtiliter, & fiat pomũ cũ drachmis duabus, cerę albę. Quarta

res nõ naturalis, repletione & inanitione indicatur. Volens nãq; curare hunc morbũ, debet attẽdere an corpora ſint repleta vel nõ. Si repleta aut ſunt plectorica aut cacochimica. Si plectorica, qđ perpẽdere põt ex ſignis plectoriç medico notis, tũc illico flebothomãdus ẽ æger, ſi tp̃s, virtus, ætas, & cõſuetudo flebothomiã admiſerint, q̃a ſm Aui. prĩo cañ. fen quarto flebothomia eſt vniuerſalis humorũ euacuatio multitudinẽ &c. Si vero fuerit corpus cacochimũ, pharmaco humores corruptos minuere licet poſtea indigeſta digerere, tãdẽ digeſta ſucceſſiue eradicare, nõ vna vice, vt fatui faciunt. Debet & medicus ſollicitus eẽ in p̃meditãdo, an talis plectoria vel cacochimia ſit in vno vel in oĩbus mẽbris, & ne aliquã materiã ducat per incõueniẽtẽ regionem. Dicit nãq; Hippocras veritatis idagator in primo Aphoriſmo. Quę ducere oportet vndecũq; natura maxime repit, inde ducere p̱ cõuenientes regiones. Et ex illis dictis potes iã offendere inanitionẽ. Multi etenim errãt in hoc morbo, cũ volũt euacuare humores per ſeceſſum, & natura intẽdit eos euacuare per aliã viã. Aut cũ faciunt flebothomiã, cũ natura iam operatur expulſionẽ materię ad cutis ſup̃ficiẽ, & tales impediunt naturã & generant motus contrarios, q violenti nominãtur a phyſicis. Et illi plus replẽt corpora malis humoribus, q̃ euacuent. Oportet ergo, vt ſe ſtudioſum reddat medicus ĩ hoc morbo ne naturã impediat, quia natura fortiter operat̃ in hoc malo. Quinta res eſt, metus & quies. Motus vel exercitiũ conueniunt in hoc caſu, q̃a color naturalis per ea cõfortatur, & augmentatur, fumos malos ex corpore expirare faciunt, corpus a ſuperfluitate mundificant. Quare laudabile eſt patientes hunc morbum gerere exercitiũ ſuaue (ſi ſaltem poſ-

Digitized by Google

ſunt) hincinde ſpaciando ante comeſtionē. Nequaquā tamen licet hoc fieri poſt comeſtionem. Quies cōtrario modo ſe habet, quia infrigidat, & cōgelat humores, iccirco ſi patientes hūc morbū nō poſſunt ambulare, bonū eſt loco exercitii vti fricatione, cū pānis calidis, vel fomentationibus & balneis in ſtuphis, quæ omnia ſpecies exercitii ſunt. Sexta igitur res & vltima eſt debita approximatio accidentium animi, cuiuſmodi gaudiū, triſtitia, timor, ira. Ira nāq; calefacit, quare diſſoluit & ſubtiliat. Cōtrarium vero timor & triſtitia faciūt. Quare oportet remouere ea quæ infirmū habēt mouere ad animæ accidentia iā enarrata. Quorū duæ ſunt cauſæ, obiecta ſcilicet & affectus. Multum quoq; valet apud infectos ſolacioſis verbis incedere, ne ingruat ꝓfunda cogitatio de rebus triſtitiæ & timoris. Nā fere oēs inclinati ſunt ad tales animi motus, ratione humoris melancholici in hoc malo peccantis.

Remedia curandi morbum Frantzigenum per potiones. Caput ſextum.

SVperius publicaui tibi modū operationis medicinæ in tribus conſiſtere, dieta ſcilicet, potione & chirurgia. Expedita igit̄ prima parte, iniciāda erit ſecunda, in qua tibi monſtrabo modū curādi morbū præfatū per potiones, intelligendo per potionē omnia quæ per os ſumuntur in quacūq; ſubſtantia fuerint. Nihil enim te docere præſumā, niſi quod ratione, auctoritate & experimēto probaui. Scias tamen quod cura huius mali difficilior eſt in hodiernis diebus, q̄ nuperrimis fuit. Quod perpendere potes in multis, qui elapſis annis aliquibus famoſi fuerunt in ipſius cura, nunc autē paruū proficere valentes, cuius cauſam ego aſſigno duplicē. Primam ſcilicet Saturni efficax dominiū, quod iā ſibi

Digitized by Google

vendicauit exquo materia poroſitatibus imbibita, congelatur & in lapideitatē conuertitur, quod vix remediū ſatis efficax inueniri poteſt. Secūda cauſa, quia homines amplius nō abominātur id malū, q̄re nolūt perſequi bona cōſilia & ſuſtinere dietā bonā.

Remedium primum & principaliſſimum.

SApiētis artificis eſt ordinate procedere in operationibus ſuis, ſic quod primo prima pertractētur, media poſt, & demū vltima, quæ ſunt finis. Igitur ante omnia oportet mediū allicere & exhortare laborantem hoc malo recurrere ad glorioſum & excelſum deū, qui eſt fons & origo principium & finis omnium, qui ſolus languores ſanat (vt Ioānes Meſue proteſtaт). Facinora nāq; noſtra ſæpiſſime ſunt cauſa infirmitatis noſtræ, quāobrem inuocandus eſt Ieſus, vt ignoſcat, Maria ſemper benedicta virgo mater eius, vt miſericordiam imploret. Impoſſibile nāq; eſt curare morbū eius cauſa adhuc remanente, approbante hoc Galeno noſtro.

Medicina minoratiua materiæ peccantis in hoc morbo.

IN principio huius morbi detur medicis minoratiua materiæ. Et nō in declinatione, vt aliqui volunt, quia per hoc impeditur natura, & attrahit ad interiora, id quod a natura tendit ad cutis ſuperficiem. Hoc tamen intellige, ſi venerit aliquis quem in breui inuaſit id genus peſtiferum, & huius medicinæ deſcriptio ſit talis. Recipe caſſiæ nouiter extractæ vnciam ſemis, electuarii de ſucco roſarum, electuarii diacatholicorū anna dragmas duas dragaganti grana quatuor, fiat hauſtus cum vncia vna aquę boraginis. Et propinetur in aurora actualiter calidus, & patiens ieiunet quatuor horas.

Aliud fortius.

Digitized by Google

SI vero per longum tempus durauerit, & tibi videtur habere medicinam minoratiuã fortiorẽ, Recipe caſſiæ extractæ cum aqua lactis vnciã vnam, epithimi, thimi, ana ſcrupulum vnũ, reubarbari agarici ana ſcrupulum dimidium, ſalis gemme, grana duo aqua lupulorum vnciam vnam, fiat hauſtus & propinetur vt prius dictum eſt.

Digeſtiua.

CVm autem hoc factum fuerit, te vertas ad materiæ digeſtionem, propinando per aliquos dies potum iſtũ mane & ſero, quouſq; in vrina ſignum digeſtionis apparet, cuius Recepta talis ẽ. Recipe ſirupi de endiuia, ſirupi de fumo terræ, ſirupi de cicorea, ana vnciam vnam aquarum, lupulorum, caſcutæ, boraginis bugloſſæ, ana vnciam vnã cum dimidia. Dentur omni vice tres vnciæ.

Aliud.

REcipe florum boraginis, bugloſſę, valerianę, thimi, ana manipulum vnum, radicum cicoreæ, endiuiæ, feniculi, ſeminum cõmuniũ frigidorum, ana manipulum dimidium, lupulorum, abſinthii, cuſcutæ, chamæpitheos, ana manipulũ vnũ cum dimidio. Buliant in libris aquarũ octo, vſq; ad cõſumptionem medietatis, & addatur zucari libra vna cũ dimidia, & coquãtur vſq; ad ſpiſſitudinem. Doſis eſt vncię duæ cum aqua lupuli omni mane & ſero, & tardet cibum aſſumere per horas tres.

Aliud cum materia multum fuerit groſſa & inobediens & quaſi chronica.

REcipe ſeminis feniculi, aneti, ana vnciã vnã, polypodii, quercini recentis drachmas tres. Hæc omnia iaceãt per noctẽ vnam in aceto, deinde coquãtur in libris aquarũ tribus vſq; ad cõſumptionẽ medietatis & collaturæ addantur ſucci

ſumiterræ, ſucci lapacii acuti, ana vncias quatuor. Quibus omnibus depuratis, fiat ſirupus cum melle librarũ triũ & aceto in quo ſteterunt radices. Dentur mane & ſero vnciæ duæ cum aqua decoctionis feniculi & maxime iuuabit.

Medicina eradicatiua.

CVmq; apparebit digeſtionis ſignũ, licet eradicare materiã peccãtẽ, nõ tñ pharmaco forti, ne plus attrahas ad inferiora q̃ educes p eradicationẽ. Des igitur mane hoc electuariũ. Reci. electri indi electuariũ de ſucco roſaceo ana drachmã vnã & ſemis dragaganti quattuor grana.

Aliud.

REcipe electuarii hamech drachmas tres aut quatuor ſecũdum quod tibi videbitur expedire, minuendum nanq; & augẽdum eſt quare medicus requiritur diſcretus in illis.

Vel ſic.

REcipe pillularũ de fu. terrę pillularũ de lap. lazuli ana drachmã & ſemis, agarici trociſcati ſcrupulum ſemis, fiant pillulæ. xiii. & dentur in introitu lecti.

Item pillulę de reubarbaro laudãtur in hoc caſu ſimiliter & pillulę de lap. armeno, vel pillulę idi &c.

Deſcriptio pillularum conferentium in hoc malo & ſunt expertiſſimæ.

REcipe yere rufini curtarici impialis ana dracmã vnã, turbit cologntidę hermodii, ana dracmã ſemis, eſulę ſcrupulũ vnũ, maſticis, bdellii ana ſcrupulũ vnũ & ſemis ſeminis feniculi, aneti ana ſcrupulũ ſemis, pulueres illarũ cõficiãtur cũ electuariis ſupradictis, & dẽtur vndecim vel tredecim, aut minus aut plures ſecundum quod exigit neceſſitas.

Medicinæ expellentes puſculas ad periferiã cutis cum ſint difficilis exitus.

Digitized by Google

HIs actis oportet iuuare naturã ſummo ſtudio. quod puſculæ educantur ad ſupficiẽ cutis. Quod hac lege abſolues. Patiens inter ſtuffam vel balneũ factum, vt patebit infra, ſumat quoq; in eo hauſtũ vnum potus infraſcripti, & hoc fiat per tres dies ad omne minus. In exitu quoq; balnei cooperietur pãnis, ne ſubito infrigidetur. Tardet & poſtea comeſtionem per duas horas.

Deſcriptio balnei conferentis in hoc caſu.

REcipe ebulorum, brancæ vrſinæ, ſeminis lini, maluæ, calamenti, mellilori, camomille ana manipulum vnum, buliant in aqua, & caueat patiens, ne ſe humectet, quia malum eſt.

Aliud balneum.

REcipe biſmaluæ fœnugreci, origani, vrticæ, iuniperi, peritariæ ana manipulum vnum.

Deſcriptio decoctionis educentis puſculas.

REcipe ficuum citrinearũ vncias ſeptẽ, lacte ablutas drachmas quinq;, lenitũ excorticis drachmas tres ſe. aniſi feniculi, dragaganti ana drachmas duas & ſemis. Coquantur in libra vna & ſemis aquæ donec remaneat pars tertia, deinde coletur & dentur vnciæ duæ.

Aliud.

REcipe lentium excorticarum dactylorũ immaturorum dragaganti ana vnciam & ſemis, buliant in aqua pluuiali, quantum ſufficit & propinetur colatura.

Quid amplius agendum ſit.

HIs omnibus factis, puſculis quoq; expulſis, ſollicitus eſſe debet medicus ne conuertantur in vlcera & excoriationes. Quare cõtinuo adminiſtrare debet de

Digitized by Google

coctionem epithimi, quam Ioannes Meſue ſcribit. Similiter de tertio in tertiũ diem vti debet balneis ſupradictis, propinando ante introitũ balnei drachmam vnã, tiriacæ vel mitridati, quę valde conferũt, & mirabiliter proſunt. Ego nãq; vidi quandam matronam tiriaca curari, cui omnia alia remedia nihil profuerunt. Cũq; ita laboraſti per triginta dies, & patiens nõ curatus eſt, ſignum eſt, quod materia eſt nimis furioſa, & vix ſolo potu curabilis. Quarẽ oportet vt illico te vertas ad vnguẽta illa ſaluberrima, cum quibus multos curaui, vngendo quotidie bina vice, iuncturas in parte domeſtica, & in paucis diebus cadent puſculæ, niſi pugnet fortuna.

Deſcriptio vnguenti.

RECIPE ceruſæ vnciã vnã thuris, maſticis, litargirii ana vnciã ſemis, olei roſarũ loti, cũ pluribus aquis, & ducti diu in mortario plũbi cũ piſtillo plũbeo, quantũ ſufficit ad incorporandum.

Aliud.

RECIPE olei laurini, olibani, cerę nouę ana vncias duas, auxungię porcinę drachmas qnq; ſalis cõmunis vnciã vnã, ſucci fumiterrę, ſucci plantaginis, ana vncias quatuor, fiat vnguentũ.

Item vnguentum citrinum, vnguentum aureum, & apoſtolorum valent in hoc caſu.

Aliud vnguentum efficax valde in cruſtoſis & peſſimis puſculis.

RECIPE butiri recentis, terbentinæ, auxungiæ gallinæ, olei violarum ana vncias duas, litargirii plũbi vſti, ceruſæ, aloes epatici ana vnciam & ſemis, fiat vnguentum.

Vnguentũ ſanans plagas & veſtigia q̃ remanſerũt.

RECIPE oſſium aduſtorum, ſtercoris cumi, amidis, lupinorum, coſti, ariſtis rotundæ ana fiat

vnguentum cum auxungia porcina.
Item fricatio cutis cum furfure tritici multum valet in hoc caſu.

Hic ſubnotentur vnguenta empericorũ, Argento viuo commixta.

INers vulgus nõnunquã peritiſſimos medicos floccipẽdere nõ veretur cũ putãt quod eis lateant illa vnguenta, quibus medici porcini corpora inungũt. Certe dico tibi, quod nõ ſunt eis abſcondita, imo autem manifeſta, ſed propter nocumenta illorum eis vti nolũt. Deſcribam igitur tibi aliqua vnguenta illorũ medicorũ, vt ſentias, quod nõ ſint medicis ſecreta, quẽadmodũ fatent̃ illi emperici.

Vnguentum.

REcipe ſalis armoniaci drachmã vnã, baccarũ lauri vnciã vnã, aquæ vitæ vnciam & ſemis, thuris, litargirii ana drachmas duas, argenti viui extincti drachmas tres, auxungiæ porcinæ recentis quantum ſufficit.

Aliud.

REcipe argenti viui extincti: clumiæ argenti: ſulphuris viui: thuris: litargirii ana partes æquales: terantur: & ponãtur omnia in forti aceto: & iterũ exiccantur: poſtea terantur ſup lapidem cũ oleo roſaceo quantũ ſufficit.

Aliud.

REcipe zinabrii picis Græcæ: ana drachmas duas: ſucci allei vnciam vnam: auxungiæ porcinæ vncias duas: argenti viui extincti: ſalis cõmunis ana vnciam ſemis terantur ſuper lapidem & fiat vnguentum.

Aliud.

REcipe radicẽ calami aromatici: radicẽ men. radicem zedoariæ ana vnciam ſemis: baccarũ lauri vncias duas: argenti viui drachmas tres: olei laurini: olei roſarũ ana quantũ ſufficit.

Aliud.

RE cipe ceruſæ:litargirii ana vnciá ſemis:ſan/guinis draconis : myrrhæ : maſticis olibani: ana drach.duas cāphoræ drachmā vnā:argēti viui drachmas q̄tuor:auxūgiæ porcinæ:olei lau/rini:olei oliuarū ana vnciá ſemis:fiat vnguentū.

De ſedatione dolorū. Cap. VII.

MVltotiens euenit q̄ patiētes hūc morbū ſæuiſſimo dolore infeſtātur : & p̄ſertim illi qui mendoſa cura curati ſunt ab illis medicis ſupradictis : quare redit dolor & tuberoſitas in mēbris:& cōiter in fo/cilibus manuū & pedū &c. Vt igiť sermōi parcā ſcire debes:q̄ḋ dolor triplicitet ſedať:primo p̄ cauſæ ab/ſciſionē:ſc̄d'o p̄ reſolutionē:tertio p̄ ſtupefactionē. Quātū igiť ad primū attēdere debet medicus:vt ab ſcindat cām doloris:quæ ſm Auic.nihil aliud ē:quā mala cōplexio vel mala cōpoſitio mēbri imprimē/tis:& recipientis. Abſcindere igitur debet medicus hāc malā cōplexionē mēbri mittentis & recipientis potionibus euacuationibus:diæta vnguētis:fomē/tationibus &c.de quibus infra deo dāte exp̄ta vide bis remedia. Secūda vero dolorem ſedantia ſunt illa:quæ reſoluendo illū mitigant: quorū quædā id operātur a complexione : quædam a proprietate. Et ex his ſunt:camomilla:mellilotū:origanū:ſerpil/lum:malua,biſmalua:fœnūgrecum:ſemen lini:ruta: ciminum:ſanſucus:calamentum &c. Tertia vero dolorem ſedātia ſunt ea, quæ auferunt ſenſibilita/tem mēbri:& vocātur a medicis nartotica : quibus non licet vti:niſi cum magna cautella cum cætera nil proficiunt : ſunt enim res imminentis periculi. Vt igitur rem complectatricem habeas aliqua præ/electa remedia oculis tuis ſubiiciam.

Digitized by Google

Proceſſus ſedandi dolorem in materia calida & primo ſiruppus.

CVm mala complexio calida fuerit cauſa doloris, adminiſtrabis hunc ſirupum mane & ſero, cuius deſcriptio hæc eſt. Recipe endiuiæ, lactucæ, lupulorum, lenticularum, aquæ coriandri ana vnciam vnam, roſarũ, ſticados, radicis feniculi, pedis coruini, ana vnciam ſemis, zucari libram vnã, ſucci endiuiæ, ſucci citoniorum, & granatorum acetoſorum, ana vncias duas, aquæ libras duas, coquantur ſecũdũ verã artẽ, & cõdant cũ ſpodino & ſandalis.

Euacuatio.

REcipe catatarticis imperialis, diaprunis, electuariũ de ſucco roſarũ, ana drachmã vnam cum dimidia dragaganti grana tria, propinetur in aurora cum aqua endiuiæ, & ieiunet patiens tum per quatuor horas.

Confortatio membrorum.

DIebus ſequentibus accipiat mane & ſero huius confectionis rotulam vnam. Recipe ſpecierum triaſandali, ſpecierum diarodon abbatis, ana vnciam cũ dimidia, zuccari vncias octo, fiant rotulæ.

Fomentatio bona.

REcipe foliorũ roſæ, endiuiæ, camomillæ, bulliant in aqua, & fomentetur locus cum illis, poſtea vngatur tali vnguento. Recipe olei roſarũ vncias duas, ſeminis lini, fœnugreci ana drachmas duas, pinguedinis gallinæ vnciã & ſemis, camphoræ drachmã & ſemis, fiat vnguentum.

Si vero materia doloris declinat ad latus frigiditatis.

REcipe radicum feniculi, vnciam vnam ſeminis aniſi, feniculi ana drachmas quatuor, fo-

liorum ſaluiæ ſiccarum drachmas quinq;, roſarum drachmas ſeptē, ſticados arabici drachmas ſex polipodii drachmas duas, mellis diſpumati libras duas aceti ſquiliti, vncias duas, fiat ſiruppus, de quo omni mane dentur vnciæ duæ.

Euacuatio.

REcipe benedictę lax vnciam & ſemis, electuarium indi, drachmas duas, trociſcos alahandel ſcrupulū ſemis, fiat bolus.

Vel ſic.

REcipe pillularū de hermodactylis drachmā vnam fiant pillulæ vndecim cum electuario roſaceo. Et multa alia quæ prudens medicus hoc in caſu ordinare poteſt, ſecundum quod ſibi videntur tollerare, ętas, virtus, tempus & cōſuetudo.

Fomentationes.

REcipe melliloti, biſmaluæ, fœnugreci, camomillæ, ana manipulū vnum, decoquantur in aquā & fomentetſ locus. Calida quoq; hæc omnia expreſſa ponantur ſupra dolorem.

Aliud.

REcipe brancæ vrſinæ, maluæ, ſeminis lini, mercurialis, ordei ana pugillos duos fiat vt ſupra dictum eſt.

Vnguentū ſedans dolorem, & mollificans nodos in lapideitatē conuerſos.

REcipe olei amygdalarū dulciū vnciam vnam & ſemis, pinguedinis anatis & gallinæ, ana vnciam ſemis, mucilaginis, fœnugreci, extractæ cum aceto drachmas ſex, ceræ albe parū fiat vnguentū, quo vti debes facta prius fomentatione, & emplaſtris cum malua biſmalua &c. fiat igitur illud p tres dies, habeas marchaſitā ignitā, quę forti aceto irroretur, & ſuper vaporē illū membrū læſum expande, & ipſum ex illo aceto laua. Et hoc duobus diebus facto, ad fomentationem primam cum vnctione illa

Digitized by Google

reuertere, Et ſic alternatis vicibus vnctionē & euaporationem cum marchaſita reiteras.

Vnguentum ad materiam groſſam,

RΕcipe caſtorei, myrrhæ, coſti ana pulueriżentur, & fiat vnguentum molle cū oleo roſaceo.

Aliud bonum.

REcipe ceræ, olei antiqui, olei irini ana vnciam vnam, fiat vnguentum.

Aliud & eſt quoddā nobiliſſimū ſecretū.

REcipe vulpem pinguem excoriatā, inteſtinis etiā euulſis, & impone de armoniaco, galbano, bdellio, thure, maſtice, ana vncias quinq; fœnugræci, ſeminis lini, radicis alteæ, ana vnciam vnā, pinguedinis vrſi pinguedinis gallinæ & anſeris, ana drachmas duas ſuetur & aſſetur in veru, & qđ inde diſtillat, vſui reſeruet, qa certiſſimū eſt.

Modus adminiſtrādi medicinas ſtupefaciētes.

SI vero cū omnibus illis dolor nō ceſſauerit, & æger ad virtutis deſtructionē timetur peruenire, cū magna ſollicitudine te trāſire oportet ad narcotica, q̄ ſtupefaciēdo ſenſum mēbri auferūt, & ſic dolorē ſedāt. Eorū autē iuuamentū non ſine magno nocumento eſſe pōt. Ait nāq; Galenus, quod vſus taliū nō eſt niſi inſtare ad ſyntoma, augent.n. hæc diſpoſitionē hanc & eā difficile ſolubilē operātur, virtutē debilitādo, calorē, & ſpiritū obtūdēdo, ſuffocando & detingendo, maxime ſi recentia ſint. Ex quibus patet, quod male agunt emperici qui cū illis operantur, gloriantes in hoc cū dicunt, hūc hominem curaui a doloribus ſuis, quem omnes doctores non potuerunt curare. Ach quid curaſti, nōne in poſterum videbis. Certe ita gloriantes & delirantes ſunt ſynonima, Eſt nāq; commune omnibus

Digitized by Google

nihil ſcientibus quod ſe omnia ſcire arbitrãtur. Ponam igitur pauca remedia ſtupefactiua cum ſuis bezoarticis ipſa narcotica rectificanda.

Vnguentum.

Recipe opii, croci, ana drachmam vnã, ceræ albæ, drachmas duas, olei roſarũ vnciã vnã, fiat vnguentum.

Aliud fortius.

Recipe opii thebaici, corticis mãdragoræ, radicis iuſqami, ana drachmas duas, ſpice nardi, croci, ana drachmã ſemis, olei nenupharis, olei roſarum, ana vnciã ſemis, fiat vnguentum.

Canon notandus.

Cum volueris narcoticis vti, primo ĩcipias a leuioribus, vt oleũ nenufarinũ, iuſqami, violarũ, poſt ea vertas te paulatim ad fortiora. Item partes corporis inunctæ cũ illis poſt horam aceto irrorent, & ſuauiter fricentur cũ pãno calido, ſufficiãt igitur dicta.

Caput octauum.

Expeditis duabus partibus operationis medicinæ in hoc morbo, diæta ſcilicet & potione, ſequitur nũc tertia, quæ eſt operatio manualis, vel chirurgia de curãdis vlceribus & reliquiis puſcularum dimittam igitur breuitatis cauſa varias demõſtrationes in hoc caſu conferentes, in primis nãq; non propoſui tam prolixum ſermonẽ producere. Scias igitur, quod vlcerum illorum, quædam ſunt aperta, quædam abſcondita ſub cute, & ſunt nodi, de quibus ſupra audiuiſti, qui cum maturati ſunt, in vlcera maligna conuertuntur. Paucas igitur conſiderationes penes illa vlcera te ſcire nõ pigeat. In primis nãq; conſiderare licet complexionẽ hominis, quæ ſi bona fuerit, vlcus erit facilis curæ, ſin minus

contra. Secundo conſiderandũ eſt membrũ mandãs quod cõmuniter eſt epar, interdũ vero cerebrum & nerui. Quare oportet vt ſpeculatiuus ſit volens curare illa. Tertio conſiderandũ eſt vlcus ſecũdũ tres dimenſiones, longitudinem, latitudinem, & profunditatẽ. Quarto operatio cõſiderãda eſt quę oĩa dimitto eruditis in hac ſcientia relinquẽdo tibi remedia expta, cũ qbus ego curaui vltra ducẽtos hoĩes.

Primum remedium.

QVotidie dentur patienti vnciæ duæ ſiruppi de epithron, cum aqua agrimoniæ, & fumi terræ ana vncia vna.

Secundum.

IN prima quadra lunæ, permittẽtibus, tempore, ætate, & virtute, detur id laxatiuũ. Recipe caſſie extracte vnciam vnã, electuarii hamec vnciam cum dimidia.

Tertium.

IN vltima quadra, eodẽ modo detur id laxatiuũ. Recipe pillulatũ de fumo, drachmam vnã iere rufini, ſcrupulum vnum, fiant pillulæ tredecim obſeruatis omnibus quæ ſuperius narrata ſunt.

Quartum.

QVotidie fomentetur vlcus apertum cũ aqua decoctionis barbæ ſyluanę, agrimonię, chelidonię & lappacii acuti. Si vero non apertum fuerit, aperiatur cum ferro ignito.

Quintum.

POſt fomentationẽ mundificetur vlcus hoc vnguento. Recipe farinã ordei, ariſtologiæ rotũdæ ana vnciã & ſemis, mellis roſatũ vncias tres fiat vnguentum & ſuperponatur cum petra lini.

Aliud fortius.

REcipe brioniæ ariſt. rotundæ ana vnciã dimidiam ſalis nitri, tartari albi, ana drachmã vnã mellis quantum ſufficit.

Sextum.

Mundificato

Digitized by Google

MVndificato vlcere, vtere hoc vnguẽto quod facit naſci carnẽ. Recipe thuris, maſticis, ſanguinis draconis, ſarcocollæ, ana drachmas duas calaminaris hæmatitis, ana drachmã vnam, Litargirii vnciã dimidiã plumbi aduſti, drachmam vnã & ſemis, ceruſę, tucię ana vnciã vnã, fiat vnguẽtum cum oleo roſarum quantũ ſufficit.

Itẽ vnguẽtũ citrinũ, fuſtũ & apoſtolorũ optīe valẽt.

Item vnum ex ſecretis eſt, proicere in vlcus pulueres herbæ barbę ſyluanæ, q̃a mirabiliter & pluſq̃ credi poteſt: valet.

Et ſi vlcera ſunt valde dura, & melancholica, poteris addere huic vnguento ſupradicto dimidiam vnciam dragaganti.

Septimum.

DEſcriptio optimi vnguẽti atq; mirabiliter ſanãtis, & ſigillãtis vlcera maligna, quod nõ minus remouet quoq; cicatrices breuiſſimo q̃dẽ tẽpore, facies aũt ſic. Recipe ſanguinis hominis rufi, libras duas (nõ tamẽ oportet ipſum ſanguinẽ ſumere ab vno tñ homine, ſed a pluribus hominibus, q̃a tãta quãtitas incõparabilis eſſet ab vno homīe) aloes epatici, drachmas quatuor, ſarcocollæ librã dimidiã, ſerapini, armoniaci, galbani, picis, maſticis thuris, maſculi, terbẽtinæ, boli armeniaci, ſanguinis draconis, olei roſarũ, cerę, omniũ ana vncias q̃tuor. Liquefactis ſingulis, buliãt & fiet optimũ vnguẽtũ. Quo vtere vt ſupra ſufficiẽter dictũ ẽ. Præualet.n. omnibus cæteris q̃buſlibet vnguentis & emplaſtris vt tu quoq; proteſtaberis, ſi probare tentaueris.

Octauum.

MEdicamen valẽs ad neruos, ſpaſmatos, cõtractos. In hac ægritudine.n. plerũq; ſpaſmant̃ neruí, & cõtrahuntur chordæ. Quare huic accidẽti ita ſubuenis, Recipe adipis gallinę, anſeris,

Digitized by Google

medullarũ vituli, bouis, cerui, vrſi, vulpis, cũ illorũ auxungiis, ana vnciã dimidiam, armoniaci, bdellii, galbani ſtoracis liquidæ ana drachmas ſex olei de lilio drachmas duas, aceti paululũ, fiat cerotũ cum mucilagine ſeminis lini, fœnugræci, & ceræ quantum ſufficit.

Nonum remedium.

EPatis regio epitimetẽ cũ hoc epitimate, quod recipit ſandali albi & rubei ſpodii ana drachmas duas, abſinthii drachmã vnã, teratur & fiat ſcutũ cũ cera. Similiter & occipitio ſuperponendus eſt ſacculus iſte. Recipe anthos, maioranæ floris ſticados arabici, ana vnciã ſemis. Hæc etiã fiant cęteris membris ſi timetur ex eis influxus ad vlcera. Quia illis affluentibus difficillime curabitur vlcus.

Decimum quod remouet maculas & reliquias remanſas.

REcipe ceruſæ lotæ amidi, farinæ fabarũ, cicerorũ, faſcelorũ, dragagãti, his omnibus pulueribus fiat vnguẽtũ cũ lacte muliebris & vngãtur veſtigia & maculæ, & cito abibunt.

Vndecimum remedium.

SEcretũ chariſſimũ ad vlcera virgæ cũ amplius nulla ſpes eſt, cũ quo ego ſæpius famã, & pecuniã impetraui. Quod ſic fit. Recipe puluerũ barbæ ſyluanæ vnciã vnã, myrrhæ thuris ana drachmas duas, oſſis ſepiæ drachmã vnã aſpergatur cum eo vlcus &c.

Conclusio.

HAbes iã ea quæ iã dudũ promiſi amicis & fautoribus quibuſdã optimis quæ ſi ad te puenerint, bona mẽte ſuſcipias rogo. Neq; etiã vilipẽdere velis hũc libellum, rudi ſtilo, & minus q̃ elegãter exaratũ. Ego enim quãuis amator elegãtiæ, nõ curo linguæ ornamẽta, quia homines nõ curãtur ab illis, vt

Digitized by Google

teſtaĩ Cornelius Celſus medicorũ exornatiſſimus cum dicit, Morbi nõ elegãtia, ſed remediis curãtur. Quapropter fructũ pro flore capere velis obſecro. Si vero id opuſculũ (quod vix aberit) manus oſorũ inibit, defendet me Valerii Maximi dictũ cũ ſcripſit hæc verba: Nõ eſt tanta felicitas quæ malignitatis dẽtes vitari poſſit. Non enim alterius opinionis id perfeci, quã vt amicis placerẽ, & cũctis hoc morbo laborãtibus, grata cõmoda publicarẽ. Vtiliora ꝗppe illa dicta ægrotãtibus, quã ſi ſcripſiſſem raptum Ganimedis, & colloquia ipſius cũ Ioue, aut Aeſculapii & Herculis litigiũ &c. Sit ergo finis opuſculo: Deo vero ſemper glorioſo & benedicto laus & victoria in æuum. Amen.

Finis epitomes de vlceribus
Laurentii Phriſii.

LECTORI S.

Ne ſubſequentes inutiliter vacarent chartæ, adiecimus quoq; iſtis pharmacis antidota, ꝗbus curãtur qui malã potionẽ (vnde graues ſæpe oriũtur infirmitates) ſumpſerint, ex Scribonio Largio, qui inter medicos veteres non minimum locum poſſidet.

Ad cicutam.

CIcutã ergo potã, caligo, mẽtiſq; alienatio, & artuũ gelatio inſequiĩ, vltimoq; præfocãtur qui eam ſumpſerũt, nihilq; ſentiũt. Adiuuari aũt debẽt in initiis vino mero ſubinde quãplurimo caldo, & per ſe, & cũ pipere, & cũ ſtyrace poto. Atqui maxĩe ꝓdeſt lac aſininũ datũ, ſi minus, vacinũ, aut quodlibet. Oportet aũt & aluũ acri cluſtere ducere eorũ & ſup vẽtrẽ imponere farinã extra ordeaceã, vel triticeã coctã ex vino caldã.

Ad Opium.

Digitized by Google

OPium potũ, quod quidã meconiũ vocãt ab odoris grauitate intelligit̃ papaueris.n.viridis, cuius ſuccus ẽ, qualitatẽ repreſentat. Facit aũt capitis grauitatẽ, gelationẽ & liuorẽ artuũ, ſudoreſq; frigidos manare. Præterea ſpirationẽ impedit, mentẽ ſoporat, ſenſuſq; ab alienat. Adiuuari porro debẽt qui biberũt, aq̃ cũ oleo in vinũ admixtis, ſæpius datis, & frequẽter reiectis ꝑ pinnã aut log̃ vomitoriũ, Prodeſt & vini cyathus, & paſſi & olei cyathus eadẽ rõne datus. Itẽ vinũ & acetũ pari mẽſura datũ ex aqua mulſa cũ roſa eius mẽſuræ, ita vt iſta ſubinde cogant̃ reiicere. Præterea caput roſa & aceto ſine intermiſſiõe curet̃, eorũq; pedes aſſidue fricent̃ manibus ſiccis, aut linteo aſpero inuolutis. Prodeſt & ſinapi ex aceto tritũ circũdatũ pedibus cruribuſq;, & a ſomni tẽpore prohibere ne obſopiantur.

Ad Altercum.

ALtercũ, quod Græci υοσκυαμον vocant, qui biberũt, caput graue veniſq; diſtẽtũ habẽt, mẽte abalienabunt̃ cũ quadã verborũ altercatione, inde.n.hoc nomẽ herba trahit altercũ, poſtea ſopiunt̃, & oĩ ſẽſu carẽt, liueſcẽtibꝰ mẽbris eorũ. Adiuuant̃ aũt lacte poto aſinino q̃plurimo, vel quodlibet alio recẽti ꝑ ſe, vel decocto. Sed ii prius aqua mulſa ſæpius pota cogant̃ ꝑ pinnã reiicere. Opio læſi ſimiliter curent̃.

Ad Gypſum.

GYpſo poto ſtomachus, vẽterq; dolore vaſto vrget̃, frigidus ſudor ſubſequitur, oculi ſanguilẽti conſpiciunt̃, vrina alba reddit̃, cõcreſcit in aliqua ꝑte vẽtris qđ potũ eſt, & tactu q̃ſi ſanũ ꝑcipit̃. Adiuuari aũt debẽt q his malis vexant, lixiuio e ſarmẽto-

Digitized by Google

rũ cinere facto quãplurimo poto. Itẽ aqua thymũ, aut origanũ decoctũ habẽte. Ad ſpumã argẽti.

SPuma argẽti pota, q̃ Grĉci λιθαργυρον dicũt, vẽtris infert grauitatẽ, iſlãmationẽ, poſtea dolorẽ cũ vrinæ difficili exitu, pcedẽte tẽpore, coloris qdẽ q̃ſi plũbei ſunt, pcipuæ hæc deformitas circa faciẽ deprehẽdit. Supputãt aũt plurimæ ptes eorũ. Adiuuant ſm reiectionẽ aqua mulſa, acriq; curatione, pipere, myrrha, apii ſemine, põdere pari in vnũ mixtis, ex eoq; medicamento den. põ. vnius dare cũ vini cyathis tribus quatuor ve cotidie potis.

Ad ceruſſam.

CEruſſa, quã Grĉce ψιμμυθιον vocãt, qui biberũt facile deprehẽdunt, linguã. n. albã habẽt, cõmiſſuraſq; dẽtium albificãtes. Preterea nauſeãt, reiiciũt poto medicamẽto, caligãt, magis, magiſq; vertigine quadã vrgent. Poſtea ſpiritus via intercludit: & pfocant. Adiuuant aũt poſt vomitũ ab oleo, vel ab aqua mulſa, cremore priſanę caldo largiore accepto, ſed bñ vncto. Itẽ lacte cũ melle poto. Facit & malua diſcocta, cõciſa, ſale & oleo pipereq; cõdita: & pro ſorbitione data p ſe, vel cum vrtica, herbaq; mercuriali. Proſunt & nucleorũ pſicorum interiora ex vino trita atq; pota q̃ plurima. Itẽ lixiuia calda ex cinere ſarmẽtorũ facta. Ad coriandrum.

COriãdrũ datũ apparet quidẽ ab odore ſpirationis totiuſq; corporis. Redolet enim & hoc herbã vt infectũ. Intelligit aũt ex guſtu. Facit porro raucitatẽ, & mẽtẽ mouet. Adiuuari aũt debẽt q biberũt ex vino mero atq; plurimo, vel aqua maria, vel muria dura pota. Itẽ ouis anſerinis ſorbilibus plu-

Digitized by Google

rimum ſalis habentibus, vel iure gallinaceo, agnino ue quã pinguiſſimo, & ſalſiſſimo per ſe poto.

Ad leporem marinum.

LEporis marini guſtus nõ abſimilis illotis piſcibus, aut etiã putẽtibus, qui ſumpſerunt aũt ſtomacho veſicaq; adficiũtur, ita vt vrinã quidẽ difficulter, & cum dolore, purpureiq; coloris reddãt. Stomacho itẽ tẽto & dolẽti ſunt, aureſq; ab oĩ eſca, pcĩ puç piſce. Nauſeãt pterea & ſubinde reiiciũt ſpumoſa, iterdũ bilioſa aut ſanguilẽta, & maxime cũ ſimulauit, aut nominauit aliquis piſcẽ in ſomnis littoris pulſi fluctus vident ſubinde audire. Oculi eorũ exulcerãtur, genæ inflãtur. Coloris mali, & veluti plumbei fiũt, minutatimq; per tabẽ quaſi phthiſici cõſumuntur. Adiuuari aũt debẽt hoc malo circũuenti lacte muliebri, vel eqno, vel vaccino, aut aſinino quã plurimo cotidie p ſe, aut cũ melle ſumpto. Prodeſt & maluæ ſorbitio bñ vncta & ſalſa. Itẽ proſunt malorũ punicorũ grana aſſidue data. Bene facit & pix cedria, ſi qs inde bina, terna ve cochlearia eius ſumpſerit p ſe, vel ex paſſi cyathis duobus tribuſue. Itẽ benefaciũt iuniperi tritæ quãplurimo cũ paſſo, aut per ſe datæ.

Ad Salamandrum.

SAlamãdra qbus data eſt, lingua exaſperatᷓ, corpus inualidũ fit, præter hoc torpet rigoribus quibuſdã, & liuoribus q̃ſi maculis variatur. Adiuuari autẽ debẽt quibus impacta eſt melle quãplurimo per ſe, vel cũ reſina ex pinu, cuius etiã tenera folia cũ herba, quã Græci χαμαιπίτυν appellãt, decocta ex aqua mulſa proſunt. Itẽ lini ſeminis farina ex aq̃ mulſa ſumpta quãplurimum bene adiuuat.

Ad Aconitum.

Digitized by Google

ACONITI guſtus ē auſter atq; ſubamarus. Potũ autẽ protinus facit corpus graue & diſplicẽs. Mordet aũt ſtomachũ, & cor adficit, itaq; ſudor eueſtigio inſequitur, multus & frigidus, maxime circa oculos & frõtẽ apparet. Inflãtur inteſtina, & vẽti plurimũ emittũt, qui biberũt, capitiſq; dolorẽ habẽt cũ vertigine quadã, aſſidue quidẽ, ſed præcipue cũ ſe e lectulo leuare conantur. Propriũ eſt autẽ huius mali medicamẽti protinus liuidos articulos & artus facere. Sed adiuuãtur facile q id ſumpſerũt, ruta quãplurima pota cũ vino, itẽ iure gallinæ pinguis vel bubulæ. Prodeſt & his vinũ chamæpythyn decoctã in ſe habens, itẽ acetũ melle mixtũ in quo ferri ſtercus, quod σκωριαν Gręci vocãt, vſtum, prius inferueſcat ſæpius, & ita detur. Itẽ proficit abrotoni pondo ſextãs ex vino datũ, & origani põdo ſextans eodẽ modo datũ. Præcipue autẽ adiuuabit, ſi quis coagulũ leporis, hinuli, & porci in vnum miſcuerit, & dederit ex vini hemina aut cyathis tribus den. pon. vnius vel victoriati pondus.

Ad Cantaridas.

CAntarides guſtum & odorem ſimilem pici e cedro factæ habẽt. Potæ ſtomachi dolorem, morſuſq; excitant, præcipue veſicæ. Quamobrem qui biberunt eas, difficulter vrinam & cum ſanguine reddũt, exulcerata ſcilicet veſica. Præterea animo ſubinde linquuntur deficiuntq;. Adiuuantur autem cum ſæpius reiecerunt, paſſo cum oleo poto vel oi lacte, ſed debent plurimum eius ſumere. Item proſunt eis nuclei pini per ſe ſumpti, vel ex aqua mulſa aut ex paſſo triti & dati. Itẽ cucumeris ſemẽ purgatum, & lini ſemen ex paſſo datum. Adiuuat bene &

Digitized by Google

ius pingue agninũ, vel ex bubula factũ, & farina triticea pultis more cocta, plurimũ anſerini adipis habente. Prodeſt & ſamiæ cretæ den. pon. quatuor cũ paſſi cyathi quatuor mixtiſq; aqua datũ. Itẽ oleum irinũ ex ruta tritũ & potũ. Ad Bupreſtim.

BVpreſtis guſtus ẽ nitri ſimilis, facit autẽ tumorẽ, ſtomachiq; infinitũ dolorẽ, & inflat totũ corpus in ſpeciẽ hydropici. Adiuuãtur aqua ficus aridæ decoctæ, & ipſa ficu plurimũ ſumpta. Item paſſo plurimũ & lacte muliebri, & iure ſuillo pingui accepto, & vitri den. pon. quatuor cũ aquæ hemina dato, & cæteris quæ ſupra ad cãtaridas ſcripta ſunt.

Ad Dorycnion.

DOrycnion guſtũ quidã habet lactis, potũ vero ſingultus crebros facit, & vomitus frequẽter cõcitat. Reiiciunt aũt ab ſtomacho ramenta, q̃ ẽt ſimilima tormi noſis, ſubindeq; aio deficiũt. Adiuuari aũt debẽt læſi eo, lacte aſinino, eq̃no, bubulo, cõchiliis omnibus crudis atq; decoctis. Ad Ixiam.

IXia, quã quidã chamæleonta vocant, odorẽ habet, cũ ſumitur, ocyni pota aũt linguę tumorẽ facit. Mẽtẽ abalienat vẽtrẽq;, & oẽs naturales exitus ſupprimit. Adiuuãtur aũt læſi ab ea abſinthio poto cũ vino. Itẽ caſtorei den. pon. ii. dato ex vino cyathis quatuor, & rutæ frutibus quinq; vel ſex. Facit bene, & chamęlea den. pon. triũ ex vini cyathis tribus aq̃ mixtis, nec minus radix laſeris ex vino data. Tragoriganũ eodẽ modo datũ. Ad Ephemeron.

EPhemeron potũ protinus quidẽ totũ os prurire facit velut ſcylla tactũ, poſtea etiam adurit quaſi pipere mãducato, ſecũdũ hæc quoq; ſto-

machū mordendo exulcerat atq; id biberint, primū ab ore ſanguinē expuūt, deinde ex ſtomacho cruorē reiiciūt, poſtea p ſellas, & iā abūdāti⁹ eūdē deiiciūt. Adiuuabunt autem læſi ab eo polygonii ſucco quā plurimo per ſe poto, vel arido trito pōdo libræ, dato cū aqua. Præmacerētur aūt mala cydonia, aut vitis capreoli, aut myrti baccæ, aut eiuſdem folia.

Ad Toxicum.

TOxicū cuius ſit guſtus haud facile quis dixerit. Verū cū potū eſt, eueſtigio ciet dolorē omniū interaneorū infinitum, & velut telo traiectorū, concitatq; mētis furorē: cogitq; exululare: & palpitare lingua ſimiliter decollatorū capitibus: nihil. n. pōt intelligi ex voce eorū. Adiuuātur aūt qui id biberīt roſa pota: aut oleo irino: coactiq; frequētius reiicere. Itē aluo acri clypſo ſæpius ducta poſtea paſſo: lacte: & antidoto mitridatio.

Ad Pharicum.

PHaricū & ipſum dicitur ex cōpluribus cōponi, guſtūq; habere nardi. Potū aūt facit ſpaſmon: cito exanimat. Adiuuātur vero læſi ab eo ſaliunca: ideſt: nardo ſylueſtri quāplurima ex vino ſæpius data. Itē oluſatri radice aut ſemine ex vino dato. Benefacit & hoc medicamētū galbani puri den. pō. duum: myrrhæ den. pon. vnius cū paſſi cyathis quatuor datū den. pon. vnius: & hoc ēt ad oē medicamētum facit.

Ad Tauri ſanguinem.

TAuri ſanguinis potū: quāuis quis difficile cælauerit: hūc tamē veſtigia cruoris relicta inter dētiū cōmiſſuras produnt. Nauſeāt aūt & præfocant qui biberūt: cū gelatur. Sed adiuuant aceto calido ſæpius poto & iniecto per ſe: vel cum nitro laſeriſue

radice.

Ad Lac potum.

LAc potum & gelatũ adore ſpirationis (ſi nõ confitebiť qui laborat) cognoſceť præfocãtur antẽ & hoc homines. Adiuuari autem debent qui ab ea laborant, menta q̃plurima ſæpius ſumpta. Item coagulo agnino, leporino porcino, victoriati pondere ex aqua bis terue dato. Prodeſt & laſeris radix cum poſca, & aluus acri clyſmo ducta.

Ad Fungos.

FVngis venenatis cũ quis laborat, primũ nauſeat, nec quicquã magnopere reiicit poſtea ſtomachũ vẽtriſq; & præcordiorum infinitos habent dolores, manant ſudores frigidi per artus, qui & ipſi gelãtur celerrime, niſi cito ſuccurrať. Adiuuãtur autem radice ea quam nos edimus, acri quãplurima per ſe, vel cũ ſale mãducata, eiuſq; ſemine, ſi ipſa nõ fuerit poto ex vino. Itẽ ruta ex aceto trita & pota ꝓficit. Nec minus lixiua cineris ex ſarmẽtis pota. Adiuuat & nitrũ aceto dilutũ & datũ, eodẽq; modo æris flos datus, & mel cũ dilutũ quãplurimũ deuoratũ. Oportet autem & oleo ante multo poto cogere eos reiicere quantumcunq; potuerint, & eodem caldo ſubinde artus perunctos expreſſius fricare.

Ad Irudinem.

IRudinẽ, quã quidã ſanguiſugã vocant, deuoratã, & adhærentẽ faucibus, eoq; ipſo moleſtiã, titillationẽq; quãdã præſtantem, excutere oportebit aceto q̃plurimo p ſe, vel cũ ſale aut nitro aut laſere. Idẽ faciũt & niuis glebulæ quãplurimũ deuoratæ.

FINIS.

Digitized by Google

LIBELLVS DE

MORBO GALLICO QVI ITA PERFECTE eradicare ipſum oſtendit, vt nunquam reuertatur nocumẽtum, in ore accidere nõ pmittẽs, neq; in lecto ſtare cogẽs cũ explanatione arboris ſignorum æditus per Ioannem Almenar Hiſpanum artiũ & medicinæ doctorem eximium.

TAm graui lãguẽtiũ morbo pietate cõpulſus, de tãta in curando ipſum medicorũ ignorãtia dolens, meaq; erga te beneuolẽtia motus mi chariſſime Luca ſũmi opificis auxiliũ imploro. Quatenus mẽtem meã in ſcribẽdo illuſtret, in curãdo mea ſequẽtibus remedia habilitatẽ p̄ſtet, ĩfirmis in ſanãdo gratiã largiat̃. Conabor ergo tibi libellum tradere, quo ſanos a morbo Gallico p̄caueãt doceas, ĩfirmos taliter liberes vt nũquã morbus reuertatur, nec vti Empirici faciũt, ĩ lecto ſtare cogas, nocumẽtũ ĩ ore nullũ accidere pmittas, ĩcurabiles q reputãtur qñq; tales morbos mirifice ſanes, & in curãdo fiſtulas, cãcrũ, ſcabiẽ, leprã, & oẽs fere melancholicos morbos doctus efficiaris, neq; hoc a veritate alienũ putes, qm ſi bñ pſpexeris, rõne & auctoritate id verũ eſſe cõprehẽdes, & ſi exptus fueris ad ſenſu; hoc patere cognoſces, nec me in hoc opuſculo niſi multis expiẽtiis cõprobata remedia ſcribere credas, vbi ſi qd minus bñ dixero ęquo aio feras, ſi aũt ex eo fructũ cõſequaris, deo laus & gloria tribuat̃, p mei tñ laboris mercede tibi & quibus hic labor p̄fecerit, dicere libeat. Te deũ ſuppliciter exoramus, vt q hoc nobis bñficiũ intulit, tuo bñficio muniat̃, vt ab oĩ animi & corporis miſeria liberet̃, & nos liberemur. Amẽ.

Digitized by Google

Diuiſio opuſculi talis.

In primo capitulo determinabitur de origine morbi eius definitionem concludendo.

In ſecundo de cauſarum ipſius indagatione.

In tertio de Signis.

In quarto de cura.

In quinto de Cautela in euitãdo hunc morbũ.

In ſexto de Solutione pulchrarum difficultatũ.

In ſeptimo pro his qui in medicina parũ exercitati ſunt, declarabo arborem ſignorum qua poſſint huius morbi & aliorum qualitatem cõprehendere, & ipſorum cauſas inueſtigare breui ac clariſſima via.

Digitized by Google

De morbi origine & diffinitione Caput Primum.

COnuenerunt ſapiẽtes quidam vt hic morbus qui apud Italos appellatur Gallicus, nũc dicatur Paturſa, quod interpretatur paſſio turpis ſaturnina, turpis enim morbus eſt, qa mulieres incaſtas ac religioſas reputari facit, & generaliter omnes deturpat. Et ſaturninus, quia a Saturno propter eius ingreſſum in ariete, aliis cœli diſpoſitionibus coadiuuãtibus originẽ traxit. Et ſi illi influxus ceſſauerint, nõ propter hoc morbũ ceſſare neceſſe fuit, quoniam plura corpora infecta remãſerunt, a quibus alia inficiuntur, ex quo cõprehendi poteſt quod adhuc per multos annos hic morbus durabit, ideo caueant homines vt de aliis ſumpto exẽplo de ipſis dici poſſit, felix quem faciunt aliena pericula cautum. Fuit autem diſpoſitio a cœleſti influxu tũc in corporibus impreſſa, humorũ aduſtiua, ex parte ſigni arietis ꝙ calidũ & ſiccũ exiſtit, & per aduſtionem, humorũ frigidorũ & ſiccorum productiua, ex parte Saturni qui frigidus & ſiccus natura exiſtit, qui humores frigidi & ſicci ſiue melãcholici, ꝑ aduſtionem geniti, pulſi ad varia loca, varios dolores inferunt, & ad cuti varia puſtularũ genera producunt, definiatur ergo ſic. Morbus Gallicus ſiue paturſa eſt mala epidemialis diſpoſitio in mẽbris corporis, pręcipue in hepate & venis & eorũ humoribus exiſtens, ex qua veluti accidentia ſequuntur dolores & puſtulæ per vniuerſum corpus. Tangitur cauſſa efficiens quũ dicitur epidemialis qa a cœleſti influxu procedẽs. Formalis quũ dicitur mala di-

Digitized by Google

ſpoſitio. Materialis quū dicitur in mēbris, etiā tangitur differētia per hoc qḋ dicit ex qua ſequunť dolores &c. De finali aūt cauſa morbi, medicus corporalis nō ſe intromittit. Spirituales tñ medici debēt eſſe ꝑpter punitionē peccatorū, quare q ab hoc liberari aut ipſum euitare procurāt, a delictis caueant vt mētē ſuā deo applicēt. Solus enim deus lāguores ſanat vt inquit Meſ. in de appropriatis, ex qua diffinitione plura ac vtilia ſequūtur correlaria. Primū qḋ hic morbus eſt vnus & nō plures vt quidā inſufficiēter dixerūt, quoniā de ipſo nō poſſet vnica dari diffinitio, neq vnicā ſemp cauſſam haberet efficiētem, neq vnica illi cōpeteret cura, neq vnicū haberet nomē, qḋ incōueniens eſſet vt pro ꝑte apparuit & manifeſtius adhuc apparebit. Secūdū correlariū quod male arbitrātur qui de hoc morbo capitulum inueniſſe credūt ſiue capitula vt de doloribus iunctuararū & de aſſafati, quoniā illis nō cōpetit diffinitio ſuperius aſſignata, ꝑterea nō omnes dolores q fiunt, ſunt in iūcturis, neq oēs puſtulæ aſſimulātur aſſafati, quare neq hic morbus in eſſe cū illis cōuenit, neq cura eius ad curā illorum reduci poteſt vt inferius manifeſtabitur. Tertiū correlariū qḋ qui curāt tātū puſtulas, aut qui tātū ad dolores aduertunt, imperfecte curāt. Quis enim ꝑfecte pōt curare capitis dolorē aut nimiā linguæ ariditatē vel ſitim quæ a febre proueniūt niſi prius curetur febris, accidens enim ſequiť morbū ſicut vmbra corpus vt Gal. iii. de accidēti & hoc pacto dolores vt puſtulę curari nō poſſunt, niſi prius hic morbus cureť, quoniā iſta aut ſunt accidētia, aut ægritudines aſſociatæ quæ ſequunť, principalē & curā illius pręſupponunt, vt Auic. in prima tertii, & pleriſq locis oſtendit. Quartū correlariū quod ſi quis coniungat curā

Digitized by Google

Empericorũ & curã iſtorũ qui regulariter opari cre
dunt, vt Emperici vnguẽdo & vt medici purgãdo,
quod adhuc inſufficiẽs eſt cura, qm̃ per illa medica-
mina non remouetur illa mala cõplexio quę in mẽ-
bris impreſſa eſt, & hæc fuit cauſa quare multi cre-
diderũt ſe eſſe ſanos & nõ fuerunt, & ſi aliquis ſana-
tus eſt hoc fuit quia per medicinas ſolutiuas & vn-
ctiones fuerũt humores perfecte euacuati, quibus
euacuatis natura fuit potẽtior ſupra morbũ vel ſu-
pra malã illã cõplexionẽ & ipſam expulit, hoc tamẽ
nõ factũ eſſet niſi virtus eſſet fortis & impreſſio fuiſ
ſet modica, vbi aũt virtus fuit debilis & ĩpſſio for
tis nõ potuit hic morbus expelli, propter hãc diuer
ſitatẽ in virtute et impreſſione quidã potuerũt ſa-
nari abſq; medicinis, qdam cũ medicinis, et quidam
nullo modo ſanari potuerũt, nos autem oſtẽdemus
modũ quẽ experientia et ratio docuit, ad ſanandũ
omnes, remouendo cum medicinis nõ ſolum humo
rem actu faciẽtem dolores et puſtulas et ipſum qui
paratus eſt facere, verum ipſam malam complexio
nem quæ humores inficit ipſis tamen prius euacua
tis, vt regulariter facere conuenit et in hoc conſi-
ſtit theſaurus curę, plura alia correlaria inferre poſ
ſem, ſed quia ſuperfluum eſt prolongare ſermonem
in rebus quæ in medicatione nullum afferunt iu-
uamentum, vt ait Galen. primo regiminis acuto-
rum. ſatis de hoc dictum puto. Supereſt modo de
cauſis determinare.

De cauſis morbi Gallici.
Caput. II.

CAuſarũ duplex eſt genus, quoniã q̃dã ſunt pri-
mitiuæ, quædam corporales, et iſte duplices
quædam antecedens et quædã cõiuncta, pri-
mitiua põt eſſe in hoc morbo duplex pricipaliter.

Digitized by Google

Quarum prima eſt ſola influentia vel aeris corruptio per quam cauſam eueniſſe pie credēdum eſt in religioſis. Secunda eſt conuerſatio, vt per oſcula & lactis aſſumptionē vt in pueris viſum eſt aut ꝑ coitum vt in pluribus cōpertū eſt & frequētiſſime eueniſſe, aliis autem modis & pręcipue a ſola influentia vel aeris corruptione rariſſime, & etiā per alios modos conuerſationis euenire potuit quod tuę cōſiderationi derelinquo. Satis eſt vt ſcias hunc morbum eſſe contagioſum vt experientia docet & ratione ſimilitudinis quam habet cū morbis cōtagioſis non aliter credēdum eſt, vnde Auic. ſecūda primi in complendo ſermonem de diſpoſitionibus ægritudinum quædā ſunt quæ de vno ad aliud trāſeūt, ſicut læpra, ſcabies, variole febres peſtilentiales, & apoſtemata putrida. Cauſarū vero antecedentium qua duplex eſt genus ſecūdū quod quatuor ſunt humores qui in materia huius morbi tranſire parati ſunt propter eorū indiſpoſitionē, aut qui impreſſionem morbi ſuſcipere apti ſunt vt ſanguis cholera, phlegma, melācholia. Cauſa vero cōiūcta ē duplex quia quędā eſt ipſius morbi, & eſt humor qui primo infectus aut alteratus a cauſis primitiuis inficit mēbra & alios humores, & hinc dicitur, cauſæ primitiuæ mouent antecedentes, ſed cauſa coniuncta accidentium eſt humor imediate cauſans dolores aut puſtulas. Sed hic poſſet queri an mala qualitas exiſtens in humore, qui eſt cauſa antecedēs, poſſit eſſe ægritudo & videtur ꝙ non, cū ægritudo ſit paſſio viuētis & humor non viuat. Ad quod reſpondetur ꝙ humor exiſtēs in hepate & venis infectus iſta mala qualitate poteſt eſſe ægritudinis ſubiectū, dato ꝙ illa mala qualitas adhuc nō ſit cōmunicata membro, quoniam ipſa poteſt lædere operationē dige-

Digitized by Google

ſtiuæ hepatis & venarũ vt humores corruptos ge-
neret, ergo p̄ diffinitionẽ ęgritudinis patet ipſa3 eẽ
ęgritudinẽ. Ad argumẽtũ aũt dicit, q̄ ſufficit q̄ viuẽs
ſit ſubiectũ denoiationis, ſiue illud qđ denoiat ęgrũ,
nõ aũt oportet qđ ſit ſubiectũ inheſiõis, imo ſtat q̄
ipſe humor ſit ſubiectũ, cui ipſa ęgritudo inhęreat.
Et ſi dicat quõ humor poterit eẽ antecedẽs & in eo
eſſe ſubiectiue ęgritudinẽ? Dico q̄ erit cã antecedẽs
reſpectu dolorũ & puſtularũ, qa paratus fluere ad
loca dolorũ & puſtularũ & erit ẽt cã cõiũcta, p̄ q̃to
cauſat malã cõplexionẽ in membro & erit ſubiectũ
ęgritudinis pro quãto habet diſpoſitionẽ p̄ quã læ-
ditur opatio mẽbri & ipſum facit denoiari ægrum.
Hæc ſi bene cõſideres omnẽ difficultatẽ, quæ circa
diffinitionẽ fieri aut cõſiderari poſſet cõprehẽdes.

De ſignis morbi gallici. Cap. III.

Signa ſunt læſio ſiue nocumẽtũ ĩ virga & p̄cipue
corroſio ſiue nocumẽtũ qđ aſſimilat carolis, gra
uitas capitis, & colli dolor q̃ paulatine expãdit
verſus humeros & ſpatulas vſq3 ad iũcturas primo
brachiorũ deinde tibiarũ, & aliq̃n fit in muſculis &
lacertis & aliis neruis q̃ ſunt in iſtis mẽbris & auget
dolor in nocte & de die diminuit. Cuius cã ẽ qa hu-
mores in nocte a natura mouent p̄pter ipſam eẽ re
tractã & fortiorẽ & ẽt qa ratiõe humiditatis noctis
materia auget, aut rõne frigiditatis, de die aũt natu
ra diuertit a ſenſibilibus & aliis, & nõ ita humores
mouet, tũ qa debilitata, tũ qa circa alias opationes
occupata, qa ẽt ſigna cauſarũ ex p̄te doloris & pu-
ſtularũ oſtẽdã, ex aliis aũt iã patebit ĩ arbore ſigno-
rũ inferius declarãda. Si dolor eſt acutus & nõ mul-
tum tarde eminẽs, & puſtulę ſunt puę ad citrinitatẽ
tendẽtes vel vlcerãtes, & ĩ cute aſperitas appareat,
a cholera ſunt. Si aũt dolor ẽ extrinſecus paulatine

Digitized by Google

eueniens, & puſtulæ ſunt late ad albedinẽ tendẽtes, a phlegmatæ ſunt, & ſi iſta apparẽt & ſunt cũ pruritu magnifico & aliquali ardore a phlegmate ſalſo ſunt. Si vero ad nigredinẽ tendunt & paruæ etiã ſunt a melãcholia dolore maxime exiſtente pauco. Si aũt ad rubedinẽ tendũt, & dolor nõ eſt multus, a ſanguine fiũt. Iſta tñ ſigna confundi reperies, ſi alia aſpexeris ſigna, qm̃ queadmodũ raro accidit corruptio in humore vno ſolo, teſte Gale. primo regiminis acutorũ, ita raro repies qđ ſolũ appareãt ſigna ſignificãtia ſup vnũ humorẽ ſolũ, quia oportet oia ſigno in mente colligere, & ea cõparãdo ad ſe inuicem comprehendere, qđ magis dominatur & iuxta illius humoris dominium, ita curam ordinare.

PROGNOSTICA.

AD HVNC Morbũ magis parati ſunt melãcholici propter ſimilitudinẽ iuxta Ariſt. ſcđo de generatione, in habẽtibus ſymbolũ facilior ẽ trãſitus, & Auic. Cõuerſio in genere ꝓportionali facilior eſt q̃ cõuerſio in cõtrariũ ſcđa primi & maxime illi q ſunt melãcholici per aduſtionẽ, ſcđo illi q ſunt cholerici, tertio ſanguinei ꝑ humorũ abũdantiã, minus cæteris ſunt phlegmatici & horũ omniũ magis ꝑparati ſunt qui habẽt corpora rara, & adhuc omniũ magis illi qui malis humoribus repleti ſunt & q vtuntur cibis melãcholicis, ſicut leguminibus, carnibus antiqs, & huiuſmodi. Et qñ hic morbus eſt recẽs eſt curabilis, cũ aũt antiquat̃ difficilioris eſt curę, & tanto magis quãto antiquior qm̃ illa mala cõplexio cõtinue magis figitur, q̃re q hũc morbũ patiunt̃, q̃ citius poſſint liberari ꝓcurẽt. Itẽ habẽtes puſtulas eminẽtes multas, & dolores paucos, facilius curant̃ quã q oppoſito modo ſe habẽt, & q nodos habẽt qui gũme vulgariter appellãtur difficilius cæteris curãtur. Iuuenes

Digitized by Google

enim cæteris paribus ſiue adoleſcentes facilius cæteris curant. Vnde Galenus nõ eſt poſſibile illos qui in ætate plus ꝓceſſerũt magis ſaluari q̃ adoleſcẽtes it, pronoſticorũ. ſupereſt modo ad curã deuenire.

De cura morbi Gallici. Cap. IIII.

CVram huius morbi per ſeptẽ intentiones compleri arbitramur. Prima ẽ vẽtris lenitio. Scda minoratiua euacuatio. Tertia materiæ digeſtio. Quarta ipſius euacuatio. Quinta mẽbrorũ alteratio. Sexta ipſorũ cõfortatio. Septima accidẽtiũ correctio. Sed qa plus nocet error in ſex rebus non naturalibus q̃ ſit iuuamẽtũ medicinarũ teſte Serapione qnto practicę ſcđo capitulo, & Aui. amplius ſcire oportet qđ nõ oĩs cõplexionis malitia ſuo medicatur cõtrario &c. imo multoties ſufficit regiminis bonitas, ideo regimẽ in ſex rebus nõ naturalibus prępondẽdũ ẽ. Vñ licet ſanis ẽt debeatur regimẽ, illud appellaĩ cõſeruatiuũ. Iſtud autẽ curatiuũ. Cũ igitur omnis cura fit ꝑ cõtraria, vt Gal. iii. techni & Auic. iiii. primi, & hic morbus ſit valde ſiccus, regimẽ debet declinare ad humidũ, & qa quo ad eſſentiã eius eſt calidus, qa aduſtiuus & quo ad humores frigidus quia humores ſunt frigidi & ſicci oportet tẽperare regimẽ in actiuis & in paſſiuis facere quod declinet ad humidũ licet ꝓpter apertionẽ & humorũ ſubtiliationẽ ac digeſtionẽ neceſſarium ſit adminiſtrare calida, ipſis tñ oportet admiſcere aliqualiter frigida & cõfortantia p̃cipue hepar & venas. Quare ſit aer in actiuis parũper declinãs ad calidũ. In paſſiuis autẽ abſolute declinet ad humidũ, ſit boni odoris & euentatus, & põt fieri in æſtate artificialiter huiuſmodi ſternẽdo folia cãnę ſalicis, iũci, vitis, roſa, violas, eis miſcẽdo laurum & res boni odoris, & omnia iſta irrorando cum aqua. Circa cibum & potum di

Digitized by Google

cta nō debet eſſe ſubtilis. Vñ Hypp. tenues & certe diete in diuturnis paſſiōibus difficiles quarto primæ particulę. Fit ergo pānis non calidus nec pluris triū dierū bñ coctus & fermētatus. Vinū ſit albū, clarum medii ſaporis īter dulce & pōticū cū aqua cocta debite pmixtū, aut cū aqua bugloſſę, boraginis, ſimiliū & hoc pcipue in declinatiōe, qa in aliis temporibus poſſent plures materię duci ad loca dolorū. Ideo ſi plures dolores adſint bibat rubeū vſq; in declinatione. Carnes ſint ex caponibus iuuenibus carnoſis ſed nō pinguibus & ex pullis & hedis & vitulis lactātibus & agni annualis carnes faſianorū pdicū, & auicularū paruarū licet cōcedi pñt tñ meliores ſunt carnes domeſticorū, qa magis de humido pticipantes. Ex piſcibus cōcedūtur pertę ſquamoſi viuētes in bonis aqs & ex ſupradictis pōt fieri ferculū vt cū lacte amigdalarū & ſeminū cōmuniū & ptiſana ordeacea eſt valde ꝯueniēs, far ēt & huiuſmodi. Ex herbis melior ē bugloſſa & borago ipſa vñ verſus. Borago bona q̄ dulcia ſunt tria dona. Sempvireſcis, & in omni tēpore creſcis, Inqt Borago gaudia ſemp ago. Item cōcedunt ſpinachię & in pceſſu feniculus, petroſelinum cū lactucis & ſpinachiis miſcēdo, & ex his herbis & ipſa cicorea pōt fieri ſalatuciū cū aceto paſſulato. Legumina oia pter cicera fugēda ſunt & caules. Lacticinia oia fugiēda ſunt, ſed lac fortaſſe cōcedi poſſet vbi nō eēt hepatis iflāmatio aut ſtomachi vbi timeret eius facilis corruptio, vñ Auic. in de cura leprę. Lac ē de cōuenientioribus medicinis, ergo propter cōformitatē quā habet hic morbus cū illo poſſet cōcedi, oua cōueniūt ſorbilia aut in aq̄ decocta. Aromata pro cōfortatione mēbrorū, & in pauco vſu, & pcipue cinamomū, cōcedi pñt, iō in cibariis pōt poni talis puluis, R. carui, aniſi, ameos, pe

troſelini, apii, maratri, bethonicę, cimini, calamẽti, pulegii, yſopi, ſpicę nardi, pipis an. ℥. i. maioranę, folii balſamite, ozimi, cardamomi, galãgę, ligritię, añ. ℥. i. hic puluis maxie cõueniẽs ẽ habẽtibus ſtomachũ debilẽ & cerebrũ frigidũ, lectificat cor, exacuit ſenſus, & mirabiliter memoriã cõfortat, fructus conuenietes ſunt tẽperati. In actiuis aut parũ ad calidum declinãtes & humidi conueniũt, ergo mora matura & dulcia, vua matura, poma dulcia, apia muſcata, dactilina & huiuſmodi q̃ dari debẽt cocta ſub prunis. Itẽ cõueniũt amigdalę, pruna damaſcena, pſica exſiccata & depilata, infuſa in vino granatorũ muzorũ. Sõnus ſit tẽperatus, ſuperfluus. n. nocet iuxta Hippocratẽ Sõnus & vigilia magis mõ facta malũ. Scđa pticula afforiſmorũ, minus tñ malũ ẽ declinare ad ſupfluũ ſomnũ q̃ ad ſupfluã vigiliã, ſemp tamẽ ſtudeas facere qđ ſomnus ſit tẽperatus, vñ Aui. tertia primi ca. ix. Sõnus tẽperatus virtutẽ fortẽ efficit Meridianũ aũt ſomnũ fugiat niſi pre nimio dolore nõ potuiſſet dormire in nocte. Motus ante cibũ factus ẽ cõueniẽs tẽperatus, pulſis tñ ſuperfluitatibus primæ & ſecũdæ digeſtionis, melius tñ eſt declinare ad ſupfluã quietẽ q̃ ad ſupfluũ motũ, imo quando vtitur medicinis neceſſaria ẽ quies, & ideo iſti Empirici coguntur in lecto ſtare, virtus enim tunc totaliter attenta eſt ad morbi expultionem.

Vitãda eſt ira, furor, triſtitia, timor, ſolicitudo, cõfert letari gauderi, bñ ſperare de ſalute ſua cõfidere cũ amicis & dilectis cõuerſari. Coitus aũt ſit tẽperatus, & celebrata tertia digeſtiõe. Vẽtrẽ habeat lubricũ, & ſi nõ natura, arte, diebus interpolatis faciẽdo tale cliſtere. R. maluarũ, fumiterre, mercurialis añ. m. i. boragis. m. ſ. fiat decoctio de q̃ accipiat. q. s. & addat olei. ℥. iii, ſalis. ʒ. ii. ſtomacho ieiuno iponat.

Digitized by Google

PRO prima igitur intẽtione. R. caſſiæ nouiter extractæ electuarii lenitiui añ. ℥. v. & cũ ſaccharo fiat bolus, aut diſtẽperentur iſta cũ aqua fumiterre, aut aqua fructuũ, aut potes exhibere mãnæ caſſie añ. ℥. vi. & cũ p̃dictis diſtẽperat̃ ꝑ diuitibus vel fiat tale cliſtere. R. bliti mercurialis, malue, florũ camomille añ. m. i. fiat decoctio cui addat̃ hierepigre. ℥. vi. caſſiæ ſacchari rubei añ. vnc. i. olei cõmunis. vnc. iii. ſalis. ℥. ii. adminiſtretur ieiuno ſtomacho.

PRO SECVNDA intẽtione quæ eſt materiæ minoratio. R. florũ violarũ, florũ boraginis añ. ℥. iii. liquiricie raſ. paſſularũ enucle. añ. ℥. ii. prunorũ, ſebeſten añ. numero. v. folliculorũ ſenę epithimi. añ. ℥. i. fiat omniũ decoctio de qua accipiat̃ quãtũ ſufficit, ad diſtẽperãdũ caſſie nouiter extracte, electuarii lenitiui añ. vnc. i. electuarii Indi. ℥. i. s. vel tãtũdẽ confectionis hamech fiat bolus ſaccharo aut diſtẽperẽtur omnia &c. vt ſupra vel. R. pilularũ fetidarũ de fumo terræ añ. ſcrup. i. fiant pilulæ. iii. melle roſ. & dentur poſt cœnã electuaria aut dentur de mane.

PRO TERTIA intẽtione quæ eſt materiæ digeſtio. R. ſyrupi de fumo terrę de bugloſſa añ. ℥. vi. aq̃rum cicoreę endiuiæ, lupulorũ añ. vnc. i. & cõtinuet̃ per quinq; dies. Deinde detur ſolutiuũ poſitũ in ſequẽti intẽtione, poſtea iterũ accipiat aliũ ſyrupũ, vt gratia exẽpli. Recipe ſyrupi de ſtichados. vnc. i. de fumo terræ. vnc. s. aquarũ boraginis lupulorũ & endiuiæ añ. vnc. i. trãſactis aũt ſex diebus aut ſeptẽ detur iterũ ſolutiuũ, & poſtea iterũ accipiat ſyrupum adhuc fortiorẽ puta de epitimo cũ aq̃s feniculi petroſelini &c. & ſi infirmus faſtidit̃ ſyrupis, fiat talis decoctio. R. radicũ apii, feniculi, petroſelini, bugloſſæ, ruſci, ſperagi, ab eis extracto medullo, ligneo, capillorũ veneris, florũ boraginis & meliſſę epithi-

mi, polipodii, thimi, paſſularum añ. partes æquales fiat decoctio & colet͂, & addito pauco aceti & modico ſacchari, iterũ vna bulitione bulliat & de ipſa accipiat patiens chiatũ vnũ, modo & ordine calidũ vt ſupra, & ſi de hac decoctione iã faſtidit͂ infirmus dent͂ tales aquæ ſaccaro. R. aquarũ ſcolopendriæ, feniculi, bugloſſæ, boraginis, fumi terræ añ. vnc. i. cũ modico ſacchari det͂ vt ſupra. Sed q͂a materia eſt adeo rebellis q͂d nõ poteſt per intus ſuſcepta digeri, oportet quod ad extra applicent͂ quæ hanc materiã in digerẽdo iuuãt, adeo vt quãtũcũq; materia ſit digeſtioni inobediẽs, hoc modo digeratur. ſ. applicãdo per intus & per extra, nec de hoc mireris. ſ. de applicatione medicaminũ ad extra ad digerendũ, quoniã Gilbertus in cura tertianæ cõpoſitę ait oportet digerere materiã per fomẽtationes, emplaſtrationes, & huiuſmodi, talis ergo ſeruet͂ ordo vt prima & ſecunda die accipiat ſyrupum patiens tertia autẽ die facias vngi cũ vnguẽto iſerius deſcribendo omnes partes domeſticas tibiarũ & brachiorum & plantas pedũ & palmas manuũ, leniter tamẽ & parum apponendo de vnguento, & hoc quando vadit patiens dormitum & de mane accipiat etiam ſuum ſyrupũ, ita vt in ſexta die ſint accepti, ſex ſyrupi, & ſint factæ tres vnctiones, & tunc dabis medicinã ſolutiuã, & humores qui per os expelli deberẽt ad inferiora diuertẽtur, & ſic euitabit͂ nocumẽtũ in ore. In diebus autem ſequẽtibus ſimili modo vtaris fortificãdo tamẽ aliquãtulũ digeſtiuũ, & etiam vnguentum ponẽdo magis de teriaca, & argẽto viuo. Potes etiam illa loca fomentare cũ decoctione meliloti, radicum altheæ & ſimilium, & hoc faciendo de mane, & ſic erunt tria ingenia ſimul ad digerendum. ſ. ſyrupi, vnctiones, & fomentationes.

Digitized by Google

Sequitur modo deſcriptio vnguẽti. R. butyri. ℥. iii. axungiæ porci medię inter recẽtẽ & antiquã lib. i. teriacæ ætatis decẽ annorũ. ℥. i. ſ. mitridati. ℥. i. argenti viui. ℥. ii. ſ. lithargiri auri, ſalis cõis añ. ℥. i. fiat vnguẽtũ ex iſtis incorporãdo tñ de aqua fumiterrę & ſcabioſę quãtũ poterit incorporari, & hoc vnguẽtũ eſt ꝓpria medicina huius morbi, & vltimũ & maius ſecretũ qđ eẽ poſſet circa ea q̃ exterius applicãt, de his aũt q̃ iterius applicant principalius & maius iſto eſt aqua diſtillationis teriacæ vt videbatur.

PRO QVARTA intentione q̃ eſt ipſius materiæ digeſtę euacuatio. In forma potabili primo. R. electuarii lenitiui, caſſiæ nouiter extractæ añ. ʒ. iii. electuarii Indi minoris, cõfectionis hamech añ. ʒ. ii, cũ aqua fructuũ vel cũ decoctiõe prius dicta, detur de mane dormiẽdo deſup per horã, pñt ẽt iſta diſtẽperari aqua bugloſſæ, & endiuię, de fumoterrę & ſimilibus. q. s. vel loco caſſiæ ponẽdo mãne. ʒ. vi. pro diuitibus, vel ꝑ ipſis diuitibus det talis medicina. R. ligritie raſ. paſſularũ añ. ʒ. ii. ſebeſtẽ numero. iiii. florũ boraginis bugloſſę añ. m. ſcđm foliculorũ ſenę numero. iiii. tamarin. ʒ. i. bulliãt ĩ aq̃ bugloſ. fumiterrę añ. q. s. de qua decoctione ſumãtur. ℥. ii. in qua ĩfundant reubarbari ſcru. iiii. agarici ſcru. ii. ſpice gra. iiii. ſtent ꝑ octo horas in infuſione, & fiat expreſſio cui addat electuarii lenitiui. ʒ. vi. electuarii Indi minoris, cõfectionis amech añ. ʒ. i. ſ. & fiat potio q̃ exhibeat modo vt ſupra, hoc tñ gratia exẽpli dictũ ſit Pilulæ cõueniẽtes ſunt pilulæ de hermodactilis, de fumoterrę, Indæ, Aggregatiuę vt gratia exẽpli. R. pilularũ de hermodactilis, de fumoterræ añ. ſcru. i. fetidarũ ſcrup. ii. cũ ſyrupo de ſtichados fiãt pilulæ pro vna vice, quas accipiet patiẽs de mane & dormiet deſuper per horas tres aut quatuor, oĩa iſta di

cta, gratia exẽpli qm̃ tua intereſt ſecũdũ exigẽtiam particulariũ variare, ſi opus erit, iſta ſolutiua ſunt accipiẽda in ſexta die, ꝓut dictũ eſt in præcedenti intentione & eo ordine procedendum eſt.

PRO QVINTA intẽtione fiat balneum ſiue ſtufa cũ aqua dulci in qua buliãt malua, biſmalua, melilotũ, chamæmelũ, roſæ, lapaciũ fumus terræ, & hoc debet fieri poſt purgationẽ i die ſequẽti. Hoc enim pacto fit cõueniẽs alteratio, qa humectatio, q̃ maxime requiſita eſt, & quũ incipit ſudare accipiet infra ſcriptã aquã. R. radicis altheæ, fumi terræ, lapacii, inulæ. añ. lib. ſ. & minutim incidanť & ponantur in quatuor libris vini maluatici ad remolliendũ ꝑ vnã diẽ & vnã noctẽ, poſtea addanť teriacæ ætatis decẽ annorũ aut plus. ℥. i. ſ. & ponať in alẽbico, & diſtilleť aqua, de qua accipianť. ℥. iii. cũ. ℥. ii. aquæ bugloſſæ in principio vt dictũ eſt, & iſta ſtufa reitereť oĩbus ſex diebus trãſactis aut ſeptem, bibendo iſtã aquã, quæ eſt optima & ſingularis, & in hoc morbo magnum ſecretũ, & vltimum eſt cauterium.

PRO SEXTA intẽtione quæ eſt mẽbrorũ cõfortatio. R. lætificãtis Gale. ℥. iii. diamuſci dulcis. ʒ. vi. aromatici gariofil. ʒ. ſ. electuarii regũ. ʒ. i. conſeruæ bug. citoniorũ, boraginis añ. ℥. i. ſyrupi de pomis. q. ſ. fiat electuariũ, de quo accipianť de mane. ʒ. ii. vel coclear vnũ. Itẽ. R. teriacæ andromachi habentis ętatẽ annorũ. x. ad minus. ℥. i. metridati. ℥. ſ. ſeminis citri, boli armeni añ. ʒ. i. incorporenť oĩa vltimata contritione, & cũ aqua roſ. muſcata fiat electuariũ, de quo accipiat ad quantitatẽ auellanæ vel. ʒ. i. Itẽ põt fieri talis cõfectio ad reſtituẽdũ ſi debilis valde fuerit vt ſępe accidit. R. amigdalarũ dulciũ, auellanarũ añ. ℥. i. fiſticorũ. vnc. ſ. ſeminũ cõmuniũ frigidorum. ʒ. vi. ſacchari fini. penidiorũ, pulpe caponis an.

vnc.iii.cum aqua roſata fiat confectio in morſellis.

Item ad hoc valent epithemata, ſacculi cordiales, & huiuſmodi quæ narrare prolixũ eſſet nimis.

PRO SEPTIMA intẽtione quæ eſt accidentium correctio pro doloribus, ſi nimiũ & intolerabiliter infeſtauerit. R. radicis lilii, ſeminis hioſchiami añ. ʒ.iii. ceruſſæ. vnc.i. medullæ cerui & vituli añ. vnc. ii. olei antiqui & ceræ. q.s. & fiat vnguẽtũ quo linat̃ locus doloris, aut põt poni modicum opii, ſi vltima neceſſitas fuerit, & quoniã iſta narcotica nõ debent applicari niſi vrgente maxima neceſſitate, dicente Auic. xvi. tertii. In narcoticis timor & Mei. ſi excuſare potes non propinare melius eſt, dimittantur p poſſe & prius tententur anodina, & vere ſedantia ſicut anetum, chamemellũ, melilotũ, althea, vitellũ oui, lac maxime humanum & huiuſmodi.

Pro puſtulis vtere prædicto vnguento, vel. R. te rebinthinæ pinguedinis hirci añ. vnc. i. ceruſſę, litar giri auri aluminis vſti añ. vnc. ſ. olei laurini. vnc. ii. ceræ. q.s. fiat vnguẽtũ pro puſtulis vlcerosis, fiſtulis & cancro. R. nitri fuliginis, lithargiri tartari cocti ſub cineribus in frondibus cauliũ auripigmẽti, piperis, libani, vitellorũ ouorũ añ. vnc. iiii. radicis enulę, lapati acuti in forti lixiuio cocti añ. ʒ. ii. ſucci fumi terrę, ſucci lapati acuti & abſinthii, celidonię, enulæ, fabę gręcę abrotani, de oĩbus his ſuccis añ. vnc. iii. hellebori albi, ſaponis ſaraceni, ſulphuri, vini añ. ʒ. ſ. omnes ſucci bulliãt, depurẽtur & colentur & po ſtea radices lapathi enulæ tritæ ponantur, deinde ſapo poſtea puluis ſpecierũ, & tunc adde olei cõmu nis axungiæ porci, & ceræ añ. ʒ. ii. argenti viui cum axungia extincti. vnc. i. & fiat vnguentũ quod erit mirabile ad ſupradicta. Pro gũmis vel nodis accipe radices altheæ et in vino albo coque et cũ axungia

Digitized by Google

gallinę tere et ſuppone. Itē. R. mucillaginis ſeminis lini, mucilaginis altheę añ. ℥. ii. olei de ſpica, amigdalarū dulciū, camomillę añ. vnc. ſ. butyri. vnc. i. gūmi arabici, dragagāti añ. ℥. i. cū cera fiat vnguentū ad mollificādū & reſoluēdū mirabile. Ad idē videlicet cerotū de mucillaginibus, yſopus humida & ſimilia. Itē ad oīa iſta videlicet vnguētū qđ ſolet fieri ad ſcabiē vt Recipe terebinthinę bene lotę vncias q̄tuor butyri loti. vnc. ii. ſalis. ℥. i. ſucci citrāgulorꝶ, vitellorū ouorū añ. nu. iii. olei roſa. vnc. i. miſceant̄ oīa ſil̄ & fiat vnguētū. Multa alia poſſem hic ꝯueniētia ſcribere, ſed q̄a remoto morbo ꝑncipali, iſta oīa facilime remouētur, iſta ſufficiāt. Sed ꝓ nocumēto oris ſi acciderit. R. roſarū alb. & rub. añ. m. ſ. chamemellę, ſaluię añ. m. i. bulliāt in vino albo, & colet̄ cui colaturę addat̄ alumīs vſti. ℥. ii. diamorō mellis roſ. colati añ. vnc. ſ. vini granatorꝶ. vnc. ii. miſceant̄, & lauet os ſępe in die & debet eē vinū vna enguiſtara & media, & loco vini pōt poni aq̄ plātagis, ſolatri, & ſcabioſę, vel ſempuiuę, & pōt addi in decoctiōe caphoræ gra. v. vel filonii. ℥. ſ. plus aut minus ſm̄ doloris exigētiā, ſ; vt dcm̄ ē, ab iſtis cauēdū ē narcoticis. Itē valēt fruſta cucurbitæ viridia ī ore recēta, valet ēt lauare os lacte miſcēdo cū eo aquā nenufaris & ſolatri, & multa alia hic ponere poſſē, ſed q̄a ī ore nō accidet nocumētū ſi bn̄ & iuxta ꝑdicta opatus fueris ſatis dictū ſit. Supeſt mō de mō euitādi morbū loq.

De cautela in euitādo morbū Gallicū. Cap. V.

QVi Gallicū morbū euitare ꝓcurāt imprimis a delictis caueāt. Vn̄ dici ſolet ꝓp peccata veniūt aduerſa, & maxīe a peccato luxurię caſuere debet, nā dicit̄ Iob tertio, luxuria ignis eſt vſq; ad ꝯſumptionē deuorās, & ſpirituales medici dicūt ꝙ diuerſe ægritudines veniunt ꝓpter diuerſa pec-

Digitized by Google

cata, vt febris quotidiana ꝓpter peccatū ſupbię, podagra ꝓpter pigritiā, lepra propter luxuriā, & ſic de aliis. Quū ergo iſte morbus lepræ aſſimilať, luxurię attribuēdus eſt. Sed qa hæc ad aliū medicū ptinēt, ſatis dictū ſit. Dicamus ergo qđ noſtra intereſt. ſ. vt caueat homo a nimia cōuerſatione cum infectis, & præcipue a coitu cū infecta muliere, ē enim hic morbus contagioſus, vnde Auicēna ſecunda primi in cōpleto ſermone in ægritudinibus ſic ait.

De ægritudinibus, q̄dā eſt quæ ab vno ad aliud trāſit ſicut lepra, ſcabies, variolæ, & febres peſtilētiales, ēt apoſtemata putrida, cū ergo hęc ęgritudo aut leprę, aut ſcabiei ꝯformať, ꝯtagioſā dicē ꝯuenit.

Itē cauēdū eſt ab his, q̄ humores malos generant, & p̄cipue q̄ multiplicāt humorē melācholicū vt oſtēſum fuit in regimine ꝑ ſex rex nō naturales, & ſi cōtingat ꝙ accidat nocumētū in virga ꝓpter coitum, ſtatim remediādū eſt cū ſequēti lauāda. Recipe roris marini, ſaluiæ, chamemelli an̄. m. 5. bulliāt i vino albo cui poſtea facta colatura addať vini granatorū vnc. ii. mellis roſati vnc. 5. madefiat virga ſeu locus infectus cū hac decoctione, poſtea aſpergať deſuper talis puluis. Recipe lithargiri auri, ceruſſæ, yreos, tuthie nucū cipreſſi an̄. ʒ. i. pulueri zenť optime & poſt lauandā ponať, & ſi hic puluis erit nimis fortis, addatur turis maſticis, mirrhe an̄. ʒ. i. pro maiori tn̄ ſecuritate, cū coitū ꝑfecerit homo vel mulier ſe optime abſtergat circa pudibūda cū camiſia aut alio pāno lineo mūdo, & caueat a pānis ipſarū mulierū, quoniā infecti ſunt, & poſtquā ita fecerit pro maiori adhuc ſecuritate abluet locū cū aqua calida aut vino albo, cauēdū enim eſt ab aqua frigida, q̄m ipſa materiā cōpingit, vnde in fricatione coitus adheret aliqua limoſitas, ſiue humiditas in virga, quę

Digitized by Google

eſt cā infectiōis virgę & corporis, igiť bonū erit hoc vti regimine vt remoueať illa ifectio ſeu ſordities.

De ſolutione difficultatum quæ moueri poſſunt circa hōc morbū. Cap. VI.

CLarificatio, ſi quęrať, quare hic morbus icipit a pudibūdis: dicūt quidā inepti quod ideo eſt, quia ibi magis abūdant humores corruptioni parati, ſed cōtra ſi hæc ratio eēt ſufficiēs omnes fere ægritudines ibi haberent initiū, ideo dicať quod inter mēbra illa & morbi qualitatē talis eſt cōformitas, & hoc merito talis influxus, nō enim quodlibet agit in quodlibet, ſed determinatū in determinatū phyſicorū prim. ſic. Hic morbus aptus eſt primo recipi in virga & deinde in collo capite & humeris & nō in aliis locis, vnde ille influxus qui fuit illis tēporibus, capiti & virgæ inimicabať. Et ſi querať quare terminatur per os: reſpondeť quod hoc ē merito argēti viui a ſua proprietate hoc faciēs. ſ. trahendo humores verſus illas ptes. Aut melius quod argētū viuū ſua caliditate humores ſubtiliat & calefacit & hoc modo aptos reddit vt per ſuperiora eos natura expellat, vnde Paulus ponit ipſum calidū & humidum in quarto, cui magis adhereo q̄ Auicē. qui ponit frigidum in ſecundo.

Et ſi querať quare os fetet: dicēdū qđ hoc eſt ab argēto viuo cuius proprietas eſt vt faciat fetere os fumus eius vt Auic. ſecūdo canone cap. ſuo. & ab eo etiā prouenit dolor capitis, & nocumentū in ore, vt ex natura ſua colligiť, accedit ad hoc humor qui eſt aduſtus putridus, & malus q habet facere eadē accidētia, ideo nimirū ſi tātus dolor, quare ſummū remediū eſt, vt quum incipit humor expelli per os, diuertatur cum medicinis per ſuperius & inferius exhibitis ad partes inferiores.

Digitized by Google

Et ſi queratᷓ quare aliq quãtũcũq; parati ad ęgritudines melãcholicas merito cõplexionis & mali regiminis & coeũtes cũ iſtis infectis nõ inficiunt: dico qđ hoc fortaſſe eſt qa eorũ corpora ſunt magis dẽſa, & ex cõſequẽti difficulter impreſſionẽ recipiẽtia magis q̃ cętera, aut merito ꝓprietatis indiuidualis, quæ diuerſa in diuerſis reperitᷓ, vt Auic. prima ꝑmi. Et ſi quæratᷓ quare argẽtũ viuũ iuuat magis q̃ cæteræ medicinæ ꝑter diſtillationẽ theriacalẽ ſupius deſcriptã, dicẽdũ hoc eſſe a ꝓprietate, aut melius a qualitate manifeſta, qa calidũ & humidũ in vltimo, & morbus frigidus & ſiccus, qđ autẽ ſit morbus frigidus & ſiccus pſuadetᷓ, primo qa ſaturninus vt oſtẽſum eſt. Scđo qa cõpertum eſt humida iuuamẽtum præſtare & calida. Itẽ qa ſimilitudinẽ habet cũ lepra que eſt morbus frigidus & ſiccus & cũ aliis melancholicis morbis. Itẽ quia ægritudo longa, vnde Auic. prima tertii tractatu ſcđo, cap. vltimo, Ęgritudo cuius tẽpus ꝓlõgatũ ẽ, ẽ frigida ſm oẽm diſpoſitionẽ. Et confirmatᷓ, qa raro videmus iſtã materiã putrefieri, & cauſare febrem, vnde Gale. nullius rei proprietas eſt vt putrefiat ex frigido neque ex ſicco, ſecundo de cõplexionibus, quare dicẽdum ẽ hoc eſſe propterea, quia frigida & ſicca ægritudo.

Et ſi quæratᷓ quare ſæpe accidit, vt remedia aliqua videantur in principio cõferre, ſed poſtquã cõtinuantur, non perſeuerat iuuamentum.

Dicẽd: hoc eẽ duplici de cauſa, quarũ vna eſt ex parte nature alia ex ꝑte ægritudinis, ex ꝑte nature qa in cõtinuatione faſtiditur & in renouatione gaudet. Alia eſt ex ꝑte morbi qa et ſi in principio remediũ cõtrarietur morbo, in ꝓceſſu ceſſat cõtrarietas propter aſſuefactionẽ, et ideo ait Auic. ab ipſo qđ cõſuetũ eſt nõ fit paſſio. quarta primi. Vñ videmus

aliqua animalia in prima obuiatione eē cōtraria et inimica, ſed poſtq̄ aſſuefit eorum̄ cōuerſatio, ceſſat illa inimicitia, et tūc domeſticātur, et ceſſat iter ipſa actio ſiue pugna, pariter iudicādū eſt hoc inter qualitates eē, et ſi dicaẽ cōtra, qa agēte debite approximato et paſſo bn̄ diſpoſito etc. de neceſſitate ſequitur actio. Reſpōdet quod in hoc caſu bene ſequitur actio, ſed adeo pauca qđ nullius eſt momenti. Aut dicitur quod propter aſſuefactionē ceſſat diſpoſitio in patiente, ex quo ſeqtur quod permutatio medicinarum, dūmodo non egrediantur propoſitum maxime vtilitatis eſt, vt Auic. allegato loco.

Et ſi quęraẽ vtrū phlebotomia ſit cōueniēs: dico qđ ī principio et anteq̄ materia ſit exparſa ad loca doloris, ex quo ipſa ē in venis et ſanguini mixta, maxime ſi ēt neq; fuerit exparſa ad cuti ipſa ē cōueniēs ſi pticularia cōueniūt, in pceſſu autē nō ↄuenit, niſi factis vel applicatis vnctionibus et aliis medicaminibus, qm̄ cū natura tētauit expellere humores, adiuta a medicinis, pmiſcuit cū ſanguie aliqd de ipſis, quare ad minus ventoſæ non vituperātur, ſed hoc cum cautella, ne humores frigidi magis incrudentur, aut calidi magis inflāmentur iuxta Auic. quarta primi. Caue ne ægrum ad vnam duarum perducas rerum aut humorum cholericorum ebullitionem aut frigidorum cruditatem. In hoc autem caſu magis timetur cruditas q̄ ebullitio, et ideo raro cōueniens eſt, et expertum eſt multis nocuiſſe potius quam iuuaſſe.

Et ſi q̄raẽ, dolores q ſiūt, q̄liter appellari debent: Dico ꝙ vt plurimū extēſiui, vn̄ Aui. Doloris extēſiui cā ē vētoſitas, aut humor q neruū aut maſculū extēdit, ac ſi ipſum ad ſuas trahat extremitates ſcđa primi, nec verum̄ ē ꝙ quidā exiſtimāt ꝙ hic dolor ſit

Digitized by Google

frangitiuus,q̃a iudicāt hanc materiā eſſe inter oſſa & pāniculū fundātes ſe in dicto Aui. Cauſa doloris frāgitiui eſt aut vētoſitas q̃ interponitur inter os & pāniculū q̃ tegit ipſum,& nō loquit̃ Aui.de pānicu-lo imediate tegente os,q̃a ille inſenſibilis eſt,ſed lo-quit̃ de illis q̃ nō imediate adhærēt oſſi ſicut pāni-culus tegēs coſtas,aut craneū, & huiuſmodi, q̃re cū in illis locis nō fiat hic dolor,nō debet ſic appellari.

Et ſi queratur,puſtulæ q̃ fiūt in hoc morbo,q̃bus puſtulis magis ꝓportionant̃: dico ꝙ illis q̃ vocātur aſafati ab Auic.qui ſic ait.Aſafati ē ſumma bothor vlcerosarū fen.vii.quarti can.c.de aſafati, tū̃ ſæpe accidūt puſtulæ,q̃ aliis aſſimilātur, vt q̃ aſſimilātur nodis,fiſtulis,cācris eſſere,formicæ,& aliis fere oī-bus,vt cōſiderāti patet. Sed q̃a nominū diſputatio nō pertinet medico vt Aui.i.primi,doctrina ſexta v.c.in hoc ſermonē ꝓlongare nō intēdo,quēadmo-dū alii q̃ ignorātes eſſentiā morbi & cauſas ipſius & ex cōſequēti curam non niſi de nominibus fecerunt mentionem, quorum opus quare fuerit impreſſum comprehendere nequeo.

Et ſi queratur quare dolores augent̃ in ſecunda aut tertia die vnctionis: Reſpōdetur, quod tū hu-mores mouētur,tū quia ſubtiliātur in ſanatione ſeu digeſtione quæ fit merito vnctionis iuxta aphoriſ-mum ſecūdæ particulæ.In generatiōe ſaniei febres & dolores fiunt magis q̃ facta ſanie,& ideo optimū & ſingulare ſecretū ē, eo tūc adminiſtrare ſolutiuū vt anteq̃ humor per os expellatur,per deorſum eua cuetur,& ſic nocumentū in ore euitatur,vt ego ſæ-pius expertus ſum,aut ſi puſtula ſeu plagas vlcero-ſas habuerit,ibi attrahētia ponantur vt humor ide euacuetur,& ab ore diuertatur ex quo infert̃ quod verior eſt opinio quæ dicit argētū viuū eſſe calidū

q̃ quæ

Digitized by Google

q̃ quę dicit eſſe frigidũ, quum ratione ipſius humor ſubtilietur, & ponatur in motu, vt oſtẽditur. Sed cõtra ait ſtudioſus iuuenis Vincẽtius Aiax Siculus.

Argentum viuum cauſſat ægritudines frigidas vt epilepſiam, paralyſim & huiuſmodi vt Auic. ſecundo canon. & alii, ergo frigidum, quia ſimile non niſi a ſimili generatur, vt habetur in phy.

Ad quod reſpondetur qđ verum eſſet ſi de per ſe cauſaret has ægritudines, ſed has cauſat per accidens. ſ. debilitãdo, quũ ſit cõtrariũ cerebro & neruis rõne cõplexionis, q̃a calidũ & humidũ & naturalis cõplexio iuuať ſuo ſimili, & ledit cõtrario iuxta tertio techni, calidiora calidioribus indigẽt adiutoriis quare ob debilitatẽ, humores frigidos generant, & eos faciliter recipiunt cerebrũ ipſum dico & nerui, & ſic patet clare ſolutio, q̃a non conuenit quod aliquid generet ab eo diuerſum per accidens, vt frigidum, calidum, & calidum frigidum & ſic de aliis.

Itẽ quæſitũ fuit a quodã acutiſſimo iuuene Franciſco de carmino, vtrũ argẽtũ viuum ſit cõueniẽs in hac ęgritudine quũ ſm mẽtẽ omniũ auctorũ inimicať neruis, & hęc ęgritudo ꝑ maiori pte ẽ in neruis.

Itẽ ait ipſe, fama quã oẽs famãt nõ omnino vana, ſeptima ethicorũ, ſed oẽs fere dicũt argẽtũ viuũ eſſe cõtrariũ, & vnctiones ꝓpterea vituperant, igiť &c. ad q̃ per me reſpõſum fuit qđ argẽtũ viuũ ẽ cõueniẽs propter rõnes ſuperius dictas, ſed ad primũ argumẽtum dico quod licet habeat in ſe aliquod nocumentum, tamẽ poſtq̃ corrigitur vt oſtenditur ſuo loco, non eſt tãtũ quin ſit multo maius iuuamentum.

Vel poſſet dici quod ideo argentũ viuũ eſt cõtrariũ neruis, q̃a eius cõplexio eſt cõtraria cõplexioni naturali neruorũ, & ita in ſanitate noceret ipſis neruis, ſed q̃a nerui ſunt diſcraſiati ad frigidũ & ſiccum

& per argentũ viuũ remouetur illa diſcraſia, donec reuertãtur ad ſuã eucraſiã, ideo poſſet dici quod abſolute ẽ cõueniẽs, vñ aliqua in ęgritudine cõueniũt, quæ in ſanitate diſcõuenirẽt, & traherẽt corpus ad lapſum præter naturalẽ. Ad ſecũdã rationẽ dico ꝙ notãter ait Ariſt. nõ oĩno vana, qa nõ vult qđ nullo modo ſit vera, habet enim aliqđ veritatis ꝓ quãto argentũ viuũ, vt probatũ eſt, habet aliqđ nocumẽti, nõ tamẽ ꝓpter hoc eſt ꝓhibendũ ex toto & maxime correctũ, ait enim Gal. xi. de ingenio ſanitatis, difficillimũ eſt inuenire aliqđ auxiliorũ, quod nihil nocens cõferat. Itẽ fuit quæſitũ ab alio, quare dolores magis multiplicãtur in iuncturis, q̃ in aliis alis locis cũ ex motu deberẽt magis reſolui? & fuit ſubtilis iuuenis Iacobus Roger, ad qđ reſpõſum eſt, ꝙ magis facit vacuitas ad aggregãdũ q̃ motus ad reſoluẽdũ, vñ Auic. ſecũda Fen. primi Canonis. Amplitudo q̃ ẽ apud iũcturã, ẽ apta vt materia ad ipſam deſcẽdat.

De explanatione arboris ſignorũ. Cap. VII.

OMne ſignũ ægritudinis aut ſumitur a re non naturali, aut a re naturali, aut a re p̃ter naturam. A re nõ naturali, vt in quo aere ſtetit infirmus, qbus cibariis, quo potu vſus ſit, quo exercitio, quo ſomno, qua vigilia, & ſic de aliis. A re naturali vt cuius ætatis ſit infirmus, qualis ſit eius conſuetudo, qualis ars, qualis virtus, qualis complexio & huiuſmodi. A re præter naturam tripliciter, ab operatione læſa qualitate mutata, ab exeunte mutato. Ab operatione læſa tripliciter aut animali, vitali, aut naturali. Ab animali dupliciter, motiua & ſenſitiua. Senſitiua dupliciter, interiori & exteriori, exemplum de motiua, vt qualiter poſſit moueri ſecundũ totum & ſecundum membra: exemplum de ſenſitiua exteriori, vt qualiter videat, audiat: olfa-

Digitized by Google

ciat, tangat, vt puta quem dolorem percipiat, quē ſaporē in ore ſentit. Exēplū de ſenſitiua interiori vt quales habeat imaginationes, quale iudiciū, qualē memoriā, qualia ſomnia. Exēplū de vitali, vt qualē pulſum, qualē anhelitū habeat, de animę paſſiōibus in ſex rebus nō naturalibus, fiat inqſitio. Si ſumitur a naturali operatione hoc dupliciter, aut ab operatione virtutum miniſtrantium aut miniſtratarum. Exemplū primi vt qualiter appetat, retineat, digerat, attrahat, atq; expellat, puta egerat, vrinet, mēſtrua habeat, coeat, ſub re nō naturali cōprehēdat. Exemplū de adminiſtratis, vt qualiter nutriatur, & de omnibus iſtis operationibus, inueſtigando an ſit diminuta, an ablata, an corrupta operatio. A qualitate mutata vt qualis ſit odor anhelitus infirmi, qualis ſudoris q̄lis vulneris, vlceris aut ſaniei. Qualis ſit etiā color linguæ, oculorū, & totius corporis, qualis humiditas, qualis ſiccitas &c, aſperitas, lenitas: durities, mollicies linguæ, vētris, & totius corporis. Ab exeūte mutato vt quātę & quales ſint ſupfluitas oculorū, nariū, auriū, palati. Qualis ſit vomitus, & quātus, ac etiā eructatio, qualis itē vrina, egeſtiones, capitis ſubaſſellarū pedūq; ſordicies, & totius corporis ſudor, allices, oſcitationes, nauſea, ſub uerſio ad naturales operationes expulſiuas reduci poſſunt, quia a natura tentāte expellere fiūt. Vnde ſigno ſanguinis iſta ſunt. A re nō naturali, qa vſus ē regimine multiplicāte ſanguinem, vt qa vtitur arte gaudioſa, ſicut cantator, aut hiſtrio, vel quia vtitur cibis multiplicātibus ſanguinem & potibus, vt ſunt oua ſorbilia, teſticuli gallorū, vinū optimum, & huiuſmodi. A re naturali quia carnoſus complexionis ſanguineæ adoleſcens ſeu iuuenis, & ſimilia. A re præter naturam, & primo ab operatione læſa gra

uitas in origine oculorum & capitis, & tēporum pulſatio, allices, oſcitationes, nauſea, dormitatio multa, & pſunda ſenſuū turbatio, tarditas in cogitādo, laxitudo mēbrorū abſq; labore, pulſus magnitudo velocitas & frequētia, repletio vaſorū ſiue venę ſiue arterię fuerint. A qualitate mutata, rubedo in toto corpore, & maxime in venis oculorū repletio ipſarū, bothor in ore. Ab exeūte mutato, vrina rubea groſſa, aut rubea obſcura, aut rubea roſſea in egeſtionibus nō apparet ſignū, ſputū eſt dulce aliqñ ſanguini mixtū, exitus ſanguinis p nares aliqñ a gingiuis, aut mēſtrua vel hemorroides vel p alia loca, ſudor fœtidus, ſicut hirci, ēt multus, puſtulę ſanguineę, & his addit, qa patiēs ſomniat ſe videre res rubeas, ſanguinē fluere, natare in eo. Vnde qrto Coll. recitat de Gale. quod pceperat phlebotomari quēdā q ſomniauit in dolio ſanguinis balneari, alii vero nolētes iniūxerūt ſibi exercitiū & mortuus eſt.

SIGNA cholerę a re nō naturali qa vſus exercitio forti ſtetit in aere calido, vſus eſt cibariis calidis & ſiccis cholerā multiplicantibus &c. A re naturali q ; iuuenis cholericus & huiuſmodi. A re pter naturā, & primo ab opatione lęſa, qa habet infirmus ſitim multā, inqetudinē, dolorē in pte dextra frontis, & vehemētia lucis ei nocet, & qnq; habet famē ſincopalē, debilitas appetitus, nauſea, horripilatio ad modū pūcturę acuū, furor, mordicatio vehemēs in exitu fecū, ſimiliter & vrinę, pulſus velocitas cū duritie, & tēſione, hic pōt cōſequēter poni de ſomniis, quia potius attinet actioni leſæ, vt qa videt res citrinas igneas, qđ facit rixas, & aliqñ ſōniat ſe volar. A q̄litate mutata, vt citrinitas faciei, & totius corporis oculorū citrinitas, ſicut accidit i ictericia oris amaritudo, lingue ſiccitas & aſperitas, nariū aridi-

Digitized by Google

tas, Ab exeũte mutato vria rufa, citrãgularis, ignea crocea, egeſtiõis croceę, ſputũ amarũ, vomitus cholericus viridis vel croceus & amarus, hũiditas nariũ & oculorũ acuta, cholerica & pauca auriũ v̄o mſta.
SIGNA phlegmatis a re non naturali, vt cibi repletio, ociũ, ſomnii ꝓlixitas &c. A re naturali, vt qa cõplexiõis phlegmaticę, piſcator, pinguis & huiuſmodi. A re p̄ter naturam & primo ab actione læſa, paucitas ſitis, niſi vbi fuerit phlegma ſalſum, debilitas digeſtiue etiã in tempore ſanitatis, oxiremia, ſomnus multus, pigritia, ocioſitas mẽbrorũ laxitas, põderoſitas oculorũ obliuio, dolor ĩ poſteriori p̄te capitis vertigo, ſcotoma, caſus appetitus, appetit⁹ acutorũ & acriũ, nauſea, eructatio, dolor grauatiuus, frigiditas in capite & ſtomacho ꝑcepta eius notabilis læſio, ibi.n. multũ aggregat̄ de phlegmate vt Aui. decima tertia tertii, & Meſ. inde appropriatis raritas, tarditas, & lenitas pulſus. A qualitate mutata, frigiditas ꝑcepta, color albus in facie & corpore ſupfluẽs albedo linguæ, mollicies eius ſuperflua, ſqualiditas corporis, tumor ẽt faciei cũ mollicie. Ab exeũte mutato, vrina alba, diſcolorata, palearis vel ſubcitrina, egeſtiones phlegmaticę, albæ, viſcoſæ, ſeu mucoſæ, aquoſæ & huiuſmodi, ſputũ viſcoſum, aquoſum, multiplicatio ſaliuę nõ amarę, ſed põticę multitudo ſupfluitatis egreſſæ p nares & palatũ, & additur ſomniare aquas, niues, pluuias, & huiuſmodi quæ ad operationes læſas reduci poſſunt.
SIGNA melãcholiæ, primo a re non naturali, vt quia vſus eſt nimia cogitatione ſollicitudine, timore &c. puta cibis melancholicis & huiuſmodi. A re naturali qa complexionis melãcholicæ & cõſuetus incurrere ęgritudines melãcholicas & ſimilia. A re pręter naturã & primo ab actiõe læſa, qa in capite

Digitized by Google

ſentitur grauitas, & magis in parte ſiniſtra, ardor oris, ſtomachi deſideriū corruptū, & aliqñ caninū, vigiliæ multa, ſolitudo multa, læſio ſeu ægritudo ſplenis, vt dolor, & grauitas ſeu durities, taciturnitas, cogitatiões multę, fletus ſeu volūtas flēdi, fixio aſpectus, rugitus, pigritia, tenſio ypocūdriorū, paucitas ſomni, ſi nō fuerit cum phlegmate acredo, vel acetoſitas oris, prauitas pulſus cū duricie, corporis extenuatio. A qualitate mutata, fuſcedo ĩ corpore apparens ſeu nigredo, corporis piloſitas, morphea nigra, & eſt fortiſſimū ſignū vt Auer. iiii. Col. in palpebra inferiori oculi maxime nigredo & limpitudo in eis. Ab exeunte mutata, vrina nigra vel ſubnigra ad obſcuritatē tendens, viridis, liuida, nigredo egeſtionū ſeu fuſcedo, paucitas ſputi, acredo eius, eructatiões acetoſę, ſanguis niger & coagulatus ſi exiuerit. Somnia ſunt multum terrorem inferētia. Etiā poteſt addi a iuuantibus & nocentibus.
Notandum tamen quod ea tria que Gale. ponit genera ſignorum. ſ. a ſubſtantialiter inhærētibus a caſibus & operationibus, ad iſta tria reduci poſſunt vel iſta tria ad illa, & ſi hic ponatur vt in arbore apparet a re naturali & non naturali a iuuantibus et & nocentibus quod poni poſſet, omnia tamen ad illa tria Gale. reduci pñt, vt patet recte cōſiderāti.

Finis libelli de Morbo Gallico æditi per Ioannem Almenar Hiſpanum artium & medicine doctorem eximium.

Digitized by Google

ANGELI BOLOGNINI LIBEB DE CVRA VLCERUM EXTERIORUM. Et de Vnguentis, quę cōmunis habet vſus practicantiū hodiernus in ſolutę continuitatis medela. De quorū numero nōnulla in morbum Gallicū inſerta ſunt, nō debilibus tamē rōnibus incidentaliter approbata.

Digitized by Google

ANGELVS BOLOGNINVS
medicinæ doctor, Franciſco Gonzaga, Mantuæ Principi inuictiſſimo, ac illuſtriſſimo, fœlicitatem.

DVM ſupioribus annis Illuſtriſſime Princeps in maritima Venetorum claſſe primum, deinceps in Epidauri vrbe degerem, chyrurgum publico ſtipendio gerens, libuit mihi interdum aliquid ſubripere otii, & de Cura vlcerum exteriorum, breuē quidem, & ordinatum libellum ædere, cum exercēdi ingenioli noſtri gratia, tum afferendi frugem Lectoribus, prolixo, & inordinato nōnullorum profeſſorum artis ſermone faſtiditis. Quem libellum cum nuper Venetiis abſoluiſſem, & emittere deſtinaſſeʒ tu ſolus mihi princeps inuictiſſime occurriſti cui illum, tanq̄ alteri in terris Marti, & omnium virtutū auctori, & alūno dedicarē. Hortata eſt inſuper tua nobiliſſima Gonzaga familia, ex qua tanq̄ ex equo Troiano, tot clariſſimi Imperatores prodierunt, quorū tu maximus experimento cognitus es. Quippe non eſt alter hodie maioris nominis, nec potuit libellus noſter mortalium alicui præſtantius & cōmodius aſcribi, q̄ illi qui per bellicos labores ad gloriam tendit. Habebunt milites tui, ſi vlceribus ad vulnera conſequentibus, laborabunt, quomodo curari, & breuiter & canonicis documentis poſſint. Tuæ humanitatis erit munus mancipii tui ſerena fronte ſuſcipere, qui ſi ditior eſſem, tu plane munus lautius accepiſſes. Vale.

Digitized by Google

ANGELI BOLOGNINI LIBER DE CVRA Vlcerum exteriorum, duos habens tractatus, Primus eſt theorica pars, quatuor habens capitula.

Et eſt prologus quo proponitur intentio Libri, & diuiſio eius. Cap. I.

CHyrurgia artis medicæ, ſui antiquitate & certitudine, pars famoſiſſima, plures habet particulas, quarum vna eſt vlcerũ exteriorũ Curatio, de qua ĩ hoc libello agere intendimus. Curatio autẽ vlcerum in duobus maxime cõſiſtit, in cognitione videlicet eorũ, quæ cõſolidationẽ impediunt, & eorũ impediẽtiũ remotione, quo fit, vt hic libellus in duas partiatur ptes. Pars vna conſiſtit in cognoſcẽdo impediẽtia. Altera in eorũ remotione. Prima quidẽ theorica eſt, cõtẽplatur enim ea, quæ impediunt videlicet quæ, & quot ſint. Ad hæc qũo noceãt, ſimiliter qũo cognoſcant̃. Secũda vero pars practica medicamina tã generaliter q̃ ſingulariter adminiſtrare docet. His enim ſcitis, ꝓpoſitã habebimus intentionem ad amicorum noſtrorum ſatiſfactionem, qui me ſæpe ad hoc impulerunt.

Continet quot & quæ ſint impedientia conſolidationem vlcerum. Cap. II.

DIcimus igitur, quod ea quæ conſolidationem impediunt, aut ſe tenent ex parte vlceris, aut ex parte annexorum cum vlcere, ſi ex parte

Digitized by Google

vlceris, cũ vlcus cõmuniter deſcribatˀ quod ē ſolutio cõtinui, a qua reſudat pus & ſanies. Aut ergo hoc ĩpediẽs ſe tenebit ex pte ſolutionis cõtinuitatis, aut ſaniei. Si ex pte ſolutionis cõtinuitatis, vel erit merito figuræ ſolutionis cõtinuitatis fiſtularis, vel alterius figuræ fiſtulari proportionatæ, ſi ex pte ſaniei, aut merito ſubſtãtię, aut ſuę qualitatis. Si merito ſubſtantiæ, aut q̃a ſubtilis fluida, aut q̃a groſſa viſcoſa. Si merito ſuæ qualitatis, aut quia acuta & corrodẽs p ſe & eſſentialiter, aut q̃a per accidẽs. Et hæc de his, quę ex pte vlceris cõſolidationẽ ĩpediũt quæ duo fuere, videlicet figura & ſanies. Figura inquã, vel figura fiſtularis, vel alia. Sanies, vel groſſa, vel ſubtilis, aut acuta & corrodens p ſe, aut p accidẽs. Impediẽtia aũt ex parte annexorũ, aut ſe tenẽt ex parte eorũ quæ ĩmediate cõtraria ſunt cauſis ad cõſolidationẽ faciẽtibus, aut ex parte eorũ, q̃ cõtraria ſunt vlceri, in eo ꝙ ad deteriorẽ naturã q̃ vlcus habeat inquantũ vlcus diſponũt. Si ex parte eorũ, q̃ ĩmediate cõtraria ſunt cauſis ad cõſolidationẽ faciẽtibus, aut q̃a cõtraria cauſæ materiali, aut q̃a cauſę efficienti. Si cauſæ materiali, erit ſanguis a natura alienus, ipſi vlceri, & cuilibet mẽbro, et ꝓ nutrimẽto delegatus, q̃ cõttariatˀ ſanguini laudabili, req̃ſito ipſi vlceri ꝓ materia reſtituẽdæ bonę carnis. Et tũc cõtrariatˀ, q̃a peccãs in quãto, aut in quali. Si in q̃to aut q̃a ſupfluus, aut q̃a diminutus. Si in quali, & tũc iſtud erit, q̃a peccãs in cõplexione videlicet calida, frigida, humida, ſiue ſicca, ſimplici vel cõpoſita, cũ materia vel ſine materia. Si vero cauſæ efficienti, erit ſimiliter ea cõplexio, q̃ cõtrariatˀ cõplexioni naturali vlcerati loci, tanq̃ cauſæ efficiẽti. Et ſic cõtrariatˀ q̃a nimis calida, ſiue frigida, humida, ſiue ſicca, ſimplex vel cõpoſita, materialis vel ſine materia, Si

Digitized by Google

ex parte eorũ, quæ vlceri cõtraria ſunt, in eo ꝙ ad deteriorẽ diſponãt naturã q̃ vlcus habeat aut vlceri contraria, ꝑut accidẽtia, aut ꝑut ægritudines. Si prout accidẽtia, accidẽtia erũt hæc, videlicet dolor fluxus ſanguinis. Si ꝑut ægritudines, ægritudines erũt apoſtema, oſtracatio carnis, ſupadditio carnis caro mollis, ſerpigo, corroſio, putrefactio, q̃ de ſe ſunt ægritudines loco vlcerato ſupuenietes. Et hęc ſint dicta de impedimẽtis ex ꝑte annexorũ, q̃ ſunt in genere duo vti diximus, videlicet ĩpediẽtia ꝯtraria cauſis efficiẽtibus vel materialibꝰ cõſolidatiõis, aut impediẽtia cõtraria vlceri tanq̃ accidẽtia, aut tanq̃ ægritudines. Quæ igitur, & quot ſint impedientia vlceris conſolidationem dictum eſt.

Habet quonam modo præfata conſolidationem impediunt. Cap. III.

ENumeratis his, quæ cõſolidationẽ impediunt, nũc diuerſi ſunt docẽdi modi, q̄bus talia impedimẽta ĩpediunt. Dico igiť imprimis, ꝙ figura fiſtularis, & q̃cũq; alia tali figuræ ꝓportionata, cõſolidationi reſiſtunt, eo quia ex ipſis cõſequitur indebita tranſpiratio ſaniei in vlcere congeſtæ, quæ poſtea in eo vlcere, plus q̃ debeat, moram contrahens, nitroſitatẽ: & venenoſitatem adipiſcitur: quę ex parietum vlceris contractu: in eo maiorem concauitatem generat: & membrum debilitat: ad quod ſuperfluitates totius corporis tranſmittuntur. Saniei vero ſubſtãtia cõſolidationẽ impedit: q̄a ſubtilitas eius fluidaꝰ: mẽbri vlcerati ſubſtãtiã cõtingendo: nimis eam humectat & remollit, & ſic putrefactioni diſponit: quum ea: quæ putreſiunt: molliora prius reddantur & laxa. Groſſities vero ſiue viſcoſitas: porris membrorum adhærens: membrum putrefacit & corrumpit: quod enim a putrido tãgitur

putrefit. Saniei vero qualitas acuta, & corrodens, tã per ſe, q̃ per accidẽs, cõſolidationẽ vlcerũ retardat, cũ humiditatẽ mẽbri, qua mediãte fit partium cõtinuatio, reſoluat & cõſumat. Sanguis autẽ peccans in quãto cõſolidationem impedit, ſuperfluus, calorẽ mẽbri ſuffocat naturalẽ. Diminutus vero, defectũ ponit nutrimẽti, vnde fruſtratũ natura pro generãda carne. At ſi fuerit peccãs in cõplexione, ſiue ſimplici, ſiue cõpoſita, ſiue materiali, ſiue ſine materia, tũc impedit cõſolidationem, virtutes naturales membri offendẽdo diminute, ablate, ſiue corrupte. Quũ enim mẽbri cõplexio ab aliquo offendit, neceſſe eſt aliquã, vel aliquas, & forte oẽs virtutes naturales deiici, aut diminui, vel corrũpi, cũ ipſa cõplexio ſit harũ virtutũ famula, ſiue miniſtra. Mala loci vlcerati complexio tã calida q̃ frigida, humida ſiue ſicca, ſimplex vel cõpoſita, materialis vel imaterialis cõſolidationi obſtat, naturalẽ deiiciẽs cõplexionem qua ſicuti inſtrumẽto natura vtitur ad nutrimenti cõuerſionẽ in mẽbrorũ ſubſtãtiã, & rei ſuperfluæ & nociuæ expulſionem. Si impedientia cõſolidationẽ fuerint accidentia ſuperuenientia vlceri, de quibus vnũ eſt ſupfluus fluxus ſanguinis, tũc inanitione materia carnis reſtaurandæ, & ſpiritus neceſſitas ſubtrahitur, vnde cõſolidatio aufertur. Dolor autẽ virtutẽ totius corporis & mẽbri patientis proſternit, & humurũ defluxũ ad locũ efficit, quare cõſolidatio deficit neceſſario. Apoſtema etiã, quod eſt ægritudo vna ex tribus morborũ generibus cõpoſita, videlicet mala cõplexione, mala cõpoſitiõe, & ſolutione cõtinui, multomagis credendũ, qđ obuiet cõſolidationi, cũ plures ægritudines magis naturã moleſtent, q̃ vna ægritudo. Carnis oſtracatio cõſolidationẽ phibet, ex eo ꝙ talis oſtracatæ car-

Digitized by Google

nis porroſitates ſunt cōpactæ & conſtrictæ valde, vnde ineptæ ſunt tranſitu materiæ proportionatę carni generādæ, & cōſolidationis perficiendæ Carnis ſimiliter ſuperadditio curatiōi oppugnat, tanq̄ quid ſuperfluum in corpore extra naturā artificio auferēdū. Caro aūt mollis, corroſio, & putrefactio cōſolidationē impediūt, cū materia pro carne delegata, a carnis mollitie alteret̄, & a corroſione & putrefactione forma ſubſtātialis mēbri corrūpatur & deſtruat̄. Et hęc ſatis ſint dicta de diuerſis modis, quibus p̄fata impediētia curationē vlcerū impediunt.

De ſignis eorum, quæ conſolidationem impediunt. Cap. IIII.

ASſignatis ſpeciebus, & declaratis modis, quibus cōſolidatio impediat̄, ſubſequēter ponēda ſunt eorū ſigna. At q̄a cōſolidationē impedientiū nōnulla ſunt ſenſibus apparētia, itaq̄ ſignis non indigeāt, ſicuti ſanies ſubtilis fluida, ſimiliter ſanies groſſa, viſcoſa, fluxus ſanguinis, dolor, apoſtema, ſiue inflatio, caro mollis, caro ſuperflua, & ſimilia. Alia vero occulta, & ſenſib⁹ imanifeſta, ita q̄ ſignis indigēt ea ſignificātibus, vt fiſtularis vlcerū figura, & ſimiliter quæcūq; alia figuræ fiſtulari p̄portionata, ſaniei qualitas, locum vlceratū inficiens, mala cōplexio, ſanguis a natura alienus, corroſio, putrefactio, ideo cōdigne mihi viſum eſt hoc in loco tm̄ eorū ſigna tradere, quæ occulta ſenſibus, & imanifeſta ſunt. Dicā igit̄, q̄ figura fiſtularis, cuius p̄prietas eſt habere orificiū ſtrictū, & fundū pro fundum, abſcōſum, & cauernoſum, & ſimiliter quæcūq; alia figura huic p̄portionata, denotantur per ſubtilem inquiſitionē cū tentis, & probis de argēto, de plūbo, de radicib⁹, de cereis cādelis, ſeu coloratis iniectionibus. Saniei vero q̄litas acuta & corroſiua per ſe-

comprehenditur ex his: nam color eius tēdit ad colorem rubeum: ſiue citrinum: viridem: ſiue nigrum. In ea quæ per accidens: & in ea: quæ etiam per ſe: ſentitur arſura: & compunctio: rubor: & inflāmatio vlceris: & partium ei adiacentium: ex qua contingit: quod quicquid ab ea de ſubſtantiali forma mēbri occupetur: deſtruatur & corrumpatur: adeo tā naturæ malignantis exiſtit. Sanguis a natura alienus peccans in quanto quia ſuperfluus: cognoſcitur ex patientis carnoſa & robuſta habitudine: venarū totius ſui corporis inflatione: ſeu repletione ſaniei ab eo vlcere ſanguinolētæ emanatione. Si vero diminutus: ita quod non defluit ad vlcus materia: ex qua caro generetur in eo vlcere: tunc ex oppoſito cognoſcitur: videlicet macilenta: ſeu extenuata patientis habitudine: venarum totius ſui corporis inanitione: ſaniei ab eo vlcere q̄ vlcus requirat diminuta reſudatione. Si in quali: quia peccans in complexione calida: tūc ſignificatur ex colore corporis: & faciei: & oculorum: vergente ad nimiam citrinitatē ſiue viriditatem habitudine ſicca: & extenuata: ſanie colorata colore citrino: ſiue viridi. Et ſi peccās fuerit in caliditate nimis ſuperflua: præfata ſigna erunt vergētia ad fuſcedinem & nigredinē. Si vero peccans fuerit in complexione frigida: cognoſcitur diſcoloratione faciei & labiorum: ſanie cum ſubſtātia groſſa viſcoſa: ſeu cum ſubſtātia ſubtili aquoſa habitudine phlegmatica: phlegmatis abundantia. Si in complexione humida indicatur ex colore corporis: tendente ad albedinem: ſanie ſubtili aquoſa: tumore faciei & oculorum frequenti abundantia ſaliuæ. Si in complexione ſicca demonſtratur ex colore corporis vergente ad nigredinē: ſiue ſubnigredinem: oculorum liuiditate: habitudine ſicca: ſanie

Digitized by Google

nigra:cinerulenta:lutoſa. Mala autem loci vlcerati complexio calida demõſtratur per ruborem:& per inflammationem:& per caliditatem extraneam vlcerati loci:partiumq; ei adiacentium:& per reſudationem ab eo vlcere:ſaniei rubeo: ſiue cittrino:viridi:ſiue nigro colore coloratæ. Frigida ſimiliter cõplexio manifeſtatur mẽbri & vlceris liuiditate:ſubalbedine: mollificatione:lociq; frigiditate:quo ad tactum & patientis ſenſum: ſaniei groſſæ:& viſcoſæ:& indigeſtæ:ſeu ſubtilis cum ſubſtantia aquoſa reſudatione:priuatæ tamen omni mordicatione & incendio. Humidæ vero diſcraſiæ & exuberãtis ſigna ſummuntur ex his:quoniam caro in tali vlcere: ad humidum ſuperfluum diſcraſiato: tendit ad laxitudinem & mollitiem:quare eſt facta ſqualida:mollis:& ab ea multa humiditas ſanioſa redundat. Siccam autem complexionem demonſtrant loci vlcerati ſiccitas:durities: & aſperitas: ſaniei ſubtilitas: interdum & paucitas: membri & labiorum vlceris gracilitas: ſiue accidat a mala complexione calida exiccante:ſiue priuatione ſubſtantificæ humiditatis. De putrefactione dicendum:cum alia ſit de proximo futura:alia iam facta ſit. Quę facta eſt alia ſit perambulans & procedẽs:alia ſit ſic in ſuo eſſe ſtãs. Signa igit̃ futuræ de ꝓximo eliciãtur ꝑ alteratione̾ coloris carnis:tendẽtis ad colorẽ malũ: videlicet liuidũ:viridẽ:ſiue nigrũ: & ꝑ diminutionẽ aliquẽ ſenſus eius. Signa vero iã factæ: qm̃ color carnis iã factus eſt malus: & priuatus eſt locus vlceratus ſenſu oĩno:ita qđ dolor nõ ꝑcipit̃: dato ꝙ ille locus pungatur:aut incidat̃. Signa iã factæ & perãbulantis a poſteriori denotat̃:quoniã ad partes circunſtantes ipſius putrefactiõis ſit dilatatio. Et hæc ſatis dicta ſint de ſignis eorũ:quæ cõſolidationẽ impediunt.

Digitized by Google

TRACTATVS SECVNDVS, ET eſt pars practica curationis vlcerũ exteriorum. XVII. habens capitula.

De regulis, & modis generalibus curationis vlcerum. Cap. I.

QVæ nam, & quot fuerint impedimẽta in vlceribus conſolidãdis, & quot modis cõſolidationem impediant, ſimiliter & eorũ ſigna, qbus nobis appareant, ex iã dictis & ꝑ poſſe ingenioli mei viribus cuiq; ꝑſcrutãti ſatis innoteſcit. Reliquũ autẽ eſt, vt accõmodata tradatur eruditio, qua vnũ quodq; ꝑdictorũ, ne cõſolidationẽ impediat: prohiberi põt. Hoc autẽ eſt: curã vlcerũ docere: & hoc primo in generali: & ſub quadã ſumma: deinde in particulari magis. Pro qua eruditione dicendũ: ꝙ tale cõſolidationis impedimentũ prohiberi põt triplici artis medicæ artificio: videlicet dieta potione: & chyrurgia. Dieta cibãdo ægrũ cibis: qui ſubſtantia: quãtitate: & qualitate opponãtur illis: quæ cõſolidationẽ impediunt. Potione vero totius corporis plenitudinẽ euacuante: materiã antecedẽtẽ eorum quæ cõſolidationẽ impediũt digerente: cõplexionẽ totius corporis rectificante: ſi mala fuerit: hepatis maxime: mẽbrorũq; hepati deſeruientiũ: vt ſanguinẽ laudabilẽ in quanto & quali generet. Chyrurgia, ſeu manualis oꝑatio in generali vniuſcuiuſq; eorũ, quæ cõſolidationẽ impediunt: ſubminiſtretũ in hunc modum. Et primo ſi fuerit in cauſa figura fiſtularis: anihiletur: ſeu deſtruatũ: & ſi nõ eſt poſſibile: tunc ſanies in eo vlcere ꝯgeſta: merito figure ipſius vlceris expulſioni

expulſioni rebellis:anteq̄ nitroſitatē adipiſcatur ali quo ingenio : ad exteriora ipſius vlceris educet. Si ſubſtātia ſaniei ſubtilis fuerit humectans: & remolliēs mēbri ſubſtātiā : & cōſequēter eā putrefactioni diſponēs:exiccatiuis:in gradu proportionato:quæ putrefactioni reſiſtunt:et humiditatē illā extraneā conſumunt : curetur. Si vero fuerit ſubſtātia ſaniei groſſæ viſcoſæ, orificiis porrorū carnis ſui viſcoſitate adherēs, & ſic mēbri ſubſtātiā putrefaciēs, medicinis, q̄ ipſam saniē attenuāt & diſſoluūt, & conſequēter eius groſſitiē & viſcoſitatē deſtruūt, ab orificiis porrorū carnis elōget. Si aūt q̄litas ſaniei acuta & corrodēs, medicinis acuitatē ipſius ſaniei refrigētibus, corrigat, nec nō ſaniei antecedēs materia ad oppoſitas p̄tes diſtrahat. Si in cauſa fuerit ſanguis peccās ſolo q̄to, q̄a ſuperfluus, plenitudo ſanguinis minoret. Si peccās fuerit in quāto, q̄a diminutus, nutrimētū, quātulūcūq; ſit, loco vlcerato attrahat. Si peccās fuerit in quali, q̄a in cōplexione, q̄cūq; ſit illa contrariis rectificet. Si ſuperfluus fluxus ſanguinis, loco a quo ſanguis fluit, reparetur, & ad oppoſitas partes diſtrahat. Si dolor, mēbri calor naturalis cōfortet, ſeu doloris cauſa abiiciat. Si in cauſa fuerit caro mollis, humidū ipſius extraneū exiccet. Si caro ſup̄flua, amputet. Si caro oſtracata: cū eo q̄d lenit & reſoluit, reſoluatur, & ſi reſolutioni repugnat abſcindat. Si apoſtema, fluens materia repellat, & fluxa reſoluat, & ſi indigeat, reſolutioni p̄paret. Si in cauſa fuerit corroſio, materia antecedēs diuertatur, & fluxa, & ſimiliter loci malitia iā a materia cōiūcta impreſſa cōſumet. Si putrefactio, quę iā facta eſt corruptū & putrefactū abſcindatur. Si vero eſt de proximo futura, ne oēs gradus, ad putrefactionē requiſitos acqrat, prohibeatur. Si aūt perambulās

Digitized by Google

fuerit putridū remoueatꝛ, & ſubſequēter humidū extraneū in mēbri ſubſtantia impreſſum, merito cuius iterū perābulatio fieret, qđ tamen nō fuit ꝑ putridi abſciſſionē totaliter remotū, diſſoluatꝛ. Sit ergo hęc dicta ſatis ꝓ documēto curationis in genere, & ſub quadā ſumma qua vnūquodqꝫ eoruꝫ, q in vlceribus cōſolidationē impediūt, remoueri habeat. Nūc autē de vnoquoqꝫ in ꝑticulari dicēdū, ꝑdicta tamē declaratio, videlicet quæ poſtremo artis medicæ inſtrumento tantum enumerata ſunt.

De cura formæ vlcerum fiſtularis. Cap. II.

CVm in ꝑhabito igiꝛ capitulo dictū ſit, ꝙ figura vlcerū fiſtularis ꝓhibet ne cōſolidationē ipediat, eā figurā fiſtularē deſtruēdo, & anihilādo ſeu ſaniē expulſioni rebellē, merito formę vlceris ad exteriora ipſius vlceris, anteꝗ nitroſitatē adipiſcatur, aliquo ingenio educēdo. Hoc aūt in loco dicēdū erit in ꝑticulari, ꝗliter, quonāmodo talis figurę deſtructio & anihilatio ꝓficiatꝛ, ſimiliter ꝗ ſint ea igenia, ſaniē ad exteriora vlcerū cū tali forma educentia. Dicatꝛ igiꝛ, ꝙ figura vlcerū fiſtularis deſtruatur, ſecūdū ſe totā, aut ſecūdū aliquā ſui ꝑtē. Secūdum ſe totā deſtruatꝛ ſecādo figurā vlceris vſqꝫ ad eius radicem. Ita qđ nil de eius forma fiſtulari derelinquatꝛ, niſi vbi nō eſt poſſibile, quoniā, ſi ibi adeſſent nerui, venę, & chordę, tuę ſectioni ſe interſecātes, ſeu opponentes, ſeu os, aut magna loci diſtantia, ſeu cutis groſſicies. Tūc & eo caſu a tali exꝗſita ſectione eēt deſiſtēdum, & ad aliā ſectionē ſeu alia ingenia deueniendū. Secūdū aliquā ſui partē figura vlcerū fiſtularis deſtruatur, illius orificiū dilatādo, & ampliando, ſeu portā in fundo vlceris cōſtituēdo. Fiat itaqꝫ figuræ vlcerū fiſtularis ſectio ſecūdū ſe totā, aut ſm aliquā ſui ꝑtem cū nouacula aut cauterio. Similiter

orificii vlceris dilatatio, & amplificatio cũ eiſdẽ, ſeu impoſitione tẽtarũ raræ & ſiccæ ſubſtãtiæ exiſtẽtiũ, ſicuti de melegario, de ſambuco, de ſpõgia p̃parata de radice ariſtolochię, de gẽtiana, & ſimilibus. Educat̃ vtiq; ſanies ingenioſæ ad vlcerũ exteriora expulſioni rebellis, merito figurę vlceris, altero iſtorũ modorũ, videlicet medicinis lauãtib9 & currẽtib9, curſu & lubricitate ſua, quã facit abſolutio, ſaniẽ ad exteriora vlcerũ educentibus, ſicuti ſunt hęc in mõ ablutionis adminiſtratę vz aq̃ ordei, vinũ melitite, aq̃ maris, aqua aluminis, aq̃ cineris, decoctio iridis, decoctio cẽtauris, cũ vino nõ multũ vinoſo, licet ẽt prędicta alio mõ ſaniẽ ad vlcerũ exteriora excutiãt & hoc eã exiccãdo & abſtergẽdo, ſeu p̃pulſione ipſius ſaniei ad exteriora vlceris, inſtitis mediãtibus, vna cũ plumaceolis ſup figurã fiſtularẽ decẽter cõprimẽtibus, aut ea ſituatiõe mẽbri, q orificiũ vlceris inferius exiſtat & fundum ſupius. Solet p̃terea a quibuſdã ſanies igenioſe ad vlcerũ exteriora educi, præparatione vlceris, ita q ab eo vlcere ſanies ad exteriora currat, & nõ retineat̃, imo q ea libere euẽtetur & expiret, & hoc cũ tentis cãnulatis de braſſica, de plumbo, de argẽto, & ſimilibus. Expeditis his pro cura figuræ vlcerũ fiſtularis & ſimiliter cuiuſcunq; alterius figuræ fiſtulari proportionatæ, nũc ad regimẽ ſubſtãtiæ ſaniei tranſeundum eſt.

De cura ſaniei ſubtilis. Cap. III.

Regimẽ igit̃ humiditatis ſubtilis ſanioſæ, remollientis ſubſtãtiã ptis vlceratę, exiccatione perficit̃, maiori & minori tñ ſecundũ q a loco vlcerato fit maior & minor humiditatis ſubtilis ſanioſę reſudatio. Pro qua exiccatiõe optima ſunt, & ſimplicia, & cõpoſita, videlicet bolus armenus, plũbũ vſtũ, ceruſſa, lithargyrũ, antimoniũ, plãtago, lan-

Digitized by Google

ceola, tela aranei, galla, ariſtolochia cõbuſta, mirobalanorum genera, cortex thuris, maſtiche mirrha, aloe, ſarcocolla, reubarbarum, panis aſſatus, raſura pãni vetuſtiſſimi. ſpõgia cõbuſta, ſymphitũ vel conſolida maior, cauda equa, pix, reſina, alumẽ & ſimilia. Itẽ aqua aluminoſa, aqua marina, aqua ardens, aqua azurea, vnguẽtũ de ceruſſa, vnguẽtũ de minio vnguẽtũ de tuthia, vnguẽtũ de plũbo, vnguẽtũ nigrũ cõpoſitione patris mei, vnguẽtũ citrinũ viſuale, vnguẽtũ de lino, vnguẽtũ irinũ, vnguẽtũ đ calce, vnguẽtũ de pulueribus, vnguẽtũ bonũ ꝑ ſanie ſubtili exiccãda. Recipe vnguẽti de lithargiro, vnguẽti de ceruſſa, añ. vnc. i. ſ. cerę albę vnc. ſ. miſce, diſſolutis primo cera, & vnguẽto de ceruſſa, & vltimo vnguento de lithargiro. Aliud Recipe ceruſſę lotę drachmas vii. lithargiri. ʒ. iii. ſcorię argenti, vel climię. ʒ. ii. vitreoli drach. i. ſ. cerę albę vnc. ii. ſ. olei ro. vnc. vi. terebinthinę vnc. ii. fiat vnguẽtũ. Aliud. Re. lithargiri bene puluerizati, cũ aceto & oleo ro. miſceaẽ & imbibatur in mortario plũbeo, & bene agitetur cũ piſtillo ſuo, donec ad augmẽtationẽ deueniat, & albificetur. Deinde Re. antimonii: ęris vſti: balauſtiorũ vermiũ terreſtriũ exiccatorũ: & puluerizatorũ: gallarũ ſanguinis draconis: aluminis: climiæ argẽti añ. omniũ: terantur & cribrentur: & de eis quantũ ẽ ſexta pars vnguenti in mortario ponantur: & cũ piſtillo incorporentur: donec bene vniantur adinuicem. Aliud. Re. terebinthinæ ceræ reſinę añ. vnc. iii. olei roſati vel cõmunis. vnc. iiii. pulueris ariſtolochiæ: ro. mirrhæ: libani: aloes: maſtiches añ. drach. ii. ſ. puluerizatis puluerizandis fiat vnguẽtũ. Aliud Re. vnguenti baſiliconis: vnguenti de tuthia: vnguenti de calce añ. i. miſce. Et alia plura tã ſimplicia ꝙ cõpoſita: quæ in libris antiquorũ facile eſt reperire.

De cura ſaniei groſſæ & viſcoſæ. Cap. IIII.

SAniei vero groſſæ & viſcoſæ orificiis porrorū carnis ſui viſcoſitate inherētis: & ſic mēbri ſubſtantiā putrefaciētis regimē cōplicatur: a plicatione localiū: quæ ſui ſubtilitate ſubſtātię in ipſam ſaniē penetrāt: & ſuo calore eā attenuēt: & diſſoluūt vnde deſtructa eius groſſicie & viſcoſitate: ꝓhibet ipſius ſaniei orificiis porrorū carnis adherētia: qua mēbri ſubſtātia corrūpebatur: q̄ ſimiliter ſaniei groſſę & viſcoſę attenuatio & diſſolutio intendatur & remittat ſm̄ diuerſitatē quātitatis ſaniei ſubtiliandæ: & ſimiliter ſecūdū diuerſitatē ſaniei peccātis in groſſicie: & viſcoſitate maiori & minori: de quibus optima ſunt farina ordei: fabarū: cicerū: orobi: lupinorū: alkanna: ariſtelochia: hyperycon: acetū: cinis anethi: fermētū: crocus: laurus: iris: vel ireos: cētaurium: gētiana, abſinthiū: apiū: baurach: mel: & oēs medicinę hn̄tes aliq̄lē amaritudinē: vel acuitatē: q̄ ſemper cū melle pręparētur. Itē aqua lactis: aqua ordei aqua mellis: aqua ciceris: vinū melitite mundificatiuū de melle, vnguētū viride: herbarū totius cōmunitatis: mūdificatiuū cōmune: mūdificatiuū de iride vel ireos mūdificatiuū de apio vnguētū de cētaurio vnguētū pro ſanie groſſa attenuanda bonū. Recipe mellis ro. terebintinæ nō lotę: an̄. vnc. ii. thuris: myrrhæ an̄. drach. iii. miſce. Aliud re. mellis terebinthinæ nō lotæ: an̄. vnc. ii. coquātur ad ſpiſſitudinē aliqualē: deinde adde: myrrhæ: ſarcocollę: aloes: iridis an̄. drach. i. ſ. Aliud. ℞. terebintinę clarę. ℥. vi. mellis ro. co. ℥. iiii. ſ. myrrhæ: iridis: ariſtolochiæ lōgæ an̄. drach. iiii. farinę ordei. q. ſ. ad inſpiciendū: diſſoluta prius terebintina cū melle & vltimo additis pulueribus fiat vnguētū. Aliud re. iridis: ariſtolochię: an̄. ℥. iii. terātur optime: & miſceātur tāta q̄titate mel-

Digitized by Google

lis, q̃ ea cõglutinet, & in forma vnguẽti adducat. In maiori groſſicie & viſcoſitate. R. mellis. ℥.ii. viridis æris. ʒ. v. miſce. Itẽ aliud re. fecis olei ro. aceti puri, mellis añ. ℥.i. ariſtolochiæ longæ aluminis ſciſſi iri/dis ceruſſæ añ. ʒ. i. ſ. viridis æris. ʒ. ii. miſce oĩa adinuicem, valet præterea vnguentum græcum maius vnguentum ægyptiacum.

De cura q̃litatis ſaniei acutę & corrodẽtis. Cap. V.

REGIMEN curatiuũ qualitatis ſaniei acute & corrodẽtis tã p ſe q̃ p accidẽs, quę humiditatẽ mẽbri, qua mediãte ſi mẽbri partiũ cõtinuatio, reſoluit & cõſumit pficiat, p̃habito cõueniẽti regimine in ſex rebus nõ naturalibus, p̃habitaq; euacuatione materiarũ peccãtiũ, & defluẽtiũ diuerſiõe, & ſimiliter cõſtrictiõe viarũ & ductuũ, per quę talis materia poſſet deferri & defluí ad locũ vlceratũ. Si fuerit q̃litas acuta & corrodẽs p ſe, vnguẽto de ceruſſa albo vnguẽto de lithargiro, vnguẽto rubeo cãphorato, vnguẽto de bolo, vnguẽto đ tuthia vnguẽto de ceruſſa cocto. Vnguentũ bonũ p cura q̃litatis ſaniei acutæ & corrodẽtis. Re. tuthiæ lotę, ceruſſę lotæ añ ptes æquales pulueriʒẽtur, & in mortario plũbeo cũ aq̃ plãtaginis, cũ piſtillo ſuo diu ducãtur, addita terra ſigillata, & aliquãto boli armeni, & cũ cera ſufficiẽti, & oleo roſato fiat vnguẽtũ. Aliud. R. lithargiri drach. viii. in mortario cũ aceto tã diu ducat, donec infiet, tumeſcat & albeſcat, & cũ drach. iii. ceruſſæ, & drach. ii. terrę ſigillatę, pulueris gallorũ, roſarũ añ. ʒ. i. cũ oleo ro. & cera fiat vnguentum. Aliud Re. gallarum, arnogloſſæ ſiccæ añ. drach. v. olei ro. vnc. v. ceræ albe vnc. ii. terebinthinę vnc. ii. miſce, & fiat vnguẽtũ in bona forma. Si aũt fuerit ſaniei q̃litas acuta & corrodẽs p accidẽs abſcindat cura, q̃ ẽ cura cãę, vtputa, ſi fuerit i cã figura vlcerũ ſi/

Digitized by Google

ſtularis,ad quã ſeq̃t idebita trãſpiratio ſaniei,q̃ diu‑tius i loco d̃tẽta,adpta ẽ nitroſitatẽ & acuitatẽ, tũc curet̃ curatiõe data cap.ii.ptis huius nr̃ę practicæ. Et hęc de cura q̃litatis ſaniei acutę, & corrodẽtis,tã per ſe q̃ p accidẽs dicta ſint, Nũc vero ad curationẽ eorum,quæ imediate contrariantur cauſis ad con‑ſolidationem facientibus dicendum eſſe videtur.

De cura ſanguinis peccantis. Cap. VI.

SAnguis aũt peccãs dr̃, vt ſupra habitũ ẽ, aut q̃a peccãs i q̃to,aut i q̃li.Et ſi i q̃to,aut q̃a ſupfluus, aut q̃a diminut⁹.Et ſi i q̃li,aut q̃a peccãs i cõple xiõe,vз cali.frig.humi.ſiue ſicca,ſimplici vel cõpoſi ta,cũ materia vel ſine materia.Si igit̃ ſãguis peccãs fuerit i q̃to,q̃a ſupfluus , cura perficiat̃ dieta tenui, phlebotomia ſanguis mioratiua,& extractiõe ſan‑guinis peccãtis i q̃to ab vlcere & eius circuitu ſan‑guiſugis,ſcarificatiõe & ſilib⁹.Si ſãguis peccãs fue‑rit i q̃to q̃a diminut⁹, curatio cõpleat̃ dieta lata & groſſa,boni & multi chymi gñatiua,trahaturq́ nu‑trimẽtũ ad locũ vlceratũ frictiõibus, fomẽtatiõibus maluę,biſmaluę,violaꝝ,donec mẽbrũ iflet̃ & rube‑ſcat piceis emplaſtris,quorũ forma vna erit hęc.℞. picis naualis,picis græcæ,reſinæ, pini ana. partes æquales,diſſoluantur in cazola ad ignẽ,deinde per ſtamen in aqua frigida colentur , & manibus inun‑ctis oleo emplaſtrum malaxetur,& vſui reſeruetur. Si ſanguis peccans fuerit in quali , quia in comple‑xione calida materiali,euacuetur materia calida,ſi fuerit ſubtilis,cum reubarbaro,mirobolanis,prunis tamarindis,pulpa caſſiæ,aqua pomorum granato‑rum,manna . Et ſi neceſſe fuerit cum electuariis de ſucco ro. de pſilio meſue, de prunis, de ſebeſten. Si autem fuerit groſſa per aduſtionem cuз electuario lenitiuo,diacatholi cõfectiõe hamech,diaſena,caſ‑

Digitized by Google

ſia vigorata cũ ſena:pilulis indis:pilulis de fumo ter-
ræ:aqua lactis:ſena:& ſimilibus. Hoc ſemp attẽdẽ-
do:qđ ante euacuationẽ materia calida ſubtilis di-
geratᷣ cũ ſyrupo ro.de endiuia:acetoſo ſimplici:oxi
zacchara:nenupharino: violato cum aqs endiuiæ:
violarũ:acetoſę:ordei:hepaticæ:plãtaginis:cucur-
bitæ:portulacæ:nenupharis:ſolatri: & ſimiliũ. Ma
teria aũt groſſa p aduſtionẽ cũ ſyrupo de pomis:de
bugloſſa:de lupulis:iuleb violato:& aliis talibꝰ. No
tãdo tñ qđ ſemp vitæ regimẽ ĩ cibo:& potu:& aliis
rebus nõ naturalibus:ſit pportionatũ peccato ĩ his
& in aliis. Et ſi forte ĩ his affuerit febris: tãto magis
prædicta augeãtur in gradu frigiditatis:aut minuã
tur:quãto febris fuerit validior:aut remiſſior. At ſi
peccãs fuerit in cõplexione calida ſimplici vel cõpo
ſita ſine materia:tũc alterantia ſola pfata ſine eua-
cuatione ſibi cõueniũt. Cæterũ ſi peccatũ fuerit in
mala cõplexiõe frigida materiali : tũc materia ipſa
euacueť. Si fuerit phlegmatica cũ aloe agarico:po-
lipodio:turbit:electuario de dactilis:electuario in-
do:pilulis aggregatiuis:pilulis de agarico pilulis co
chiis:diaturbit:bñdicta : pparata prius materia cũ
ſyrupo de biſantiis completo:ieleniabin:oximellæ
ſimplici & cõpoſito:ſyrupo acetoſo cõpoſito: dia-
rodõ & aliis:cũ aqs feniculi:boraginis:apii:meliſſę:
maioranæ:mẽtæ:abſinthii:aq̃ mellis:& ſimilibus:q̃
quidẽ alterãtia & ſimilia cõferunt ẽt in mala cõple-
xione frigida ſine materia:exceptis euacuatiuis. Si
peccãs autẽ fuerit in cõplexione humida materiali
cureť cura pdicta imediate:& ſi peccãs fuerit in cõ-
plexione humida ſine materia:ſola digerẽtia cõue-
niunt:euacuatiõe excepta. At ſi peccãs fuerit in cõ-
plexione ſicca materiali:cura erit p euacuationem
materiæ melãcholicæ nõ aduſtæ:cũ rectificatione

Digitized by Google

mēbrorū illā generātiū. Et ſi imaterialis fuerit: cura eſt cū calidis & humidis. Et hæc pauca de cura ſanguinis peccātis dicta ſint. Nūc ad curā malæ cōplexionis partis vlceratæ trāſeundum eſt.

De cura malę cōplexiōis ptis vlceratę. C. VII.

PRo cura igit̃ male cōplexiōis ptis vlceratæ dicat̃, qđ ſi in pte vlcerata peccauerit mala cōplexio calida, ſiue materialis, ſiue imaterialis fuerit, localib⁹ curet̃, vnguēto videlicet de ceruſa albo vnguēto de tuthia, vnguēto de plūbo, aq̄ roſata, ſucco plātaginis, ſucco ſolani, ſucco đ ſempuiua. Si mala cōplexio frigida, vnguēto baſilicone, vnguēto citrino vſuali, vnguēto de dialthęa cōpoſitiōe patris mei, vnguēto fuſco, lotiōe vini boni tepidi, aq̄ cineris, aq̄ aluminis. Si mala cōplexio humida, curetur exiccatiuis iam dictis, & aliis vigoratis in ſiccitate, ſecūdū qđ locus vlceratus magis & minus abundat humiditatibus, & ſimiliter ſecūdū diuerſitatē corporū & mēbrorū, in q̄bus exiſtūt vlcera, ſicuti vnguēto viridi herbarū, vnguēto gratia dei, vnguēto de diapalma, vnguēto de dialthea cōpoſitione nr̃a, ſeu cū hoc, qđ ſūme valet in oī mēbrorū cōplexione. ℞. olibani, maſtiches, aloes añ. drac. ii. picis grecæ vnc. i. ſ. ariſtolochiæ lōgæ cōbuſtæ drach. i. ſ. olei ro. ℥. iii. terebinthinæ cerę añ. vnc. ii. fiat vnguētū. Aliud re. olibani, maſtiches, aloes ſarcacollæ, ſanguinis draconis, boli armeni, pulueris molēdini, oīa puluerizētur ſubtiliter, & p pānū ſubtiliter cribra, & cū terebinthina miſce, donec ad ſubſtātiā dēſam deueniāt. Aliud re. vnguēti apoſtolorū vnc. i. viridis ęris drac. i. miſce. Si aūt peccauerit mala cōplexio ſicca. i. parū humida, curet̃ vnguēto baſilicone: vnguēto de pice, vnguēto fuſco, vnguēto diaglione nigro diſſoluto i cazola, ideſt cochleari ferreo, cui addat̃ p q̄libet

Digitized by Google

℥.diaquilonis drach.i.pulueris roſaꝝ, ſeu cũ hoc. ℞. maſticis, olibani, picis grę cę, boli armeni añ.ʒ.i.ſepi arietini.℥.ii.cerę.℥.ſ. olei ro.℥.ii. miſce & aliis leuibus exiccatiuis p̃miſſis ſemp materierũ peccãtium euacuatiõe, ſi fuerit cũ materia, & defluẽtiũ diuerſione, & ſimiliter cõſtructione viarũ, & ductuũ, per quæ tales materię pñt deferri, & deflui ad locũ vlceratũ, ſiue a toto corpore plenitudinẽ habẽte defluãt ſiue ab aliquo mẽbro nobili & forti, plenitudinẽ habente. Pro notitia ſupiorũ aduerte, ꝙ in oi pte vlcerata ꝑpter ipſius debilitatẽ aggregat̃ humiditas ſuꝑflua. nõ ſolũ p viã paulatinę cõgeſtiõis, imo & aliqñ p viã defluxus, ſiue a toto corpe defluat, ſiue ab aliquo mẽbro nobili & forti plenitudinẽ hñte, q̃ hũiditas ĩ loco aggregata, virtutis loci d̃bilitate putrefit, & ĩ ſaniẽ ꝯuertit̃. Et ſi talis hũiditas multa, & malę q̃litatis extiterit, reddit vlcus ſemp cõpoſitũ cum alia ęgritudie, puta corroſione, ſiue putrefactione, oſtracoſitate, ſeu alia diſpõne, ꝯſolidationẽ vlceris ꝓhibẽte. Aduerte ſcd̃o, ꝙ ĩ oi mẽbro vlcerato, & maxime vbi q̃rit̃ carnis gñatio & incarnatio, debemus admiſtrare medicias ẜm duplicẽ reſpectũ, ꝑmo q̃dẽ hñdo reſpectũ ad cõplexionẽ corpis & mẽbri, ĩ quo exiſtit vlcus, vt cõplexionẽ ipſius naturalẽ a pte ſuę ſĩĩtudinis ꝯſeruẽt. Si. n. ĩ curatione morbi, cõplexio naturalis mẽbri & corpis nõ ꝯſeruaret̃: morbus non poſſet deſtrui, cũ cõplexio naturalis mẽbri ſit inſtrumẽtũ ꝑpriũ, quo mediãte natura mẽbri vtit̃ ad ꝯuerſionẽ nutrimẽti ĩ mẽbrorũ ſubſtãtiã, & rei ſupfluę & nociuę expulſionẽ. Scd̃o hñdo reſpectũ ad morbũ, vt ipſum a pte ſuę cõtrarietatis deſtruãt. Poſitis his pro cura eorũ, quæ cõtrariãtur cauſis ad cõſolidationẽ faciẽtibus, nũc de cura eorũ, quæ vlceri cõtrariãtur, put ſunt ei accidentia, dicendum eſt.

De cura doloris. Cap. VIII.

CVm doloris cura diſtinguať penes ipſius doloris inteſum, & remiſſum, necnō penes diuerſitatē ſuę efficiētis cāæ. Idcirco nō abſq; rōne per nos dolor diſtingueť ingetū & clamoſum. Et clamoſus in eū, cuius acumē īducias cōcedit, & in eū cuius acumē īducias nō cōcedit, quorū dolorū cā ī pte vlcerata cōiter eē affirmať mala cōplexio, aut ſolutio continui, ſeu vtrūq; ſimul. Et cū vlcerata mēbra ſm quadruplicē poſſint labi cōplexionē, vt in p̄habitis dictū ē. Et cū ceteris ēt in efficiēdo dolorē vehemētiora ſint caliditas & frigiditas, qa citius īpreſſurę, ideo impreſentiarū tātūmodo de dolore a mala cōplexione calida, & ſimiliter a mala complexione frigida contingente dicemus. Dicimus igitur, quod ſi doloris cauſa fuerit mala complexio calida, cuius tamen doloris acumen inducias concedit, pręmiſſis vniuerſalibus, valet vnguentum de litargiro, vnguētū de ceruſſa album cum camphora, vnguentum de minio, vnguentum de tuthia, vnguentum de plumbo, vnguentum rubeum camphoratum, album oui conquaſſatum cum oleo ro. & lithargiro & redacta ad formam linimēti in mortario plūbeo cū piſtillo ſuo, qď vnguētū poſtea buliat lēto igne in lib. i. ſucci ſemperuiuæ vſq; ad ſucci cōſumptionē. Valet prætere a album oui conquaſſatum cum oleo ro. emplaſtrum de paruis maluis, & plātagine coctis & piſtatis cū cribratura furfuris & oleo ro. bolus armenus cum terra ſigillata, oleo ro. & aceto, ſuccus ſolatri, ſeu ſemperuiuæ cum aceto. Item valet hoc aliud in caſu. Re. ceræ albæ vnc. iiii. olei ro. vnc. x. ſandalorum alborum, & rubeorum roſatum mirrhæ, libani maſtiches aā. drach. ii. camphoræ drach. ſ. terebinthinæ. ℥. ii. ſ. fiat vnguentum. Si vero doloris cau-

Digitized by Google

ſa fuerit mala cõplexio frigida, valet vnguẽtũ fuſcũ vnguẽtũ baſilicõ, vnguẽtũ citrinũ vſuale. Si aũt doloris cã fuerit ſolutio ꝯtinui, cuius doloris ſimiliter acumẽ inducias cõcedit, ꝓmiſſis ſemp vniuerſalibus valẽt ea q̃ quęcũq; dolorẽ indifferẽter ſedãt. Ea autẽ ſunt, q̃ calorẽ mẽbri naturalẽ multiplicãt & cõfortãt calor. n. naturalis mẽbri cõfortatus repugnat oĩ rei nocẽti, vti vitellus oui terebinthina & crocus, terebintina cũ oleo ro. oleũ abietis cũ oleo ro. hæc ad ĩtra vlcus applicẽtur cũ ẽt aliq̃li exiccatione humiditatẽ medicinarũ humectãtiũ reſtringẽte ꝑticipẽt, merito cuius ẽt vlceri cõueniũt. Ab extra vero oleũ ro. cũ amygdalino, oleũ de kyro, butirũ recẽs, pĩguedo recẽs, pulli gallinæ, anatis, porci, & ſimiliũ, yſopus humida, oleũ de oliuis maturis, fex olei, oleũ ro. oleũ violarũ, oleũ chamemellinũ, oleũ vulpinum, muñia, oleũ de ſamo, mucilaco. ſ. lini, fœnugręci emplaſtrũ valẽs in caſu. Re. foliorũ maluarũ. M. i. ſ. farinę. ſ. lini, fœnugręci añ. vnc. ſ. olei chamemellini, liliorũ alborũ añ. drach. vi. olei ro. ℥ iii. mucillaginis altheæ vnc. i. ſ. farinę ordei. q. ſ. cũ duob⁹ vitellis ouorũ fiat emplaſtrũ. Si vero doloris cauſa fuerit mala cõplexio, & ſolutio cõtinui ſimul, cuius doloris ẽt acumẽ inducias cõcedit, ex iã dictis habita ẽ curatio. Nãq̃ cura cõpoſitę ęgritudinis ſumit̃ ex curatiõe ſimplicitũ ęgritudinũ ipſaʒ inquã cõpoſitã cõponẽtiũ. Quare ſuppoſitis vniuerſalibus ad ĩtra vlcus applicent̃ ea, q̃ ſunt vere & ꝓprie doloris ſedatiua, exiccatiuis aliq̃liter, & laudabilibus cõmixta, ab extra vero extraneatę cõplexiõis remotiua. Si tñ doloris acumẽ ĩducias nõ cõcedit loco dolẽti, & circũdolẽti narcotica applicẽtur, vt emplaſtrũ ſatis leue de ꝯtritis foliis papaueris albi, & vrgẽte magis dolore applicet̃ emplaſtrũ, vʒ de foliis mãdragorę, emplaſtrũ de fo-

Digitized by Google

his iuſquiami cũ puluere chamemeli, philonũ et pſicũ illinitũ, theriaca recẽs emplaſtrata. Ex oleis, oleũ de mandragora, oleũ de papauere, oleũ de nenuphare cũ opio ſucco hyoſcyami, opiũ diſſolutum cũ lacte ouillo, ſeu mulieris & ſimilia. Et hæc de cura doloris dicta ſint. Nunc de cura ſuperflui fluxus ſanguinis dicendum eſſe videtur.

De cura ſuperflui fluxus ſanguinis. Cap. IX.

PRo regimine curatiuo ſuꝑflui fluxus ſanguinis, cũ ſanguis nõ niſi a venis effluat, iprimis ẽ ſciendũ, ꝙ diuerſitas ĩ mõ ſiſtẽdi ſãguinẽ ñ ſolũ ſumiť penes diuerſitatẽ cãę facientis talẽ fluxũ vt ſi fuerit corroſio, vel putrefactio, ſeu ab extrinſeco eueniẽs ſolutio, verũ ẽt ſecũdũ ꝙ vena a qua ſanguis egrediť eſt ꝓfunda in mẽbro, aut ſuꝑficialis occulta, aut manifeſta, magna aut ꝑua. His ꝑmiſſis dicať, ꝙ ſanguinis fluxus curatiõis genere, duabus intẽtionibus ꝑficiť, videlicet diuerſiõe, & reparatiõe loci, a quo ſanguis fluit. Diuerſio qdẽ fit aliqñ ꝑ ſanguinis euacuationẽ ad oppoſitã ptẽ, vti ꝑ phlebotomiã, ventoſas ſcarificatas, ſanguiſugas q̃ tñ modificari debent ſcḋm virtutis & ętatis tenorẽ, aliqñ cũ ꝑfatis abſq; euacuatiõe & cũ ligaturis, vẽtoſa ſuꝑ hepate & ſplene, quæ mirabilis ẽ. Loci aũt reparatio, a quo ſanguis fluit, ſic cõpleť, vt ſi fuerit in cã corroſio ſiue putrefactio, tũc locus, a quo ſanguis fluit, cauterizeť cum ferro ignito, ſiue medicina cauterizãte, & eſcarã inducẽte, vt cũ hoc, R. vnguenti populei drach. ii. vitrioli vſti drach. i. argẽti ſublimati drach. i. ſ. miſce, & locus, a quo ſanguis fluit tãtũmodo repleať, ſiue cũ hoc alio. R. argẽti ſublimati lapidis hematitis, vitrioli ro. lithargiri añ. & fiat puluis, & cũ albumine oui, & puluere iſto licinia liniãtur & loco applicentur. Exiccatiõe aũt cauterii fit rectificatio corroſio

Digitized by Google

nis, & putrefactiõis, & exiccatiõe, & corrugatione ptis, a qua ſanguis egredit, facta p cauteriũ, fit ſanguinis fluxus reſtrictio, quare nil cauterio pſtãtius in cura fluxus ſanguinis eueniẽtis a corroſione, ſiue putrefactione. Si aũt vena fuerit parua, manifeſta & ſupficialis, tũc cũ acu, & ſerico perforetur ſub & ſupra venã, & ligetur vena, dũmodo apoſtema, ſiue dolor nõ cõtradicat, quoniã ſtante dolore, ſeu apoſtemate, talis ligatio phibẽda eſt. Et in medio inciſionis ponat medicamẽ, habẽs has proprietates, videlicet, quod ſit cõgelans, vt ſanguinis fluentis fiat ingroſſatio, necnõ inuiſcãs, vt fiat ſanguinis ſup caput venæ cõglutinatio, & exiccãs, vt fiat ſupfluitatum defluxarũ, & cõgeſtarũ cõſumptio, & cõſequẽter ſolutę cõtinuitatis ĩcarnatio, qua mediãte fit vera, & ppria ſanguinis fluxus reſtrictio. Cuius medicaminis deſcriptio talis ẽ. R. thuris albiſſimi viſcoſi, aloes, ſanguinis draconis, boli armeni an. ptes eq̃les, pulueriz ẽtur ſubtiliter, & cũ albo oui miſceãtur, & ſtuelli, ſiue licinia in eo medicamine tingãtur, & ĩ inciſiõe ponãtur, in circuituq; vlceris, & ſupra ſtuellos ponãtur ſtupæ plures ĩ aq̃ roſata, ſeu cõi, & aceto madefactæ, & aliq̃liter expſſę, & cũ ligatura ſatis cõprimẽtę ligent, dimittaturq; vlcus, a quo ſanguis egredit, cũ illa ligatura vſq; ad tres vl quatuor dies, qm añ illud tẽpus nõ putat, q natura fecerit tãtum de carne, q ſit ſufficiẽs ad opilãdũ venã. Si vero vena fuerit magna, reparet locus p ipletionẽ corporis venarũ, cũ ſtuellis linitis, ĩ ſupradicto medicamine ſine aliis ĩfradicẽdis. Et ſi vena fuerit pfunda, ĩmanifeſta, magna aut pua, ſiue alterius diuerſitatis diuerſificantis curationẽ fluxus ſanguinis repet locus ille mõ iſto ſatis cõi huic, & aliis ẽt diuerſitatibus in fluxu ſanguinis cõtingẽtibus, videlicet ponẽ-

do digitũ ſup orificiũ venę, dũmodo talis impoſitio ſit poſſibilis, & aliquãtulũ tenere, donec ſanguis ali quo mõ cõgelet, deinde ponant ſtuelli plures liniti i albumie oui, agitato cũ aliqb⁹ ex medicinis dicẽdis iã dictas ꝓprietates hñtibus, & cũ ligatura decẽter cõprimere, ligent. Medicię ſimplices, incõpoſitione medicinaꝝ, p reſtructiõe fluxus ſanguis faciẽtiũ cõ numerant hæ, vʒ tela aranei, terra ſigillata, cortex thuris, pentaphyliõ, plumæ gallinæ cõbuſtæ, bolus armenus, cinis raſure chartarũ cõbuſtarũ, coreãdrũ torrefactũ, cauda eqna, cornuũ raſura: cinis lignoꝝ ſtipticoꝝ: corrigiola: oia oſſa ꝯbuſta: puluis reubar bari torrefacti: pilus leporis ꝯbuſtus: ſanguis draco-nis: ſpõgia ꝯbuſta & pulueriʒata: virga paſtoris: ſan guinaria fuligo furni: Karabe: acatia: folia ſalicis: galla ꝯbuſta extīcta ĩ aceto: lapis hematitis: ꝯſolida maior: raſura pãni vetuſtiſſimi: lanugo adherẽs cor ticib⁹ caſtanearũ a pte ĩtriſeca: thus gũmoſuʒ: aloe gipſuʒ: farina volatilis molẽdini: anilũ: viſcus: gũmi arabicũ dragagãtũ: raſura corrigiaꝝ: vel coriorũ a pte ĩtrinſeca: oẽs ſpẽs gũmi. Ex medicinis cõpoſitis fluxũ ſanguis cohibẽtib⁹: pma forma erit hæc. R. pi lorũ leporis torrefactoꝝ ſcrop. ſ. boli armeni. ʒ. i. ſ. ſanguis draconis: terre ſigillatæ añ. drach. i. thuris gũmoſi drach. ii. miſce & fiat puluis. Scda forma: gy pſuʒ cũ albumie oui & munia. Tertia forma. R. gal larũ torrefactarũ: boli armeni. ʒ. ſ. libani: aloes: ma-ſtiches: ſanguis draconis: pilorũ leporis minutim i. i ſorũ añ. ſcru. i. miſce & fiat puluis. Quarta forma cõ poſitorũ. R. gypſi vnc. i. munię: telę aranei: caliginis furni: boli armeni: dragagãti añ. ʒ. i. miſce. Et hęc de cura accidẽtiũ: cõſolidationẽ vlcerũ prohibentium ſic dicta ſufficiãt. Nunc autem ad curationẽ acceda mus eorum: quæ ægritudines denominantur.

Digitized by Google

De cura apoſtematis. Cap. X.

DE apoſtemate, qđ ē ægritudo vna ex tribus morborũ generibus, cõpoſita videlicet mala cõplexione, mala cõpoſitiõe, & ſolutione cõtinui, incidẽtaliter ꝑmittẽdũ, ꝙ cura eius diſtinguit̃ ſecũdũ diuerſitatẽ tẽporis ipſius apoſtematis, ſecũdũ diuerſitatẽ materię apoſtematis, necnõ ſcđm diuerſitatẽ locorũ, i qbus fiũt apoſtemata. Quare hoc ꝑmiſſo, intẽdẽs hoc in loco ptractare tãtũmodo de cura apoſtematis vlceri, ex defluxu humorũ cõtingentis, cũ ſcđm plurimũ, ad ipſum vlcus cõſequatur apoſtema calidũ ſanguineũ, dicat̃, qđ ſi tale apoſtema fuerit in pncipio, ſuppoſita dieta, conueniẽti diuerſiõe, & humorũ peccãtiũ minoratiõe, & nõ ꝑtermiſſa cura vlceris, curet̃ ſuperponẽdo emplaſtrũ ex grano dulci, integro, decocto cũ vino põtico, cũ cortice ſuo, ſeu emplaſtrũ de malis cetoneis, & piris decoctis in aq̃, & vino rubeo, & poſtea in mortario cõtritis, & incorporatis cũ puluere mirthi, ſiue emplaſtrũ de lẽtibus decoctis, & roſis cõtuſis & incorporatis cũ terebinthina, & puluere corticũ granatorũ. Si aũt apoſtema fuerit in augmẽto, curet̃ emplaſtris ꝑdictis, qbus adiungat̃ farina fabarũ, ordei, tritici, & chamemelli. Exiſtente aũt tali apoſtemate in ſtatu, curet̃ emplaſtro ex foliis abſinthii, & maluarũ, decoctis in vino dulci, & piſtatis cum ſapa, & cribratura furfuris. Et ſi apoſtema tẽdat in viã exiturę, tũc maturatiuis appoſitis, adiuuãda ē ſaniatio, & de maturatiuis ꝓprie in iſto caſu ē emplaſtrũ de foliis maluarũ decoctis in aq̃ & in mortario cõtritis cũ farina. ſ. lini, fœnugræci & axũgia porci recẽti, & ſimiliter emplaſtrũ ex farina tritici, aqua, oleo, & croco, & facta ſanie pforatione ſaniati loci extrahat̃, ſeu ſi ad orificiũ vlceris talis ſanies declinare videatur,

tunc

Digitized by Google

tunc tentis ſeu expreſſione, aut ligaturis ad eũ deducatur. Si aũt apoſtema vlceri ſuperueniens eſſet aliud a phlegmone, tunc quæratur cura poſita tractatu noſtro de apoſtematibus. Et hæc ſatis ꝑ nũc dicta ſint de cura apoſtematis vlceri ex de fluxu humorum contingentis.

De cura oſtracatæ carnis, ſeu calloſæ & duræ. Cap. XI.

POſita cura apoſtematis, de cura oſtracatæ carnis agendum eſt. Curatio aũt eius diſtinguitur ſecundũ intenſum & remiſſum duriciei talis carnis, nã carnis oſtracatæ alia eſt duriciei intẽſę, alia remiſſæ. Ea igitur quæ remiſſa eſt medicinis leniẽtibus, in qbus ſit reſolutio aliqualis curari & rectificari poteſt. Cæterũ carnis duriciei intenſæ cura perficitur altero iſtorũ modorũ, videlicet inciſione cũ nouacula, aut cauterio, & ſi cauterio, aut cauterio actuali. aut potẽtiali, cõſiderata primo anothomia loci, qa vbi eſſet timor de diſruptione alicuius venæ, ſeu arteriæ & cõſimiliter de effuſione ſanguinis, eligẽda potius eſſet carnis oſtracatę remotio ꝑ cauteriũ potẽtiale, q̃ per inciſionẽ cũ nouacula, aut cauterio actuali, nã per cauteriũ potẽtiale fit remotio carnis oſtracatę, & prohibitio effuſionis ſanguinis, ſi diſruptio venæ, ſeu arteriæ fieri contingat, & qnonãmodo cõſidera. Præterea ſi talis caro oſtracata ſecũdũ totã eius ſubſtantiã non fuiſſet abſciſſa, applicatione inciſionis, ſiue cauterii actualis, tunc maior fiet ab ægris abhominatio reiterationis cauterii actualis, & inciſionis cũ nouacula, q̃ potẽtialis quare magis dilectũ apud me eſt cauteriũ potẽtiale q̃ inciſio, & q̃ cauteriũ actuale. Medicamen per me pluries expertũ, quod pro efficaciſſimo habui a patre meo, R. lithargiri, lapidis hematitis, vitrioli ro-

Digitized by Google

mabi añ.drach.ii.argenti ſublimati.ʒ.ii.ſ. miſce. Et pro pleniori notitia medicaminũ in caſu valentiũ, recurras ad ea; quæ ſcribũtur in de amputanda carne ſuperflua eximiæ, ſiue miræ quantitatis. Carnis vero duriciei remiſſæ curatio cõpleatur inferius dicendis, incipiendo primo a ſimplicibus, deinde gradatim procedẽdo ad cõpoſita, ex ſimplicibus, & primo ex oleis, oleũ liliorũ alborũ, oleum amygdalarũ dulcium, oleũ de lumbricis, oleum vulpinum, oleum de granis ſeſami, fex olei, œſipus humida ex mucilaginibus, mucilago altheæ.ſ.lini. fœnugręci ex pinguedinibus & vnctuoſis, pinguedo gallinæ, anſeris, vituli, bouis, cerui & ppriæ medullæ eorũ, & adeps hirci & aſini, & rapaciũ.ſ.leonis, vrſi, leopardi, lupi, vulpis, & rapaciũ ex auibus.ſ.aquilæ, vulturis, & ſimilium, & meliora earũ ſunt, quæ ſunt minoris antiquitatis, & exiccationis, & vehemẽtioris humiditatis. Ex cõpoſitis præparatis, vnguentum baſilicon, vnguẽtũ diaglon albũ cũ gũmis, & ſine gũmis, vnguẽtum de medulla cruris vituli, vnguentum mollitiuũ, vnguentum de mucilaginibus, yſopi cerotum, emplaſtrum bonũ pro remittenda duritie carnis oſtratæ duritiei remiſſæ, de farinis.ſ.lini, fœnugræci, cepis lilii, pinguedine gallinæ, porci ſine ſale, yſopo humida, oleo lilii, chamemella, & medulla vituli. Aliud.℞.medullæ cruris vaccini, olei ro. omphacini, ceræ parũ miſce. Aliud. ℞.medullæ cruris vituli mucillaginis.ſ.cetoniorũ, dragaganti, olei amygdalarum dulciũ cum cera, & modico terebintinæ fiat vnguẽtum. Aliud.℞.œſipi humidæ, adipis anatis, gallinæ, cerui, mellis, añ.ceræ.q.ſ. Aliud.℞. caput vnũ caſtrati, ſemi contritum, & in vino dulci decoquatur vſq; ad carnis diſſolutionem, & ꝙ ſupernatauerit collige, & vſui reſerua. Aliud.℞, medullam

Digitized by Google

cruris equi bulitā in vino albo dulci, vt ſupra de capite caſtrati, collige & reſerua. Aliud. R. vnguēti de ceruſſa, medullę cruris vaccę, adipis anatis galliæ añ.

De cura carnis mollis. Cap. XII.

POſtquā de curatiōe oſtracatæ carnis eloquuti fuimus, nūc de cura carnis mollis dicendū erit. Dicimus igitur, ꝙ cum mollicies carnis conſequatur ad malam membri vlcerati complexionem, ſeu ſanguinis delegati maliciam, aut vlceris inſufficientem mundificationem ꝙ pro eius curatione, ſi fuerit in cauſa mala complexio, corrigatur medicinis deſcriptis capitulo ſeptimo huius partis noſtrę practicæ. Si delegati ſanguinis malicia, caſtigetur aſſignatis ca. vi. Si vlceris inſufficiens mundificatio mundificetur antidotis, quæ humiditatē extraneā, ad quam mollitio carnis conſequitur exiccant, & conſumunt poſitis capitulo tertio, & quarto, & tertiodecimo in de amputanda carne ſuperflua quātitatis paucę, huic artificioſe ſuppoſito, nā ad carnis mollitiē, niſi ꝓhibeat̄ carnis ſupadditio cōſequitur.

De cura carnis ſuperadditæ atq; ſuperfluæ. Cap. XIII.

SIcuti carnis creatio, & vlceris cōſolidatio actione naturæ fiunt. Ita & per oppoſitum amputatio, & carnis ſuperfluæ diminutio, de qua ad p̄ſens agitur ſermo noſter, non fit actione naturæ, ſed medicinarum applicatarum qualitate: Et ideo cum medicinæ tales ſint diuerſorum modorū, quia quædam debiles, quædam fortes, quædam magis fortes, ne ex earum applicatione contingat error, prætermittendum erit, ꝙ diuerſitas in applicanda medicina carnis diminutiua, ſumitur penes diuerſitatem quantitatis diminuendæ carnis, necnon penes diuerſitatem nobilitatis, ſeu ſenſilitatis

Digitized by Google

membri ſuper quod cadit generatio carnis ampu-
tandæ, vt in dura matre, & ſimilibus, hoc p̃miſſo, ſi
caro amputanda, ſiue diminuenda fuerit quãtitatis
paucæ, diminuatur medicinis his ſatis debilibus, vi
delicet alumine rochino vſto, permixto cũ bolo aut
ſine bolo, alumĩe zucharino & hermodactilis ſimul
tartaro, nucleis dactilorũ vſtis, cinere cõchiliũ com
buſtorum, cinere quercus, cinere ficus, borace, nuce
candida ſale & melle, aqua aluminoſa cũ ſale, aqua
ardenti ſola, aqua ardenti cũ ſulfure & ſale, ſemine
vrticæ, ſempertaria, vnguento apoſtolorũ. Si vera
caro amputãda fuerit quãtitatis notabilis, ampute
tur medicinis ſatis fortibus, videlicet radice, vel ci-
nere vitis albæ, radice aſphodelorũ, vitriolo roma
no, viridi æris, vnguẽto apoſtolorũ fortificato cum
viridi æris, vnguẽto ęgyptiaco, vnguẽtis viridibus
vigoratis cũ ſale gẽma, aqua roſata cũ viride æris,
aqua ardenti cũ viridi æris, vt Re. aquæ ardẽtis, ℥.
ii. viridis æris, drach. ii. miſce. Aqua mirabilis in re-
motione carnis ſuperfluæ quãtitatis notabilis. Re.
argẽti ſublimati drac. ii. aluminis rochini, ʒ. v. aquæ
ro, ſiue plãtaginis. ℥. vi. miſce & bulliant ad cõſum-
ptionẽ quartę partis. Si autẽ caro amputãda fuerit
eximiæ, ſiue mirę quãtitatis, amputetur medicinis
prædictis fortioribus, videlicet trociſcis calidico-
nis, trociſcis ex alkali, & calce nõ extĩcta, permixta
cũ aqua in forma luti, & redacta ad formã trociſco
rum, puluere ex alumine zucharino, thure, & arſe-
nico, & calce viua, puluere ex calce viua & melle ſi-
mul malaxatis in modũ paſtæ, & redactis ad formã
madgaleonis, qui in paſta tritici reuoluat̃, & in fur-
no decoquatur aqua, per quã fit ſeparatio auri ab
argẽto, oleo de vitriolo, aqua roſa. in qua argẽtum
fuerit ſublimatũ diſſolutũ vnguento ex argẽto ſub-

Digitized by Google

limato.ʒ.ii.ſ. vnguento populeo.ʒ.i. puluere ex lithargiro, lapide hematitis, vitriolo romano, argēto ſublimato partibus æqualibus, expertū per me pluries. Re. aquæ roſatæ, ſucci limonū añ.℥.ii. argēti ſublimati.ʒ.iii. ceruſſæ.ʒ.ii.ſ. miſce & bulliant ad cōſumptionē quartę partis. Aliud expertū Re. ſalis nitri, vitrioli romani, aluminis añ.℥.ſ. argenti ſublimati.ʒ.ſ. aquæ plantaginis.℥.vi. aceti acris.℥.ii. miſce & bulliāt modo præſcripto. Idē ſciendū, qđ loco medicinarū hoc tertio in loco deſcriptarū, ab aliquibus laudatur, carnis ſuperfluæ amputatio ꝑ cauterium actuale, a nōnullis per inciſionem, ab aliis per compoſitionem iſtorum duorum modorum ad inuicē, videlicet cauterii actualis, & inciſionis in hūc modum, ſumptis forficibus bene & notabiliter incidentibus, & in ignem poſitis vſq; ad rubificationē earum ſic per illos, eo inſtrumento taliter præparato, caro amputāda amputatur, poſitis nōnullis cauſticis, q̃bus caro ſuperaddita remoueri habeat. At pro eorum applicatione erudita, dicimus quod in remotione carnis ſuperfluæ vtendū eſt potius medicinis, a mordicatione denudatis, q̃ quibuſcunq; aliis, niſi neceſſitate ductus, in qua neceſſitate adhuc meliores erunt & laudabiliores illæ, quæ erunt minoris mordicationis, præterea notādum etiam, ꝙ quum remotiua carnis ſuperfluę mordicantia applicantur, linitio facta circum circa mēbrum in parte ſana cum vnguento defenſiuo communi ſolo ſeu vnguento populeo ſecum admixto aut ſuccis frigidis, vt plantaginis, ſolatri, ſemperuiuæ, & his ſimilibus multum iuuatiua eſt. Ex dictis iā clare demonſtratum eſt, quis ſit modus carnis ſuperfluæ curatiuus. Nunc autem ad curam ſerpiginis ſiue prurigînis accedamus.

Digitized by Google

De cura ſerpiginis, ſeu pruriginis in circuitu vlceris contingentis. Cap. XIIII.

CVm non raro contingat, partes vlcerum circũ adiacentes ſupficialiter vlcerati multis & paruis vlceribus, ſituſq; inordinati, cum earũ partium punctione & arſura, ex quibus vlceris cõſolidatio difficultatẽ cõſequit̃, ideo priuſq̃ modus curatiuus prænominatæ diſpoſitionis explicetnr duo erunt præmittenda, & primũ ꝙ talis diſpoſitionis cauſa poteſt eſſe intrinſeca, aut extrinſeca. Intrinſeca ſcd'm plurimũ, ſanies ab vlcere reſudans acuta mordicatiua, cuius ſaniei materia dicitur cholera aduſta, ſeu phlegma ſubtile choleræ aduſtæ admixtum locũ vlceratũ, & partes adiacentes inundans, & eas cõtingendo ſui acuitate ſuperficialiter vlcerans. Extrinſeca vero cauſa vti calefaciẽtiũ appropinquatio magis q̃ diſpoſitio vlceroſa & mẽbri natura requirant humores in loco cõtentos diſſoluentiũ & acuentiũ, nec nõ antecedentẽ materiã ad locũ attrahentiũ. Scd'o præmittẽdũ, ꝙ poſita hac diſpoſitione duo ad inuicẽ cõiungũtur, quorũ quilibet neceſſario trahit ad ſe curã, videlicet mala cõplexio calida, & ſuperficialis vlceratio. Diſpoſitiõi igitur huic ſuccurrendũ dieta, cauendo a ſalſis & ab acutis & potione materiam peccantem euacuatione, & hoc maxime, ſi cauſa fuerit intrinſeca. Item ſuccurrendũ in recenti ſerpigine localibus alterãtibus malam cõplexionem calidam & exiccantibus ſaniẽ ſubtilẽ ab vlcere ſuperficiali reſudantem, & ſecundum quod trahit ad ſe curam magis vna paſſio iam dictarum q̃ altera, ſic compoſitum antidotũ in exiccatione prædominetur, ſeu in alteratione malę cõplexionis calidæ, ſecundum prædominiũ vnius iſtarum diſpoſitionum ſuper alteram. Et quia accõmo-

data ſiccitas ad curationem vlcerum non ſemper requiſita ſtat cum frigido, quare nimirum ſi calida cum frigidis in aliquibus dicendis admiſcemus, imo in tali diſpoſitione conſequitur multotiès ex applicatione puræ infrigidātiū, humoris cōſtipatio, ſiue quæ malæ caliditatis reacentratio, quæ poſtea eſt cauſa deterioris malignitatis ipſius morbi, de quorum alteratiuorum & exiccantium in recenti ſerpigine eſt linimentum ex lithargiro, ceruſſa lota, oleo ro. cum aceto forti, confectum in mortario plūbeo cū piſtillo ſuo. Item vnguētum album cum aceto acri. Item aliud. R. radicum lapathi, celidoniæ recentū añ. ℥.i. aluminis vſti, ſalis cōmunis añ. ʒ.ii.ſ. cū axungia porci rancida & ſalita, & ſucco plantaginis fiat linimentum in mortario contritis conterendis. Certa autem experientia ſcio etiam iſta in caſu valere, quorum aliqua iuuatiua ſunt ſui exiccatione alia exiccatione & ſtipticitate ſimul, videlicet oleū de tartaro, oleum de frumento, oleum de vitellis ouorum, aqua maris, decoctio acetoſæ, aqua fabrorū, in quo ferrum extinguitur, aqua exiſtens ſub rota fabrorum vbi acuuntur ferramenta ſiue inſtrumenta. Vnguentum bonum per me cotidiana experientia comprobatum, quo patiens volis ſuis ambarum manuum locum ſerpiginoſum, ſiue pruriginoſum inungat, & taliter fricetur, donec vnguentum ingrediatur & imbibatur in membrorum ſubſtantiā, & quonāmodo tale vnguentum taliter adminiſtratum ſit ſerpiginis curatiuum conſidera. Re. axungiæ veteris. ℥.iii. tartari thuris ana. vnc.ſ. argenti viui extincti cum ſaliua. vnc.ii. ſucci abſinthii. q. ſ. miſce & fiat vnguētū i mortario abſq; igne. Itē aliud R. axūgię porci. vnc.iiii. aceti acris. vnc.ii. argēti viui, vnc.ii.ſ. diſſoluat axūgia ad ignē, & buliat aliquā

Digitized by Google

tulum cum aceto, & per pannum coletur, & in mor-tario diu aceto conteratur, & incorporetur, deinde adde vltimo argentum viuum cum ſaluia extinctū & modo præfato locus ſerpiginoſus etiam inunga-tur. Item aliud. Re. ſepi caſtrati, medullæ bouis añ. ℥.ii. ſucci ſaluiæ. ℥.i.ſ. argenti viui. vnc.ii. thuris. ʒ. vi. miſce & fiat emplaſtrum abſq; igne, mortificato prius argento viuo cum aceto acri. Cōuenit etiam in inueterata ſerpigine pro eius cura, p̄habitis vni-uerſalibus, euacuatio materiæ cōtentæ in loco per ſcarificationem, ventoſas ſcarificatas, ſanguiſugas, & per ſimilia. Et dum neceſſe fuerit, conuenit etiam apertio vene reſpicientis locum tali ſerpigine infe-ctum, vt ſi in coxis fuerit ſaphenæ, ſi in brachiis ſal uatellæ, & ſic de aliis corporis partibus deinde ad localia iam dicta deuenire. Et hæc ſatis de cura ſer-piginis, ſiue pruriginis in circuitu vlceris euenientis dixiſſe ſufficiant. Quis autem ſit verus modus cor-roſionis curatiuis ex ſequenti capitulo quiſq; ſuffi-cienter intelligere poterit.

De cura corroſionis. Cap. XV.

CОrroſio, quæ eſt diſpoſitio, in qua humiditas terminans inter partes membri reſoluitur, ita q̄ partes mēbri remanēt diſcontinuitate abſq; hoc, q̄ humiditas quæ remanet in membro ſit cor-rupta, cuius cauſa forte dicitur cholera aduſta, quę propter ſui acuitatem & aduſtionem fraudulentiā adipiſcitur, ſeptem his inſtrumentis curetur quorū primum erit prohibitiuū, ne materia faciens corro ſionem multiplicetur, ſecundum erit minoratiuum materierum corroſionis antecedentium, tertiū erit diuerſiuum materierum corroſionis defluentium, quartum erit eductiuum ab vlcere, & a partibus vl ceri proximis materiæ corrodentis, quintum erit

remotiuum carnis corroſæ, in qua forte etiam ma-
litia corroſionis fundatur, ſextum erit alteratiuum
male complexionis calidæ derelictæ, partim ab hu
more corrodente, partim a medicina cauſtica, qua
mediante facta fuit remotio carnis corroſæ, ſepti-
mum erit exiccatiuum ſuperfluitatum in loco exi-
ſtentium. Primum itaq; inſtrumentum perficiatur
debito regimine in ſex rebus non naturalibus ver-
gente ad frigidum, & humidum. Secundum inſtru-
mentum ſubminiſtretur, euacuatione facta per ſe-
ceſſum, educente choleram aduſtam, pro quo recur
ras ad capitulum de cura ſanguinis peccantis in cō-
plexione calida nimis ſuperflua. Tertium inſtrumē
tum cōpleatur phlebotomia partis oppoſitæ, edu-
ctione omni die ſuperfluitatum primæ digeſtionis
cum cliſteri, vel ſuppoſitorio, ſi ſponte non educerē
tur. Et omni alio modo diuerſionis ex ventoſis fri-
ctionibus, refrigeratiōe partis ſuperioris, cum ſup
appoſitione medicinarum frigidarum ſtypticarum
vti ſolani, plantaginis, materiam fluentem ingroſ-
ſantium, & vias & ductus per quę fluit materia cō-
ſtringentium, necnon & membrum confortantium,
vt a ſe materiam depellat, & non recipiat. Quartū
ſimiliter inſtrumentum perficitur educendo mate-
riam cum ſcarificatione vlceris, & partis circū adia
centis ſeu applicatione ſanguiſugarum ſuper mem-
bro. Quintum inſtrumentum perficiatur cauterio
actuali cum ferro ignito, ſiue potentiali cū hoc. Re.
argenti ſublimati drach. ii. ſ. vnguenti populei, vel
dialtheæ (quod multum acuitatem ſublimati refrin
git) drach. i. miſce. Sextum inſtrumētum vnguento
de minio vnguento de ceruſa albo, vnguēto de ſuc-
co ſolatri, vnguento de tuthia, vnguēto rubeo cam
phorato, & ſimilibus, Septimum vero & vltimū in-

ſtrumentum compleatur vnguentis prædictis, ſiue cum hoc & melius. Recipe vnguenti de tuthia, vnguenti de calce. ana. vnc. I. miſce. ſeu cum hoc. Recipe aluminis, fecis, aceti, pulueris gallarum añ. partes æquales. Valet præterea ſua exiccatione, repercuſſione, & membri confortatione aqua plantaginis, ſiue vinum mellitum decoctionis aluminis. Poſita cura corroſionis, de cura putrefactionis dicendum eſt.

De cura putrefactionis. Cap. XVI.

QVum putrefactio in vlcere, quæ ē corruptio ſubſtantiæ membri abſq; eius diſſolutione, cõſequatur ad corruptionem complexionis membri, ſeu ad prohibitionem aduētus ſpiritus ad membrum, ideo antequam ad curationem putrefactionis accedamus, connumeranda erunt a quibus membri complexio corrumpitur, & ſimiliter, a quibus fit prohibitio aduentus ſpiritus ad membrum. Membri complexio corrumpitur in genere ab omni eo, quod ſibi contrariatur quia qd' corrẽpit, corrũpit a ſuo cõtrario in ſpecie, ſicuti a ſaniei ſubſtãtia, ab humoris tranſmiſſi ad vlcus malignitate, & venenoſitate, ab intẽſa ab intrinſeco, ſeu ab extrinſeco euenienti caliditate, frigiditate ſeu humiditate a venenoſorum morſu, vt canis rabidi, ſcorpiõis, vipere & ſimilium a venenatæ ſagittæ, ſiue rei alterius veneno infectæ diſruptione, ſiue pũctura. Prohibitio aduentus ſpiritus ad membrum vtiq; in genere fit ab omni eo, quod in viis tranſitus, per quos deferuntur ſpiritus, opilationem inducit, ſicuti in ſpecie a materia incuneata, & conſtricta, ſiue per cauſam primitiuam, ſiue antecedentem, ab immoderata frigiditate, a forti & exaſperata ſtrictura,

ſiue illaqueatione, a materiæ coniunctæ exceſſiua quantitate, ſeu multitudine, a materia coniunctæ groſſitie & viſcoſitate. Aſſignatis cauſis tam in genere q̃ in ſpecie putrefactionis in vlcere euenientis, tali quali modo dictum eſt. Nunc autem dicendum conſequenter, ꝙ cura putrefactionis diſtinguitur ſecundum quod ea putrefactio eſt de proximo futura, aut iam facta eſt, & quæ iam facta eſt, aut ſecundum ꝙ eſt perambulans & procedens ad partes vicinas corrumpendo per viam corruptionis complexionis membri, aut ſecundum quod non eſt perambulans nec procedens partes vicinas corrumpendo ſaltē pro tēpore, ſed ſic in ſuo oſſe ſtans. Cura itaq; putrefactionis, quæ eſt de proxima futura perficiatur, ne talis putrefactio omnes gradus ad putrefactionem acquirat, vt ſi in cauſa fuerit ſaniei ſubſtātia, perficiatur antidotis deſcriptis, cap. iii. & iiii. huius noſtræ partis practicæ. Si in cauſa fuerit ab intrinſeco ſeu ab extrinſeco eueniens caliditas, cura compleatur ſucco ſolatri, ſucco plantaginis, albumine oui conquaſſato cum aqua ro. Si frigiditas decoctione chamæmeli meliloti, & ſimilium. Si humiditas, aqua cineris, aqua aluminis, emplaſtro ex farina ordei, orobi, fabarum, aqua cineris, aceto, & melle, & aliis exiccatiuis fortioribus forte. Si vero fuerit in cauſa humoris malignitas, & venenoſitas, ſeu rei alterius extrinſecæ venenatæ morſura, diſruptio, ſiue punctura, tunc talis malignitas & venenoſitas eradicetur & conſumatur, cauterio: ſeu ſcarificatione, appoſitione ventoſarū ſup loco, ſuctiōe cū ore & aliis. Si materia icuneata & cōſtricta, relaxetur ſcarificatiōe loci, & circūuicinę ptis. Si in cā fuerit fortis & exaſperata ligatura, diſſoluatur, & a tali deſiſtat. Si materię cōiūctę multitudo

minoretur ſcarificatione: ſeu ſanguiſugarum ap-
poſitione. Si vero materię coniunctæ viſcoſitas &
groſſities fuerit in cauſa, tūc ipſius fiat ſenſibus diſ-
ſolutio ſcarificatione loci, & circūuicinę partis. Cu
ra vero putrefactionis, quę iam facta eſt, & nō per-
ambulans, nec procedens ad partes vicinas corrum
pendo, ſaltem pro tempore, ſed ſic in ſuo eſſe ſtans
compleatur abſciſſione putrefacti cum nouacula,
ſeu quouis alio modo corruptum abſcendente, ſum
pta indicatione de profunda & ſuperficiali abſciſ-
ſione, ſecūdū ꝙ talis putrefactio magis & minus in
membro profundatur. Cura autem putrefactionis:
quæ eſt perambulans & procedens in hunc modum
adminiſtretur, inciſione corrupti iuxta ſanum acci-
piendo etiam de parte ſana, & conſequenter cauſti
catione reſidui: cum igne: & melius: aut medicinis
cauterizantibus: vt humidum extrâneum in mēbri
ſubſtantia forte derelictum: quia non per inciſionē
& amputationem totaliter remotum aptuȝ partes
vicinas ſanas corrumpere & inficere conſumatur &
exiccetur: ſeu cū his: quæ in illam humiditatem ex-
traneā exiccando & conſumendo cauterio propor
tionātur: ſicuti vitriolo romano: calce viua: ſeu vn-
guento tali. Re. vitrioli rubei. ℥. x. aluminis drach.
iiii. calcis viuæ drach. v. pſidiæ drach. v. thuris dra.
xi. gallarum drach. i. ſ. ceræ drach. xl. olei drach. vi.
pinguedinis vituli. ℥. xl. incorporentur more vnguē-
ti. Item valet hoc aliud. Re. aquæ primæ, vnc. x. cal
cis viuæ: argenti ſublimati: aluminis ān. vnc. i. miſce
& buliant ſimul ad ignem; donec ad ſubſtantiā den-
ſam deueniat. Item etiam vnguentum ægyptiacū:
& ſimilia. Hæc itaqꝫ de cura putrefactionis & vni-
uerſaliter earum diſpoſitionum: quæ in vlceribus
ſuperueniunt: dicta ſint.

Digitized by Google

De cura corruptionis oſſium. Cap. XVII.

CVm ad vlcera multotiens conſequatur oſſium corruptio: qua exiſtente: vlcus in carne nõ poteſt ſanari: niſi prius oſſis corruptio eradicetur: ideo & rationabiliter: data prius vlcerum cura in calce huius noſtri libelli: curationem corruptionis oſſium aggreſſus ſum: non diſtinguendo tamen putrefactionem a corroſione: cũ curatio: quæ perficitur poſtremo artis medicæ inſtrumento: pro ſui maiori parte penes hęc nõ diuerſificetur. Dico igit ꝙ corruptionis oſſium curatio diſtinguitur ſecũdũ: ꝙ talis corruptio ẽ de proximo futura: aut iã facta eſt: & ſecundũ: ꝙ eſt in oſſe magis & minus profunda: aut magis & minus ſuperficialis ſimiliter ſecundum diuerſitatem membrorum: in quibus fundata ſunt oſſa: vt in capite: dorſo: coxendicibus: iuncturis: & conſimilibus. Scita hac diuerſitate: dicendũ ſecundo: quod oſſis corruptio: quæ de proximo futura eſt: denotatur ex iſtorum præſentia: videlicet apoſtematis: naturæ inobedientis: doloris in loco: & cum perſeuerantia infeſtantis: coloris oſſis naturalis: coloris liuidi: conditiones aſſumẽtis: carnis vlceratæ in corruptionem tendentis: vlceris ſub imperio annui ſe ſupponentis. Oſſis corruptio quæ iã facta eſt: denotatur: quoniam ſecundum plurimũ & quaſi ſemper: facta eſt oſſis denudatio a panniculo eum naturaliter cooperiente: quæ comprehenditur ex facili penetratione carnis & pãniculi vſq; ad ipſum os: tenta plumbea ſiue argentea mediãte. Itẽ caro: quę ſuper ipſum exiſtit os: facta eſt mollis: nec non ſanies ab vlcere emanans eſt cum fœtore: & facta prætenuis. Si igitur oſſis corruptio fuerit futura de proximo curetur: ne omnes gradus ad corruptionem acquirat: & hoc remotione ſuæ cauſe fa-

Digitized by Google

cientis talem corruptionem, circa quã fiat diligens conſideratio. Si autem oſſis corruptio iam facta ſit, & ſuperficialis exiſtat, eradicetur frictione ſeu ſcalptura ipſius oſſis corrupti, vſquequo peruenias ad vltimum corruptionis eius, cognita oſſis corrupti eradicatione, dum eius ſit frictio, ꝙ ſanguis ex eo egreditur. Si vero corruptio ꝓfunda fuerit, abſcindatur ipſum os corruptum, fricando ſeu ſcalpendo, & ſubſequenter cum cauterio actuali cauterizãdo, vt inde ſi quid humidi fuerit extranei, nõ iam ex toto per frictionẽ remoti, apti particulas vicinas adhuc inficere, exiccetur, & conſumatur. Et ſi oſſis corruptio profunda vſqꝫ ad ſui medullam comprehendatur, curetur ipſum os, malleo & ſcalpello, ſeu aliis inſtrumentis conuenientibus, concauando & remouendo cum ſui medulla. Si vero oſſis corruptio fuerit vniuerſalior, ita quod totum os ſit corruptum ſerratura totius oſſis deſtruatur. Si oſſis corruptio exiſtere videatur in capite, dorſo, anchis ſiue iũcturis, aut mẽbris nobilibus propinquis, anihiletur medicinis complexionem ipſius oſſis conſeruantibus, & humidum corruptum & extraneum in oſſis corrupti ſubſtantia contentum exiccantibus & conſumentibus, ſicuti cum vnguẽto de agarico, cuius hęc fertur eſſe deſcriptio. Re. ſalis agarici, tartari ana fiat puluis, & cum melle vnguẽtum ſiue cũ hoc alio. Re. ariſtolochiæ rotundæ, yreos, myrrhæ, aloes, corticis plantæ opopanacis, cambil adusti, ſcoriæ æris, corticis pini añ. miſce, & fiat puluis, ſeu cũ melle vnguentum. Item valet in caſu radix dragontęę, betonica, radix peucedani pulueriz ata, radix vitis albæ cum vino emplaſtra, euforbium puluerizatũ, vitriolum romanum, & ſimilia. A nõnullis vero ſit humiditatis corruptæ in oſſis ſubſtantia contentę

Digitized by Google

conſumptio & reſolutio medicinis his, quæ caute-rio proportionantur, videlicet oleo feruenti, radi-ce aſpodelorum ignita valde, cum vino ſulfure igni-to, Aqua per quam fit ſeparatio auri ab argento. Tu tamen de membri vlcerati nobilitate, & ad mẽ-bra nobilia propinquitate, & ſimiliter de prædicto-rum medicamiuum fortiori & debiliori potẽtia cõ-ſidera, ne ex eorum applicatiõe in membro vlcera-to cadat error. Quot igitur ſint impedientia cura-tionem vlcerum, & quibus diuerſis modis impediãt, & per quæ ſigna impedientia occulta cognoſcãtur quæ ad theoricam pertinent curationis vlcerum. Ad hæc autem quæ ſint, & quot ſint ingenia aufe-rentia præfata impedientia, quia tria ſ. potio, dieta, & chyrurgia, tam generaliter in quadã ſumma, q̃ particulariter circa vnumquodq; quod ad practicam attinet in hoc noſtro compendioſo libello, qui de cura vl-cerum exteriorum inſcribitur, quæ eſt chyrurgiæ pars ſufficienter dictum eſt.

Ang. Bolog. Libri de Cura vlcerum.

FINIS.

Sequitur Liber de vnguentis.

Digitized by Google

ANGELVS BOLOGNINVS
Franciſco Caballo Brixienſi ingenuarum artium: ac phiſicæ facultatis eminentiſſ. fœlicitatem.

VT veteres ſcriptores inſequar mi Caballe ſuauiſſ. ac hippocraticæ facultatis ſpecimē & ſplendor: qui lucubrationes ſuas maximis viris doctrinęq́ pręditis inſcribebant. Eorum alii id agere ſolebant: vt aliquid ſibi promererentur. Alii vt iudicium de ſe ſentirēt. Alii ob alias cauſas: Sic & ego Caballe amantiſſime opuſculum hoc qualecūq́ ſit tibi viro clara virtute: ſumma ingenii: memoriæq́: fœlicitate & gloria maximo ac prædito dedicare decreui: vt amorē erga te meum firmum: incuſſum: & non longa intercapedine abolitū recognoſcas. Rogo itaq́ vt opuſculū hoc: & me: tuo numine tueri velis. Egredere igitur audaciter libelle mi tanto fœlix auſpicio. Vale.

Vincentius Ferealdus Brixienſis.

Qui magnis adhibere cupit medicamina morbis
Sæpius Angelicum perlegat iſtud opus.

Digitized by Google

ANGELI BOLOGNINI LIBER DE VN-guentis, quę cõmunis habet vſus pra-cticantium hodiernus in ſolu-tę continuitatis medela, ſeptem habens capitula.

Et eſt prologus in quo ponitur intentio huius libri. Cap. I.

CVm in florẽtiſſimo Bononiẽſi ſtudio, a Senatu Bononiẽſiũ ſtipẽdio adductus fuerim, vt Chyrurgiæ Principis lectiones nõ paucę ſcholaſticorũ multitudini publice p̃fiterer. Eorũ, & doctorũ q̃dẽ, maior pars ĩgeminatis in dies p̃cibus, vt quę vnguẽta cõis habeat vſus practicãtiũ hodiern⁹ in ſolutę cõtinuitatis medela. Et quonãmõ & via ea vnguẽta, ſolutis cõtinuitatibus applicata ĩ illis opationes a medico intẽtas inferãt. Deinde in quo tp̃e ſolutis cõtinuitatibus applicãda ſunt. Poſtmodum quonã mõ & quo in loco applicari habeant. Adhuc q̃to tp̃e ĩ eorũ applicatiõe ꝯtinuãdũ erit. Vltio eoꝝ deſcriptionẽ & cõponẽdi modũ. Deſcribere vellẽ & eis cęterę q; ſtudioſę iuuẽtute ĩprimi curarẽ ſępiſſime me efflagitauit. Aſſiduis igit̃ eorũ debitis ac p̃cibus nõ obtẽperare arbitratus ĩgratiſſimũ, his paucis non omnia ſed quę opportuniora & meliora ad rem viſa ſunt dicens parco contentus.

Digitized by Google

Continet quot & quæ ſint vnguenta, quæ ſunt in cõmuni practicantiũ vſu in vniuerſali & ſub q̃dã ſumma. Cap. II.

VNguẽtorũ q̃ ſunt in cõi practicãtiũ vſu ꝑ curãdis ſolutis cõtinuitatibus, Quædã ſunt q̃ pluribus mẽbris. Quędã q̃ pluribꝰ ſolutis cõtinuitatibus ſunt cõia. Alia q̃ vni determinato membro. Nõ nulla vni ſoluti cõtinuitati tm̃ ſunt ꝓpria. Quæ pluribus mẽbris pluribuſq; ſolutis ꝯtinuitatibus ſũt cõia. Dicunt eẽ hæc, vz vnguẽta defenſiua, vnguẽta digeſtiua vnguẽta mũdificatiua, q̃ vnguẽta nõ magis vni ꝑticulari mẽbro determinato q̃ alteri. Et ſimilr nõ magis vni ꝑticulari ſolutę ꝯtinuitati determinatæ q̃ alteri ſunt appropriata nec ꝑ illis ꝓcipaliter inuẽta, iõ in hac ꝑte cõia dicunt. Quæ vni membro determinato ſunt ꝓpria, ſiue illi appropriata ſunt vnguẽta capitalia, q̃ pro curãdis ſolutis cõtinuitatibus in capite tm̃ cõtingẽtibus ꝓcipalr fuerũt iuẽta. Quæ vni ſolutæ ꝯtinuitati ſimilr ſunt ꝓpria & appropriata, ſunt vnguẽta Mercurialia, q̃ vtiq; ꝓcurãda vlcera quadã ſcabie miro quodãmõ repta ſunt.

In quo continetur de vnguentis defenſiuis. Cap. III.

A Cõioribus rõnabiliter incipiẽs tanq̃ notioribus. De vnguẽtis defenſiuis dicẽdũ, quorũ officiũ & opatio ẽ quũ frigidis & ſtipticis ſint cõpoſita. Frigiditate ſua & ſtipticitate ſanguinẽ fluẽtẽ & humores admixtos ſanguini, cõgelare, cõdẽſare, & ingroſſare, & ſic ex eorũ tali acq̃ſita ſubſtãtia, ineptos fluxui reddere, nec nõ ſubſtãtiã mẽbri patiẽtis inſpiſſare, poroſitateſq; ipſius cõſtringere, caliditatẽ eius attractiuã reſtringere, virtutes membri lęſi vnire. Et vnitas fortiores in ſuis opationibus reddere, vz in expellẽdo maxime. Et ſic ex his defluentes

humores loco ſoluto copulari prohibere. Virtus.n. vnita fortior eſt ſe ipſa diſperſa, quod idē eſt omnis potentia maneas impartibilis maior eſt. Humoribus itaq; in fluxu ſeu de pximo influere exiſtētibus, applicetur defenſiua in parte ſana, videlicet ea pte que exiſtūt viæ & ductus per quos defluunt humores & ſpiritus ad locū læſum. Quibus defenſiuis cōtinuandum erit donec & vſq; humorū defluxus ceſſauerit, quod comprehendi poterit priuatione doloris. Delitescentia tumoris (ſi apparuerint) bonitate ſaniei in ſubſtantia & qualitate, ipſiuſq; proportionata vlceri quantitate, quorū plurimæ deſcribētur formæ, quarum prima forma erit vnguenti defenſiui cōmunis quæ talis ē. Re. olei ro. vnc. i. ſ. myrtini vnc. ſ. ceræ albæ drac. vi. b. p. boli ar. vnc. ſ. ſanguinis draconis, terræ ſigillatæ añ. ʒ. i. ſ. Conterendorum vnumquodq; per ſe primo, ſubſequenter cōmixta in vnum in mortario ſubtiliſſime conterantur (& non ab re dum dicitur vnguentum ſubtile & emplaſtrum groſſum) & per ſetonē ſubtilem tranſmittantur, diſſolutaq; cera in oleis ad ignē lentum & fere infrigidatis dentur pulueres ducendo tale cōmixtum continue baculo, vſq; ad vltimam infrigidationem. Vltimo in aqua roſata, ſeu aceto roſato infundatur & abluatur. Tale autē defenſiuum ſub tali forma adminiſtratum, conſuetum eſt non remutari niſi de tertia in tertiam diē, applicando ipſum eo modo & loco quibus ſupra. Solet præterea a quibuſdam pro vnguento defenſiuo communi, & aliis vnguentis defenſiuis particularibus in nonnullis particulis humani corporis (licet in omnibus etiam) linimētum vnguento ſupraſcripto proportionatum adminiſtrari, Cum non in illis particulis accommodate vnguentum adminiſtrari poſſit.

Digitized by Google

cuius forma erit hęc, R. olei ro. ℥.ii. boliāt. ℥.i. aceti drach.i. miſce, & in mortario tale aggregatū ducat̃, factaq; eorū ſimpliciū ad inuicē bona ꝑmixtiōe, eo linimēto ꝑtes circūſtantes vulneri ſiue vlceri ſpatio triū digitorū illinant̃. Coopta ꝑus tn̄ ſolutiōe cōtinui tētis, licinijs, ſeu faldellis & petijs emplaſtratis vnguēto ſeu vnguētis ſolutę cōtinuitati illo tūc tp̄e cōuenientibus & oportunis. Quę linitio oī tp̄e medelæ ꝑſtitę reiterāda ē. Ab alijs vero tp̄e magni ęſtus & caloris, ſeu īfirmorū īopia loco vnguēti defenſiui & ſimiliter linimēti de qbus ſupra, ſubminiſtrant̃ nō nullę defenſiuorū formę, ſub forma embrocę. Quarū pma erit hęc, Re. ſucci ſolatri ꝑtes duas plātagis ꝑtē vnā, aceti parū miſce. Infuſa petia vna ī tali aggregato & aliqualiter expſſa ꝑtes circūſtātes ſolutę cōtinuitati embrocent̃, & extenſa ſupra mēbrū vſq; ad tp̄s mutatiōi cōgtuū pmittat̃. Et iterū ībibita in tali medicamēto applicet̃. Coopta ꝑus ſoluta ꝯtinuitate tētis, faldellis, vt ſupra hitū ē. Alia forma. R. aq roſatę. ℥.iii. aceti. ℥.ſ. miſce, & applicet vt ſupra. Alij aliter defenſiua loco & tp̄e qbus ſupra applicanda applicāt, & hoc mō tali, vȝ loco ex oleo ro. circūq; īūcto eidē pulueres ſanguis draconis, & boli armēi hincīde ſup aſpergūt & eorū digitis nō valde cōprimentibus prædictos pulueres leniunt & diſſoluūt.

In quo tractat̃ de vnguētis digeſtiuis. Cap. IIII.

DEſcriptis nōnullis in defenſiuorū materia, de qbus in ꝓhemio nos declaraturos eē diximꝰ. Nūc de vnguētis digeſtiuis dicēdū, quorū officiū & opatio ē, tā in vulneribus, q̄ in vlceribus īdigeſtis & crudis, ſui caliditate cū hūiditate & vnctuoſitate ꝑmixta, ꝑparare ad expulſionē, caliditate digeſtiuā vigorādo (multiplicato calore naturali) & humiditate & vnctuoſitate diſponēdo ad alterationē

ſimilē illi q̄ fit in generatione ſaniei cū putrefactiōe
pmixta molliēdo & leniēdo. In vulneribus dico ſan-
guinē & ſupfluitates admixtas ſāguini, cōgelatū ſeu
cōſtrictū in extremitatibus venarū notabiliū, & ca-
pillariū ptiū ſolutarū, & in locis pximis ambiētibus
ipſaꝝ ſolutā cōtinuitatē. Quę ſanguis congelatio &
cōſtrictio ꝯſequuta fuit, applicatiōe albuminis oui,
ſiue frigiditate aeris circūdātis, ſeu alia de cā. Et ſi-
militer p̄parāt ad expulſionē ſupfluitates q̄ aggre-
gant in loco, ptim p viā defluxus, virtute expulſiua
forti mēbrorū potētiū ſuas ſupfluitates ad mēbrum
debile expellere, ptim p viā cōgeſtionis, virtute di-
geſtiua & expulſiua debili mēbri patiētis. In vlcera-
tionibus vero crudis & indigeſtis p̄parāt ad expul-
ſionē humores digeſtiōi rebelles ſui cruditate, Ethe-
reogīitate ſeu forte multitudīe. Exiſtētibus igitur
vulnere in ſua ſcda ſiue tertia die vlceratiōe idige-
ſta & cruda in ſuo tpe applicētur digeſtiua replēdo
vulnus ſiue vlcus tētis faldellis ſeu liciniis & petiis ī
ipſo digeſtiuo itinctis. Quibus digeſtiuis pcedendū
erit in eorū admiſtratiōe donec & vſq; quo tibi vi-
ſum fuerit ſanies ex ipſa ſoluta cōtinuitate pportio-
nata reſudari. Quę vt plurimū i vulneribus hyemis
tpe ſextā ſiue ſeptimā, in æſtate qntā ſiue ſextā diē
inſequit. In vlceratiōibus vero pcedēdū donec præ
cęteris dolor & tumor delituerint cū p̄ſentia ſaniei
laudabilis in ſubſtātia & quātitate, quorū digeſtiuo
rū plurimę deſcribent formę, quarū pma erit vnguē
ti digeſtiui cōis, q̄ talis ē. R. vitellorū ouorū, numero
i. olei ro. ℥. i. miſce. Alia forma. R. terebithinę. ℥ i. ſ.
vitellorū ouorū numero. q. olei ro. ℥. ſ. miſce. huic cō
poſito potes addere parū croci, ſi placet. & erit ma
gis in ſuis opatiōibus efficax, & in ſedatiōe doloris
pręſtās, Alia forma, R, terebintinę lotę. ℥. ii. vitello-

Digitized by Google

rum ouorum numero.ii.croci ſcrop.ſ.olei ro.vnc.ſ. farinæ ordei.q.s.vt bonæ formæ & compoſitionis reddat. Alia forma magiſtralis.Re. axungiæ porci liquefactæ ſiue butyri vnc.i.ſ.ceræ albę terebintinæ añ.vnc.ſ.croci ſcrup.ſ.diſſolutis axũgia ſiue butyro & cera ſimul & vltimo terebintina & quaſi infrigidatis det crocus & ducat aggregatũ ex his baculo donec ad vltimã infrigidationẽ deueniat. Itẽ alia forma ſatis mihi domeſtica in vlcerib⁹,& ĩ vulneribus ẽt a tertia ſiue.iiii. die, citrã admĩſtrãda cũ hũiditate & vnctuoſitate exiccatiõi pmixta pticipet.R.vnguẽ.baſilico.ſerap.ʒ.i.dialtheę.ʒ.ſ.miſce.

In quo tractatur De Vnguentis mundificatiuis. Cap. V.

CVm vnguẽta mundificatiua ea denominanda ſint,quæ ſolutas cõtinuitates mũdas reddunt. Ea pp̄ter nõ ĩmerito hoc in loco dicẽdũ eẽ puto.Mũdificatiuũ tripliciter ſumi poſſe v3 large,ſtricte & ſtrictiſſime.Si large ſumat ſic oĩa vnguenta q̃ habẽt mũdare ſolutas cõtinuitates ſiue mundẽt eas a ſanie,cruſtis eſcaris,ſiue ſquamis,carne molli carne putrida,carne oſtracata,& ſic de aliis mũdificatiua dici poterũt. Si autẽ ſtricte ſumat mõdificatio ex vnguẽtis celebrata pprie ſolutæ cõtinuitati vlceroſæ tantũ cõpetat.Sic ea dici poterũt mũdificatiua ſtricte quæ habẽt ipſum vlcus mundare ab altera duarũ ſuperfluitatũ ſolutas cõtinuitates vlceroſas inſequẽtiũ. Ex quarũ præſentia tale vlcus interdũ ſortit denomiatiõẽ,vt a ſanie ſubtili qua vlcus viruletũ denominat,ſeu a ſanie groſſa qua vlcus ſordidũ.Si ſtrictiſſime ſic ea vnguẽta quę habẽt mũdare ſolutas cõtinuitates vlceroſas a ſuis propriis ſuperfluitatibus ſimul & collectiue v3 a ſanie ſubtili & groſſa ſimul,q̃ duæ ſupfluitates ſecũdũ plurimũ

Digitized by Google

ſolutas cõtinuitates vlceroſas inſequunť. Nõ cõtra-
hentes tamẽ tale vlcus ad aliquã differẽtiã determi-
natam mũdificatiua ſtrictiſſime denominãda ſunt.
Data hac mũdificatiuorũ diſtinctione. De mũdifica-
tiuis ſtrictiſſime ſumptis, de qbus in hac parte prin-
cipaliter fit ſermo noſter, ſubſequenter de ſumptis
ſtricte, vltimo de ſumptis large dicẽdũ erit. Officiũ
itaq; & operatio vnguẽtorũ mũdificatiuorũ ẽ ſolu-
tas cõtinuitates mũdas reddere. Et cũ in ſolutis cõ-
tinuitatibus vlceratis, vt ſupra dictũ ẽ, duæ ſupfluí-
tates inueniri ſoleãt, vna ſubtilis altera groſſa. Sub
tilis q̃ exiccãtibus curať. Groſſa quæ attenuantibus
& diſſoluẽtib⁹, hoc ẽ abſtergẽtib⁹. Quapropter mũ
dificatiuũ ſtrictiſſime ſumptũ ex exiccãtibus & ab-
ſtergentibus ſimul & collectiue cõponi habeat. Ap-
parẽte itaq; in vlcere ſanie ſubtili & groſſa repleať
vlcus tentis, lichiniis, ſeu faldellis emplaſtris vnguẽ
to mundificatiuo ipſis ſupfluitatibus ꝓportionato
ſecũdũ ꝑdominiũ vnius ſuperfluitatis ſuper alterã.
Quibus cõtinuandum erit donec locus mũdificatus
fuerit ꝙ nõ falſo cõprehendere poteris, dum ſaniei
diminuta quãtitas ipſiuſq; in ſubſtãtia & qualitate
ꝑfecta laudabilitas affuerint, quorũ plurime anno-
tabunť formæ, quarũ prima erit hæc Re. terebinti-
næ. ℥. ii. mellis roſati colati. vnc. i. myrrhæ. ʒ. i. thu-
ris ſarcocollæ añ. ʒ. ii. Vnũquodq; eorũ quæ conte-
renda ſunt in mortario per ſe primo, ſubſequẽter cõ
mixtis in vnũ ſubtiliſſime ꝯterãtur. Factaq; deinde
bona permixtione adinuicẽ mellis & terebintinę in
cazola ad ignẽ lentum. Et ab igne depoſitis & pene
infrigidatis dentur pulueres ducendo tale cõmixtũ
baculo vſq; ad vltimam infrigidationem. Alia for-
ma. Recipe vnguenti raxini vnc. ii. mellis roſati co-
lati vnc. i. diſſoluto vnguento in cazola ad ignẽ len-

tum & addito melle ducẽdo ea baculo, fiat illorũ ad inuicẽ pfecta mixtio. Alia forma & dicit̃ vnguẽtum de dialthæa pr̃is mei. R. terebinthinę vnguẽti dial/theę añ. ℥. i. cerę, reſinę pini añ. drach. v. ſcrup. i. butiri, boli armeni añ. ℥. i. ſ. floris æris drach. i. ſ. miſce. Alia forma. R. vnguẽti baſiliconis. ℥. ii. mellis ro. co. ℥. i. fiat eo mõ quo ſupra. Et hęc pauca ex vnguentis mũdificatiuis ſtrictiſſime ſumptis cõnumerata ſuffi ciãt. Nũc ex vnguẽtis mũdificatiuis ſũptis ſtricte nõ/nulla cõnumerãda erũt. Quorũ aliq̃ erũt ↄſumptiua saniei ſubtilis. Alia diſſolutiua & attenuatiua saniei groſſę, hoc ẽ abſterſiua. Et eorũ q̃ erũt conſumptiua ſaniei ſubtilis. Alia erũt ad caliditatẽ d̃clinãtia. Alia ad frigiditatẽ. Quę vero erũt cõſumptiua ſaniei ſub tilis, & ad caliditatẽ declinãtia, eorũ pria forma erit hęc, & dicit̃ vnguẽtũ reſinatũ. R. reſinę pini terebin tinę cerę citrinę olei cõis añ. ℥. iii. diſſoluta cera, & reſina, & oleo & vltĩo terebintina in cazola ad ignẽ lẽtũ & colatis p ſetariũ ĩfrigidari pmittat̃ & vſui ſer uet̃. Alia forma & dicit̃ vnguẽtũ baſilicon maius, ſi/ue vaſilicon, ſeu ĩperiale, ſiue macedonicũ. R. ceræ albę. ℥. ii. reſinę, pini terebintinę añ. vnc. ſ. ſepi vac/cini, pici naualis, thuris myrrhę añ. ʒ. ii. ſcrup. ii. olei cõis. vnc. iii. Quę ſunt cõterẽda pmo p ſe ſubſequẽ/ter ſimul, & in vnũ in mortario cõterãtur, deinde in cazola ad ignẽ lẽtũ oleũ, ſepũ, cerã, reſinã, vltĩo tere bintinã, ſubſequẽter pice ĩponito, & oĩbus diſſolutis & colatis p petiã ſiue ſetariũ & fere ĩfrigidatis dent̃ pulueres & cũ baculo tale aggregatũ tã diu ducito donec ĩfrigidet̃. Alia forma & dicit̃ vnguẽtũ aureũ. R. cerę nouę, vnc. i. olei cõis. vnc. iiii. terebitĩę. vnc. ſ. picis grecę. ʒ. ii. thuris maſtiches añ. ʒ. i. ſcrop. i. cro ci ſcrop. ſ. ſubtiliſſime puluerizet̃ maſtiche, pix, & thus. Vnũquodq; iſtorũ p ſe pmo, ſubſequẽter mixtis i

Digitized by Google

vnũ in mortario, & diſſoluta cera in oleo & vltimo terebintina, & pene infrigidatis dent pulueris, ſubſequẽter crocus, ducẽdo tale cõmixtũ baculo, donec eorũ ſimpliciũ fiat pfecta mixtio, & tãdẽ vltimata infrigidatio. Quę aũt erũt ſaniei ſubtilis ꝯſumptiua ſiue exiccatiua, & ad frigidũ vergentia, eorũ forma pria erit hęc, & dicit vnguẽtũ de cerusſa albũ. R. olei ro. ceruſſę pulueriʒatę p ſetariũ añ. vnc. ii. cerę albę ℥. vi. Diſſoluta cera in oleo in caʒola ad ignẽ lẽtũ & ab igne depoſitis, & q̃ſi īfrigidatis, pone ceruſa; pulueriʒatã, & vltio lauet cũ aq̃ ro. Alia forma. R. olei ro. ceruſſę pulueriʒate p ſetariũ cerę albę añ. vnc. i. fiat eo mõ quo ſupra, ꝑter ꝙ nõ lauet cũ aq̃ ro. neq; re alia. Alia forma. R. olei ro. ceruſſę pulueriʒatę vt ſupra, cerę albę terebintinę añ. vnc. ii. Diſſoluat cera in oleo, deinde terebintina qbus diſſolutis, & q̃ſi infrigidatis, adde ceruſſam, & vſui reſerua. Alia forma. R. cerę albę olei ro. ceruſſę pulueriʒatę p ſetariũ terebintinę, añ. vnc. ii. minii. vnc. i. ſ. diſſoluta cera in oleũ, & vltio terebĩtina & pene frigidatis adde ceruſſam & miniũ cõmixtis in vnũ, & ducat tale aggregatũ baculo donec vltimate infrigidet. Alia forma & dicit vnguẽtũ de plũbo p me ſaturninũ. R. antimonii ceruſſę añ. vnc. ſ. plũbi vſti lithargiri, terebintinę añ. vnc. i. olei ro. vnc. ii. cerę albæ vnc. i. ſ. Quæ ſunt cõterẽda ſubtiliter eo mõ quo ſupra ꝯtere & p ſetariũ ſubtilr cribra, diſſolutaq; cera in oleo & vltimo terebintina, qbus diſſolutis, & pene frigidatis dẽt pulueres, & ducat tale aggregatũ baculo, donec eorũ fiat pfecta mixtio & vltiata infrigidatio. Alia forma & dicit vnguẽtũ de tuthia ſiue diapõphilicõ. R. olei ro. cerę albę añ. vnc. v. ſucci granorũ, ſolatri vnc. iiii. ceruſſę lotę. vnc. ii. plũbi vſti, tuthię ꝑparatę añ. vnc. i. thuris. vnc. ſ. q̃ ſunt terẽda in mortario,

Digitized by Google

ſubtiliter tere eo modo quo ſupra & per ſubtilē ſetariū trāſmittātur, diſſolutaq; cera in oleo & quaſi infrigidatis dent̄ pulueres ducēdo tale aggregatum baculo, donec vltimate infrigidet̄, poſtremo ponat̄ tale vnguētū in mortario cū ſucco ſolatri, & tā diu cū piſtillo ducat̄, donec ſucci & vnguēti adiuicē fiat perfecta vnio & incorporatio & vſui ſeruet̄. Et q̄a multotiēs accidit applicatione iā dictorū vnguētorū & aliorū ſimiliū, licet hæc ad frigidū & ſiccum ſit vergētia, in ſolutis cōtinuitatibus caro mollis generari ex eorū ſubſtantia vnctuoſa & oleaginoſa remolliēte partis vlceratæ ſubſtātiā, ideo hoc in loco dignū mihi eſſe videt̄ nōnulla vnguēta enumerare, vt ab errore prefato tuearis, quorū ſubſtātia nō ita oleaginoſa & vnctuoſa exiſtit, imo in ſubſtātia q̄ſi ceratis ſimillima ē, & eorū prima forma erit vnguētū de minio, cuius deſcriptio talis ē. Re. olei ro. ſiue cōmunis terebintinæ ā̄n. vnc. ii. ceræ citrinæ. vnc. iiii. minii vnc. vi. ſubtiliato minio in mortario & p ſetariū trāſmiſſo diſſolutiſq; cera & vltimo terebintina in oleo ad ignē & fere his tribus īfrigidatis & p petiā colatis det̄ miniū, ducēdo tale aggregatū baculo vſq; ad infrigidationē vltimā. Alia forma vnguēti ſubſtātiæ tenētis mediū inter molle ſeu oleagineū & durū ſiue terreſtre & dicit̄ vnguētū de ceruſſa coctū. R. ceruſſæ puluerizatæ p ſetariū ceræ albiſſimæ ā̄n. vnc. i. olei cōis. ʒ. iii. terebintinæ. ʒ. i. diſſoluta cera in oleo, & vltio terebintina in cazola ad lētū ignē, & ab igne depoſitis, & q̄ſi infrigidatis detur ceruſſa, vltio vero loco manibus in aq̄ ro. īfuſis malaxet̄ & vſui tuo reſeruet̄. Alia forma vnguēti p̄fatæ ſubſtātiæ aliis q̄buſcūq; eiuſdē t̄n rōnis p̄ualēs & dr̄ vnguētū nigrū deſcriptiōe p̄ris mei. R. ceruſſe puluerizatæ p ſetariū, lithargirii puluerizati ſubtil̄r ana

Digitized by Google

vnc.i.ſ.ceræ citrinæ vnc.ſ.olei cōis.vnc.iiii.ſ.Poſi-
tis cera & oleo i cazia vna capacitatis ſatis magnæ
ad flāmā ignis lignorū & nō carbonū,& tā diu teneā
tur ſup ea donec illa notabilr̄ ferueāt, & ſubſequen
ter ponātur in illis feructibus ceruſſa, & lithargirū,
& ducanť ꝯtinue baculo,ea feruēdo ne fundo caziæ
adhæreāt,& intātū bulliāt vſqꝫquo tale aggregatū
ad colorē liuidū deueniat,& tūc ſubito ponať gutta
vna ipſius aggregati ſup marmore aut ferro ſeu re
alia frigida & infrigidari pmittať. Infrigidata cōſi-
derare habeas vtrū,talis gutta ſit ſubſtātiæ mollis
& oleaginoſæ,ſiue duræ & terreſtris, ſeu inter iſta
duo tenētis mediū, vꝫ inter molle & oleaginoſum,
ſiue durū & terreſtre. Si vero extiterit ſubſtātiæ te-
nētis mediū iter illa duo iā dicta, tūc tādiu tale ag-
gregatū ferueat,donec ad colorē nigrū deueniat. Si
ſubſtātiæ duræ & terreſtris fuerit,tūc deť aliquātu-
lū de oleo,& tāto tpe buliat donec ṗdictā ſubſtātiā
& colorē aſſumat ſupaddēdo de oleo bis ſiue ter &
forte pluries ſm opportunitatē. Tn̄ cōſiliū meū eſt
circa hoc qd', eſto magis parcus in effundēdo oleū,
q̄ abūdās. Melius eſt reiterare vices olei,q̄ indebitā
quātitatē infundere. Si aūt ſubſtātiæ mollis & olea
ginoſæ affuerit,tūc taliter ferueat,donec colorē ni-
grū,& ſubſtātiā inter illa duo iā dicta,tenētē mediū,
attingat. Quæ vero erūt ſaniei groſſæ attenuati-
ua & diſſolutiua,hoc ē abſterſiua. Eorū pma forma
erit vnguēti mūdificatiui de melle cuius deſcriptio
talis ē. Re,mellis roſati vnc.i.iridis ſubtiliſſime pul-
uerizati.ʒ.ii.miſce. Alia forma & erit vnguēti mun
dificatiui de ſucco apii. Re.terebintinæ.vnc.ii.mel
lis roſati colati.vnc.i.ſ.ſucci apii vnc.i.fariæ ordei
q.s. Fiat in cazola ad lentū ignē pfecta mixtio mel-
lis terebintinæ, & ſucci ad inuicem, & in fine adde

Digitized by Google

tãtũdẽ farinç ordei donec ad formã vnguẽti extẽ-
ſibilis deueniat. Alia forma & erit vnguẽti mũdifica
tiui de ſucco abſinthii. Quç fit eodẽ mõ quo fit vn-
guẽtũ de ſucco apii, ſint hçc (de vnguẽtis mũdificati
uis ſumptis ſtrictç) dicta ſatis. De vnguẽtis mõ mũ-
dificatiuis large, nõnulla aſſignãda erũt. Quorũ pri-
ma forma erit vnguẽti mũdificatiui ſolutç ꝯtinuita
tis, vlceratç a carne molli, nõ iã hñte aliquẽ putrefa
ctiõis gradũ. Sed bñ de ꝓximo ad putrefatiõnẽ di-
ſpoſita, & tale dicit̃ vnguẽtũ apaſtolorũ ſeu venereũ
cuius deſcriptio talis ẽ. R. cerç albç, reſinç pini, ar-
moniaci añ. ʒ. xiiii. opoponacis floris ęris añ. ʒ. ii. ari
ſtologię lõgç, thuris, bdelii añ. ʒ. vi. mirrhç galbani.
añ. ʒ. iiii. lithargiri vnc. i, olei cõis lib. i. Quç ſunt pul
uerizãda prio ſeroſuʒ & diuiſim puluerizent̃ ſubti-
liter. Subſequẽter cõmixtis in vnũ, deinde diſſolutis
in oleo ad ignẽ lẽtũ, reſina & cera p ſetariũ colatis &
quaſi infrigidatis dent̃ ṗdicti pulueres, eos in ſimul
permiſcẽdo. Poſtmodũ addant̃ gũmi ṗparata ṗpa-
ratione qua ṗparari ſolẽt. Vltio iceſſanter tale ag-
gregatũ baculo ducat̃ & ifrigidari ꝑmittat̃. Alia for
ma cõſimilis ṗfatç in oꝑationibus, & dicit vnguẽtũ
damaſcenum. R. vnguẽti reſinati vnc. i. floris æris.
ſcrop. i. Diſſoluto vnguẽto in cazola ad ignẽ lẽtũ &
ab igne depoſito & pene ifrigidato det̃ flos ęris, du
cẽdo tale aggregatũ baculo, donec eorũ fiat iſepata
mixtio & tãdẽ vltia ifrigidatio. Forma vr̃a vnguẽti
mũdificatiui ſolutç cõtinuitatis vlçeratç a carne iã
hñte gradũ cõfirmatũ. Immo gradus corruptiõis &
putrefactiõis. Qđ vnguẽtũ, vt qdã aiũt, & ego cum
eis, ꝓhibet ambulationẽ, facit cadet̃ qꝺ ẽ putrefactũ
& ſeruat illud qđ ſequit̃ ipſum. Tale vero vnguẽtũ
ægyptiacũ denominatur, cuius deſcriptio. R. mellis
crudi aceti æris, alumis rochini, floris æris añ. vnc.

i.pulueriza*n*da ſubtiliter in mortario pulueriʒent, vt ſupra de aliis. Subſequẽter oia in mortario ducã tur donec eorũ fiat mixtio cõcedẽs, deinde ponant i cazola ad ignẽ lẽtũ, ducẽdo cũ ſpatula tale aggregatũ, & ſepatãdo illud a parietib⁹ cazolę ne cõburat, & tã diu bulliat donec ad colorẽ rubrũ, & ſimiliter ad ſubſtãtiã dẽſam & nullo mõ rarã & fluxilẽ deueniat. Si.n.tale aggregatũ eẽt ſubſtãtiæ raræ & fluxilis duo nõ opportuna in eius adminiſtratiõe ɔtingerẽt, vnũ qđ in eo ſolutæ cõtinuitati applicito, in ſpatio tpis minimi ad actũ fluxilitatis reduceret. Et ſic i ea tã puo tpe nõ opatiões a medico exoptatas inferret. Aliud quũ de rõne grauis & terreſtris ſit inferiora petere (cõſeruato eo vnguẽto in aliquo vaſe) Alumẽ, mel, & flos æris, tanq̃ terreſtria grauia & groſſa ipſius vaſis fundũ peterẽt. Acetũ vero & maxie ipſius aceti ſubſtãtia ſubtilis ſupficiẽ. Quare dũ crederes tale aggregatũ admiſtrare, tũmõ p te acetũ admiſtraret. Derelicta baſi & radice ipſi⁹ aggregati qa melle, alumine, & flore æris, niſi p te pus eorũ pmixtio fieret. His vero rõnibus moti, cõfirmamus eius ſubſtãtiã dẽſam & terreſtrẽ vtiliorẽ & magis collaudãdã fore. Forma vna vnguẽti mũdificatiui ſolutæ cõtinuitatis vlceratæ a carne oſtracata, calloſa, & dura, qđ vnguẽtũ diaberich a qbuſdã denominat. Per me martiale, cuius deſcriptio talis eſt R. argẽti ſublimati, vnguẽti populei ſeu dialtheæ, quæ dialthea multũ acuitatẽ ſublimati refringit aã ptes æq̃les quo ad oculũ cõterat ſubtilr ſublimatũ i mortario, ſubſequẽter addat vnguẽtũ dialtheæ ſeu populeũ & tã diu ſimul cõterant donec eorũ fiat mixtio cõcedẽs, & hæc ſatis, ex vnguẽtis q̃ pluribus mẽbris pluribuſq; ſolutis ɔtinuitatib⁹ ſunt cõia. Nũc aũt tractãdũ erit de vnguẽtis, q̃ vni determiato mẽ-

bro, & ſimiliter de illis, q̃ vni ſolutæ cõtinuitati tm̃ ſunt propria, & primo de illis q̃ vni determinato mẽbro ſunt ꝓpria ſiue appropriata. Et anteq̃ ad ea deueniamus ne ab enumeratione vnguẽtorũ malã cõplexionẽ remittẽtiũ & ſimiliter vnguẽtorũ carnem generãtiũ, & vnguẽtorũ incarnãtiũ, & vnguẽtorum cicatrizãtiũ defeciſſe videat. Dicat ꝙ pro vnguẽtis malã cõplexionẽ remittẽtibus recurrat ad ea, quæ de vnguẽtis mũdificatiuis ſaniei ſubtilis ſcripta ſũt, pro vnguẽtis vero ſua ꝑmaria intẽtione carnẽ generãtibus, & pro vnguẽtis incarnãtibus, & pro vnguẽtis cicatrizãtibus, cũ mũdificatiõis tẽpore & i actu mũdificãdi ſæpe cõtingat, ꝑter me dici intẽſionẽ & medicaminis applicati virtualẽ operationẽ in vna parte ſolutæ cõtinuitatis vlceratæ caro generari, i alia cicatrizari, in altera mũdificari. Quapropter i attẽta cõſideratione horũ effectuũ diu permanens arbitratus ſum has oꝑationes actione naturæ fieri remotis tñ impedimentis, vt tota medicorũ ſchola tenet, & adhuc a cõtinuiſſima, & frequẽti illorũ effectuũ cõſideratiõe nõ deficiẽs, & circa magis mihi neceſſaria ꝑ nũc occupatus, his de cauſis dicat ab enumeratiõe vnguẽtoꝝ iã dictorũ nũc ſuꝑſedẽdũ eſſe.

In quo tractat de vnguẽtis capitalibus. Cap. VI.

NOn poſſum nõ admirari, quũ ꝑores poſteriores'q; medici huius antiq;, certæ, & non deceptoriæ, neceſſariæ & ꝯtinuo Honoratæ artis. Nõ cuilibet determinato mẽbro vnguẽta ꝓpria & appropriata inuenerint, ſicuti capiti, ꝓ curandis ſolutis cõtinuitatibus in eo ꝯtingẽtibus inuenere, ꝑ quo vnguẽtũ ex quãpluribus ꝓprietatibus cõſtitutũ omni ſtudio cõpoſuere, videlicet aromaticitate exiccatione, caliditate, & attractiõe. Aromaticitate, vt fiat ipſius mẽbri dilatatiõe animæ & ſpiritus

cōfortatio, exiccatiōe vero ſupfluitatū cōſumptio, cōplexiōis naturalis mēbri cōſeruatio. Oē.n.ſimile a ſuo ſimili cōſeruat̄, caliditate innati caloris mēbri naturalr̄ debilis vigoratio, ꝯſeruatio, & multiplicatio, attractiōe aūt ſupfluitatū extranearū ī ꝓfundo ſolutæ cōtinuitatis exiſtētiū, ad exteriora euulſio. Ecce q̄ poſteriores medici hac tēpeſtate noſtra elaborauere in inueſtigatione p̄fati vnguēti, pro ꝯſeruatione cōplexionis, & vigoratione caloris naturalis iſtius mēbri, p̄ſupponētes ea, maxime forte baſi & fundamētū fere reqſitæ curationis. Quod vnguētum adminiſtrādū erit, dū ſanguis ex ipſa ſoluta cōtinuitate penitus fuerit reſtrictus, qa ſua ſcd'a die cōputata ab hora ꝑcuſſionis emplaſtratis ex eo lichiniis ſeu faldellis, & magna vna petia occupante de ꝑte ſana ꝑ ſpatiū quatuor digitorū ſm omnē differētiā poſitionis. Quæ lichinia, faldellæ, & petiæ emplaſtratæ in oleo roſato infundant̄, & aliqualr̄ exprimātur, & loco actu calida taliter p̄parata applicētur, donec appareat in loco ſoluto, aliqualis digeſtio, & doloris penitus remiſſio. Et tūc oleo poſtpoſito eo ſolo vnguēto ꝯtinuetur, donec & vſq; quo ab accidētibus malis tutus fueris, & caro iā cuti q̄ſi adæq̄ta fuerit, & ad alia medicamēta, eiuſdē tñ rōnis deueniēdū erit. His duab⁹ rōnibus moti, ꝑma cū natura tali ꝑmutatione gaudeat. Scd'a vt videatis nō vno ſe nō medicamēto ꝓcedere, ſed diuerſis, ex qbus īfit mi & aſtantiū ſpes ſalutis corroboratur, & tūc ad cerota trāſeūdū, q̄ vnguētis p̄ſtātiora erūt in cura. Stante carne iā q̄ſi adæquata cuti, & hoc cum nō oleaginoſitate & vnctuoſitate participēt, qbus fit aliqualis refractio aromaticitatis, & exiccationis vnguentorum, deſcriptio eius talis eſt. Re. terebintinæ, reſinæ pini, olei cōis ſiue roſati, ceræ nouæ

Digitized by Google

añ.vnc.vi. bethonicæ matriſſiluæ añ. lib.ſ. hoc eſt vnc.vi. vini albi potētis & odoriferi ad aliqualē dul cedinē tendētis.q.s.p ſepultura herbarũ,bethonicã & matriſſiluã minutim icidito,deinde ea in mortario aliq̃liter cõtũdito,& ſic p̃parata ĩvino albo odo rifero infundito, q̃ duo ſtent in tali infuſione p dies tres naturales & forte plures miſcẽdo p̃dictas herbas & vinũ oĩ die bis ſiue ter. Poſtea p̃dictũ vinũ cũ prædictis herbis ſumito,& ĩ caldario ſiue cazia magna & ſimiliter terebintinã oleũ reſinã & cerã imponito, & tã diu ad lentũ ignẽ ſimul bulliãt pmiſcendo ea baculo ne fundo caziæ adhæreãt donec vini fiat cõſumptio poſtmodũ p ſetariũ ſiue petiã raræ ſubſtãtiæ colent̃ & exprimant̃ in catino vitreato,& in eo infrigidari pmittant̃. Infrigidatis iterũ ponant̃ ĩ vna cazia ad ignẽ & diſſoluant̃,quibus ẽt diſſolutis addant̃ ſarcocolle,myrrhæ añ.ptẽ vnã gũmi, elenii partes.iii. Ita q̃d vni libræ vnguẽti correſpõdeant iſtorũ triũ pulverizatorũ vnc.ii. & aliquãt̃ bulliãt. Et iterũ colẽtur,& vnguentũ ex his iã dictis ſimplicibus & modis conſtitutũ vſui ſeruetur. Forma vna ceroti capitalis præ aliis nobilior cõſtituat̃ ex modis & ſimplicibus iã dictis adinuicẽ proportionatis præter oleo,q̃bus vnguentũ capitale præſcriptum conſtituitur. Quo cõſtituto manibus oleo inunctis malaxetur & vſui ſeruetur. Alia forma ceroti capitalis. Re. reſinæ pini, ceræ añ.vnc.vi. terebintinæ. vnc.xii. ſucci bethonicæ, plantaginis, apii, añ.lib.i. bulliãt ſucci ad inuicẽ cum cera reſina in cazola ad ignẽ lentũ & quaſi ſuccis cõſumptis & exiccatis det̃ terebintina,qua diſſoluta & aliqualiter p ebullitionẽ cũ illis incorporata colent̃,& vſui cerotũ cõfectũ reſeruetur. Et hæc de vnguentis & cerotariis q̃ vni determinato mẽbro ſunt p̃pria ſiue appropriata.

In quo

In quo tractatˀ de vnguētis mercurialib⁹. Ca. VII.

POſitis nōnullis vnguētis & cerotis quæ mēbris apropriātur. Hoc aūt in loco tractandū erit de vnguētis & cerotis q̄ vlcerib⁹ appropriata ſūt. Et maxime cuidā ægritudini vlceroſæ mali modi, cui applicatis vnguentis, q̄ aliis vlceribus applicari ſolēt, potius cōpertū ē nocumētū q̄ iuuamētū. Cuius tā abſurdæ diuerſitatis dubius, & multo tpe in eius cōſideratione anxius cōmorās. Tādē experimento rōne cōprobato viſum ē p me & alios q̄ plures, iam dictæ ægritudinis curā fieri applicatione medicaminū corpus a ſupfluitatibus indeſinēter mundātiū (Neglectis iā dictis localibus & aliis). Qua de re nō erit erroneū dicere & ſine heſitatione credere hanc ægritudinē a materia antecēdēte & forti & ꝯtinue eā fouēte depēdere. Cuius cura, vt habitum eſt, erit euacuatio illi debita & ꝓportionata, q̄ vero ea ſit i his & aliis in hac pte incidēraliter dicēdis cōſidera. Et pmo qđ euacuationū p medicos ſeniores & iuniores adinuētarū. Aliæ ſiunt aſſumptione, ſolutiui aſſumpti p os in forma pilulari, cōfectionis, electuarii, pulueris, vel ſub alia forma. Nonnullæ linitione iliorū & vētris inferioris cū vnguēto arthanite vel laxatiuo. Certe linitiōe extremitatū. Quę vero ſiūt aſſumptiōe ſolutiui aſſumpti p os. Et ſilr linitiōe vētris. Quæ p os de qbus ſermocinādū ē educūt ſolūmodo humorē ad quē cōuertunť. Pro eo tpe quo ſit retēta & digeſta medicina ſolutiua in corpe. Cuius digeſtionis terminus cōiter eſt circa horas octo. In quo tēpore iterdū educunť oēs humores fere peccātes, (licet raro). Interdū eorū pars, educēdo eos per ſeceſſum & nō regione alia. Quę euacuatio mea ſententia in vno videť diminuta, in alio erronea. Diminuta, qa nō educit cōtinuę & ſucceſſiue ſupfluitates

&

donec corpus reddit mũdũ. Poſito.n.interuallo(vt res exigit)inter aſſumptionẽ vnius medicinę ſolutiuæ & aliã in tpe aũt intermedio fiet reaggregatio.(Dico in hac magna cã.)tãtæ humiditatis in corpe quãtæ facta fuit euacuatio p priorem medicinã, & forte plus. Præterea nõ educit pluralitate regionũ, ſed tm vnica. Pluribus.n.humoribus peccãtibus variæ ſubſtãtię & decẽtis in loco lõginquo, & forte rebelli a via ſeceſſus,nõ fiet eorũ debita & appropriata euacuatio. Vnica regiõe, qa p ſeceſſum. Erronea qm nõ inueniẽdo humorẽ ad quẽ cõuertit, & in quẽ eſt propriũ agere,educit humiditates radicales, & illas eliquat & diſſoluit. Et ſic ẽ cã magni terroris & multarũ ægritudinũ, ſenii & mortis tẽpeſtiue, & in actu euacuandi ſæpe accidit qđ mouet humores & illos nõ euacuat. Et ſi euacuat laborioſæ euacuat, aut euacuat plus q̃ oportet. Et facta euacuatione accidit interdũ, febris, dolor capitis, vertigo, debilitatio viſus, debilitatio ſtomachi, ſitis, ſingultus, dolor ſtomachi, diſenteria, egeſtio ſanguiea, tineſmos laxitudo, & debilitatio corpis. De quorũ accidẽtiũ ſupuẽtu nullus admiret. Cum medicina, qua fit talis euacuatiõis modus, malignitate & venenoſitate pticipet(qa forte aliter non educeret.)Ni igit mirũ ſi trãſeũdo p os & mẽbra nobilia, p̃fata accidẽtia ſubſequãtur. Quæ aũt fiũt linitiõe extremitatũ educẽt ſupfluitates peccãtes tãtũmodo & ægritudinẽ fouẽtes ſiue ſint, a, ſiue, b, educẽdo eas cõtinue & ſucceſſiue die noctuq; donec corpus reddit mundũ vnica regiõe ſiue pluribus qbus habilius & cõmodius tales ſupfluitates euacuari pñt. Et q̃uis hi p̃nominati effectus & opatiões ex tali mõ euacuãdi ꝯſequẽtes, vere aere digna ſint nõ minima admiratiõe. Ea ꝑpter vt admirãtiũ aius ſedeat, erit innoteſcẽdũ hos effectus

& opatiões nõ fieri vi medicinę educẽtis illũ humo-rẽ peccatẽ. Sed vi virtutis expulſiuæ mẽbrorũ pnci-paliũ expgefactę & irritatę a qualitate linimẽti ad expellẽdũ nocitiua ſupflua. Ac ſi iraſcẽs incitaretvt furiat. Opus.n.naturę prę aliis rõnabilibus validi?, & incolumius. Itẽ innoteſcẽdũ ſcďo, qď nõ raro ac-cidit virtute exiccatiua linimẽti, quo fit pnomiatus euacuãdi modus, cõſolidatio vlcerũ iã dictorũ fieri, abſq; vllo ſigno ſenſibili euacuatiõis. (Et nõ ab re.) Exiccatis eni extremis ptibus exiccat totũ corpus. Sicuti infrigidatis extremis ptibus oẽs totius cor-poris ptes infrigidãtur. Accidẽtibus vero timoroſis ex hac linitione ſiue euacuatione apparẽtibus illis ſuccurrẽdũ erit de facili. Et hoc p remotionẽ cauſæ extrinſecus applicatæ. Quod nõ fieri cõtingit i eua-cuatione facta vi medicinæ aſſumptæ p os. Et ſi qs mordaci dente de vlceribus in ore eueniẽtibus ex li-nitione præfata talem modũ euacuãdi accuſauerit. Taceat, Maiorũ ſuorum documentis, dicentium in cura ſcabiei antiquæ & vlceroſæ diſenteriam pro-uocari. Similiter in cura ſcrophularum, inteſtinorũ excoriatione apoſtema ſcrophuloſuȝ curari. In paſ ſionibus oculorum poſteriorẽ partem colli ignitam acu & ſetone perforari. In magnis cauſis quia in le-pra venena intrinſecus exhiberi (quod maius eſt.) Quam miræ & excellentis virtutis exiſtat in pręfa-ta ægritudine euacuationis modus linitione extre-mitatũ adminiſtratus, vere. Non mihi ſi linguę cen-tum ſint oraq; centum, ferrea vox ſufficienter enar rare poſſem. Sed pro poſſe noſtro debili hęc pauca de eius virtute & opatiõe ſatis dicta ſint. (Hoc vno nõ omiſſo.) Quod tuũ erit ex pfatis euacuãdi mo-dis vnũ in hac dura & ſęua & vltima ęgritudine, qď magis cõcedẽs videatur eligere & illũ in infirmorũ

Digitized by Google

languẽtiũ ſubſidiũ afferre. Deueniẽs mõ ad linitiõis modũ. Dicať, qđ primo p̃parẽtur loca in qbus fieri habeat talis illinitio tali p̃paratione, qđ fiat habilior virtutis linimẽti iṗreſſio, & cõſequẽter effectus exoptatus facilior, vꝫ fomentando manus & pedes. Manus a cubitis & ſupra cubitos p quatuor digitos vſq; ad palmã manus. Pedes a genibus & ſupra genua p q̃tuor digitos vſq; ad plãtã pedis decoctione hac vꝫ. R. calamẽti, origani, mẽthę, ruthę, marubii, foliorũ lauri, ſcabioſę, lappatii acuti, feniculi añ. m. i. bulliãt hæc in ſufficiẽti q̃titate aquę vſq; ad conſumptionẽ tertiæ ptis, & ſtuffent mẽbra p̃dicta oĩ ſero circa cãm horæ melãcholiæ vergẽtẽ verſus horam phlegmatis. Quũ in tali ægritudine multũ p̃dominet phlegma humeri melãcholico admixtũ. Qđ perſuaderi põt ex dolore & anguſtia infeſtãtibus & ſe mouẽtibus hora motus humorũ peccãtiũ. Nã patiẽtes talẽ diſpoſitionẽ ægritudinẽ. Incipiũt moleſtari a doloribus & anguſtiis circa caſum horæ melãcholiæ cõtinuãdo p totã horã phlegmatis, qa iciṗiũt moleſtari a vigeſima ſiue vigeſima ſecũda hora perdurando p totã noctẽ q̃ ſunt horæ p̃dictorũ humorũ. His locis p̃paratis ad ſuſcipiẽdas virtutes linimẽti. Subſequẽter ea pãnis lineis calidis abſtergãtur. Et dei nutu inũgat infirmus p ſemetipſum loca fomẽtata eo in loco calido ſedẽte vt puta iter duos ignes vnguẽto i extremitatibus digitorũ tepefacto. De quo infra Inunctis his ptibus faſciẽtur loca illa cũ faſcia calida. Suprapoſita pus ſtuppa canabina, cõtinueturq; talis faſciatio donec cõtinuatur talis inũctio. Et continueť talis inunctio vſq; ad diẽ q̃rtã ſiue q̃ntã incluſiue & forte plus. Donec dẽtes dolere inceperint, ſiue phlegmata per gingiuas notabiliter diſſolui ſiue ſuperfluitates peccãtes alia regiõe ſenſi-

bilitet ſeu inſenſibiliter euacuari. Et tūc a tali linitione deſiſtēdū erit. His aūt apparētibus abſtergātur & mūdent loca inuncta a tali linimēto cū pāno lineo rudi & nouo cauēdo infirmū ſummope a principio linitionis vſq; ad finē curę a frigore. Ita quod nō egrediat domū donec ceſſabit fluxus phlegmatis & aliarū ſupfluitatū euacuatio. Et ne pnominatus euacuādi modus in aliqbus caſibus videat fallax & mēdoſus erit attēdēdū. Quod forti ægritudie apparēte, & medicamini tuo reſiſtēte, virtute exiſtēte robuſta ſatis, nō ē abſurdū totū corpus ſuffari & linitionē noſtrā vſq; ad humeros, & ilia forte & dorſum terminari. Subſequēter infirmum pānis calidis inuolutū in molli lecto collocari, & cū ſacculis calefacti ordei circūdari. Et ecōtra virtute debili exñte & ęgritudine infeſtāte, ab his iā dictis euacuādi modis erit deſiſtēdū, & a leuioribus p eius cura pcedēdū. Seu localibus appropriatis de qbus infra, palliādū. Quare inæqualiter librādo fortitudinē virtutis & ægritudinis, & liniēdi modū inter ſe. Interdū tui honore, linimēti veneratiōis cōſeruatiōe īfirmi vtilitate, nō erit inutile. Et ſi qrat qnā poſt talē inūctionē dieta competat vtrū ſubtilis & tenuis, an groſſa: Reſpōdeo mea ſnia (vt ſupra dictū eſt). Cū effectus & opationes ex linitione iſta cōſequētes nō fiant vi medicinæ educētis illū humorē peccātē. Sed vi virtutis expulſiuæ mēbrorū expgefactę & irritatæ ad expellēdū nocitiua a qlitate talis linitiōis. Iō omni poſſe oportet naturā totius cōfortare & cōſeruare, vt cōfortata & vigorata fiat potētior in expellēdo nocitiua ſupflua. Et cū a re nulla pſtātius & velociꝰ virtus confortet q a bono & laudabili cibo & potu. Quare in caſu erit æger cibādus cibariis generatiuis boni laudabilis & nō putreſcibilis chymi, vti car

Digitized by Google

ne gallinarũ, caponũ, pullarũ iuuenũ, hœdi lactãtis, caſtrati iuuenis, perdicũ, faſianorũ, auicularũ cũ roſtro ſubtili, ouis gallinarũ coctis, preter quã elixis & frixis. Itẽ potus eius ſit vinũ ſuauius qđ haberi põt ſine admixtione aquę. Tale autẽ vinũ ẽ naturę amiciſſimũ, & maxime vinũ albũ ſubtile aromaticum & ad bibẽdũ ſuaue, & ẽ de eo đ quo ſanguis & ſpiritus quaſi nullo medio generat̃. Ad pleniorẽ doctrinã, euacuationis finitione extremitatũ ſuccedẽtis, cum incidẽtaliter in ſupioribus tactũ ſit, de eius accidẽtibus vnicuiq; intellectui pauorẽ inferẽtibus, & ſimiliter de eorũ cura p remotionẽ cauſę extrinſecus applicatę, erũt hæc cõſiderãda videlicet quæ & quot ſint talia accidẽtia, deinde cũ quibus & qualibus ea curãda ſunt. Accidẽtia cõnumerãtur hæc, videlicet dentiũ & gingiuarũ dolor, gutturis aſperitas & inflãmatio, phlegmatis ex gingiuis ſuperflua euacuatio. Fluxus phlegmatis ex gingiuis ante tẽpus reſtrictio, phlegmatis nõ in ſuo tẽpore a gingiuis expulſio. Maſticationis cibi difficultas. Virtutis debilitatio. Vẽtris conſtipatio. Coloris faciei mortificatio. Primũ itaq; accidẽs curetur cum ſucco abſinthii & albo oui ſimul mixtis, ex qbus partes inunctæ inungantur. Cureturq; ex lacte ouillo tepido ipſum os colluẽdo. Secũdũ accidẽs cũ melle roſato, melle ſimplici, aqua ordei, aqua lactis. Tertiũ accidẽs caſtigetur cũ boloar. diſſoluto cũ ſucco lanceolæ, & ex iſto cõpoſito colluat̃ os, & eo inungantur loca inũcta prius, ſiue teneat in ore frigidã aquã ſeu ſuccum ſolatri & ſic fiet reſtrictio fluxus. Quartũ accidens cũ maſticatione ſtaphidis agriæ, ſiue tapſiæ, hoc ẽ piperinæ. Quintum vero accidens corrigatur cum fomentatione partium quæ prius fuerunt inunctæ ex rore marino, ſaluia bullitis in aqua. Sextum acci

Digitized by Google

dens cum dieta ſorbilli ex bono brodio, cõtuſo, ſtil-lato. Quibus ſi admiſceãtur cordialia nõ erit inuti-le. Septimũ accidens deſtruatur cũ ſaccharo ro. Bu-gloſſa ro. boraginato. Cibis bonis & cordialib?, epi timatibus cordialibus, electuariis cordialib?, & po tibus cordialibus. Octauum vero accidens cũ cliſte-ri cõmuni, ſeu ex brodio pulli cũ ſaccharo & vitellis ouorũ & ſale. Et vtatur ſaccharo violato dũ adeſt ventris conſtipatio cũ virtutis debilitate. Nonũ ac-cidens anihiletur cũ gummi arabica axungia vrſi, oleo roſato añ. & miſce, totum cum pauco balſami, & inungantur manus, facies, & tempora, & tũc red-detur color naturalis & pulcher. Et hęc breuiter de cura accidẽtiũ dicta ſint. Interroganti vero cauſã. Vnde eſt ꝙ ex præfato liniendi modo fit ſecundum plurimũ, ſuperfluitatũ euacuatio per ſputum, licet interdũ per ſeceſſum, ſudorem, & vrinæ fluxũ: Di-catur quod exiſtẽte nõ raro materia huius ęgritudi nis a prædominio phlegmatis. Natura ſagax regio nẽ euacuationi phlegmatis, & maxime a capite de-ſcendentis, & ſimiliter humoris curſu phlegmatis expulſi ſi quis fuerit, hanc non rebellẽ videlicet per ſputũ imo ſibi ſolitam & familiarem experta ẽ, ſiue dicatur linitionẽ prędictam ſui proprietate occul-ta dẽtibus & gingiuis nocere, & ea debilitare. Qua parte debilitata fit in ea aggregatio ſuperfluitatũ ægritudinẽ apoſtemoſam conſtituẽtiũ, partim per viam defluxus, partim per viam cõgeſtionis. Cuius ægritudinis apoſtemoſæ materia cõiuncta in aliq-bus calore naturali calori extraneo ꝓdominãte ſup puratur. In nõnullis calore extraneo calori ꝓprio prędominãte corrũpitur. Et ſic quicquid ab ea cor-ruptione tãgitur, ſimiliter corrũpitur. Quare facta in eo loco ſolutione cõtinui, & porta ex exitura ſiue

Digitized by Google

putrefactiōe, debilitate adhuc ꝓcedēte(vt res exi-
git)fit inde ꝑ ſputū rōne hac ſupfluitatū expulſio,
& ſic earū euacuatio. Miror etenim in caſu ſi ita eſt
ex hac ſolutiōe vlceroſa phlegma nō alteratū eua-
cuari, Aſſignata interrogāti hac cā. Nūc aūt deſcri-
bēda erit ea linimēti ex intētione nr̄a ꝯſolati deſcri-
ptio. Quo inūctis extremitatibus ē oium mēbrorū
principaliū corroboratiuū, mēbrorūq; illis deſeruiē-
tiū cōfortatiuū, necnō mēbrorū qbus applicat̄ vigo-
ratiuū, ſpiritus & animæ dilatatiuū, cūctarū virtu-
tū ſed expulſiuę maxīe oium mēbrorū ad expellēdū
nocitiua incitatiuū, ſupfluitatū peccātiū cōtinue &
ſucceſſiue die noctuq; donec corpus reddit̄ mundū,
vnica regiōe ſiue pluribus eductiuū. R. Laridi pul-
chri nō rācidi, gladio minutim taſcati. ℥. viii. gario.
benzeim añ. ʒ. ii. cinamomi nucis muſcatæ ſtoracis
calamēti añ. ʒ. i. ſ. corticū citri, croci añ. ʒ. ii. corticū
paradyſi. ʒ. iiii. euforbii ſcrup. iiii. aquæ roſ. ℥. vi. ce-
ræ albæ minutim inciſæ, ſed tpe eſtatis. ℥. ſ lauetur
lardo in aq̄ ſcabioſæ duabus vicibus cōtinue abiiciē-
do aquā deinde lauet̄ tribus vicibus cū aq̄ ro. optia,
eodē mō quo lotus fuit in aq̄ ſcabioſæ, continue illā
aquā abiiciēdo, poſtea gariofili & alia ſupraſcripta
bene puluerizata cū lardone in aq̄ ro. Infundant̄ ꝑ
diē naturalē, poſtremo ī vaſe duplici buliāt vt puta
per balneū marie, obturato bn̄ orificio vaſis vſq; ad
cōſumptionē aquæ ro. ꝑ horā, vltimo ꝑ petiam lini
ſubtilis colētur & infrigidari ꝑmittātur. Deinde ad-
de ſibi de mercurio terreſtri quātū infra deſcribit̄, ī
mortario, lineo ducto adeo vt minima pars mercu-
rii tāgat minimā partē ſupraſcripti vnguēti. Præpa
ret̄ mercurius hoc mō. R e, mercurii terreſtris. ℥. iii.
mercurii ſublimati. ʒ. ii. ſucci citrāgulorū vnc. ſ. fel-
lis tauri, ſaliuæ hominis ieiuni, q. s. ſubtilief̄ aliqua-

Digitized by Google

liter mercurius cũ ſputo, deinde ponatur mercurius ſublimatus in mortario, diligẽtiſſimeq; cõterat̃, addẽdo de ſucco citrãguli & aliis ſupraſcriptis. R. lardi ex intẽtione nr̃a p̃parati vnc. vi. Mercurii terreſtris in naturã cœlicolæ cõuerſi. vnc. iii. miſce & fiat vnguẽtũ in mortario lapideo ſiue ligneo, p diẽ integrã cõterẽdo, ita qđ minima ps vnius ſimplicis contingat minimã ptẽ alterius. Forma vna vnguẽti mercurialis ſubſtãtiæ tenẽtis mediũ inter molle & durũ qđ p me cerotũ mercuriale denominat̃, cuius offm̃ & opatio, erit mẽbrũ cui applicat̃ permaxime vigorare, & cũctas virtutes pncipaliter mẽbri læſi, & ſecũdario mẽbrorũ qbus tale mẽbrũ alligat̃ irritare digeſtiuã & expulſiuã præ cęteris. Qđ vnguẽtũ adminiſtrãdũ erit, hora pma qua ad infirmũ perueneris. Extẽſum ſup petia vna capacitatis magnæ, ita qđ cõprehẽdat notabiliter de pte ſana mẽbri vlcerati ipſum vlcus ambiẽte. Repleto vlcere prius lichiniis faldellis emplaſtratis vnguẽto de quo infra. Quod cõtinuãdũ erit, donec locus penitus cõſolidatus fuerit. Cuius deſcriptio talis ẽ. R. linimẽti ſupraſcripti vnc. iiii. mercurii cœlicolæ. vnc. ii. cerę. vnc. ii. ſ. terebintinę. vnc. ſ. Alterat̃ linimẽtũ ſupraſcriptũ cũ mercurio cœlicola in mortario ligneo cum piſtillo ſuo, eodẽ mõ quo ſupra. Deinde diſſolutis ĩſimul cera & terebintina in cazola ad ignẽ lẽtũ, & ab igne depoſitis, & q̃ſi infrigidatis, det̃ linimẽtũ mercurio ſupraſcripto admixtũ, illius infũdẽdo partẽ poſt partem. forma vna vnguẽti mercurialis quo lichinia & faldellę emplaſtrent̃. Cuius officiũ & opatio erit vlcus a ſuis ppriis ſupfluitatibus emũdare & ſubſequẽter nõ primaria ſui intẽtione, ſed ſecũdaria carnẽ generare. R. laridi ex intẽtione nr̃a pmaria p̃parati vnc. vi. mercurii terreſtris, vnc. iii. alumis rochini vſti. ʒ.

Digitized by Google

vi. corticum thuris puluerizati. ʒ. iii. miſce. Sint iſta cõnumerãda ſatis de vnguẽtis & cerotis quæ vlceribus appropriata ſunt. Et licet q̃plura dicta incidẽtaliter tamẽ in de vnguẽtis mercurialibus viſa ſunt. Vere id nõ abſq; ratione factũ arbitrãdũ eſt. Cũ nõnulli ad pauca reſpicientes aſſerant curationẽ verã & ratione cõprobatã iam dictorũ malignorũ vlcerum vnguẽtis mercurialibus minime fieri poſſe. Nec ea vnguẽta ĩ humano corpore canonice admiſtrari debere. Qua de re vt p̃fata & alia clariꝰ elucident.

Querẽdũ erit & p̃mo, vtrũ vnguẽta mercurialia pro curãda diſpoſitione iã dicta & aliis in humano corpore adminiſtrari habeãt? Pro quo dicẽdũ, ꝙ ſic cũ Galenus, Auicẽna, Meſue, cæteriſq; talibus vſi fuerint, indieſq; cõmunis medicorũ cœtus vtat̃ ẽt, & hoc inunctis pulſibus pro curãda ſcabie. Et ſi dicatur, ꝙ in cõpoſitione vnguẽtorũ pro curanda ſcabie, Mercurius nõ ingreditur, neq; adminiſtratur in tãta doſi, quẽadmodũ adminiſtrat̃ in vnguẽtis pro curãdis vlceribus p̃fatis, in q̃bus doſis mercurii ſatis adaucta eſt. Dicẽdũ ꝙ ſicut non eſt ꝑportio ęqualis inter ſcabiẽ & hãc ęgritudinẽ vlceroſam cũ hęc ęgritudo ſit ſęua, & vltima, & mali modi, ſic nõ debet eẽ æqualis ꝑportio mercurii in vnguẽto qđ adminiſtratur ad ſcabiẽ, & in vnguẽto quod adminiſtratur ad iã dictã ægritudinẽ. Vltima quidẽ ſeu fortis ęgritudo, fortibꝰ ſeu vltimis ĩdiget adiutoriis ꝑ ſui cura.

Quæratur ſecundo, vnde eſt quod vnguẽta mercurialia curant ſcabiem, & præhabitam ægritudinem, inunctis pulſibus tantũmodo? Dicẽdum ꝙ curant ſcabiem & præhabitam ægritudinem, euacuãdo materiam antecedentem eorum ſicuti dicitur a maioribus noſtris de vnguẽto experto ad ſcabiem, ipſius Meſue.

Quæratur tertio, ꝓpter quid eſt, & vnde hoc accidat ex talibus vnguētis talis euacuatio fieri eo mō quo dicitur? Dicēdū, ꝙ irritādo ſua qualitate expulſiuā morborū principaliū, fit talis euacuatio. Iunguntur. n. partes valde, & ſumme principalibus allegatæ neruis, arteriis, & venis magnis mediātibus. Sicuti dicitur de vnguēto arthanite Meſue ꝙ expulſiuam inteſtinorū ſtimulādo & irritando euacuat.

Quæratur quarto, vtrū linimento iā dicto ꝗcūꝗ ægritudo de repletione curari poſſet? Quū per nos tot & tanta de eius virtute & operatiōe dicta ſint. Dicēdū quod ſic, dūmodo virtus ſit fortis, & ægritudo non acuta, nec cum malis accidentibus in aliquo tempore ſui proximi complicata. Et hoc ideo cum de facili infirmus in tēpore īfeſtationis accidētium, & in principio paroxiſmorū deficere poſſet, Natura a tot & tantis infeſtata. (Nonne vnuſquiſꝗ magis ſe vno inimico notabiliter ledente poteſt ſe defendere ꝙ̄ a pluribus?)

Quæratur quinto, vtrū mēbra principalia ex tali linitione ledantur? Dicendū ꝙ nō læduntur lęſione qua nō corrigi ac rectificari poſſit, quū cauſa poſſit abſcindi & remoueri, quia ſe tenens ab extrinſeco. Nec nō quū poſſint applicari per intus & extra principalia membra vigorātia & cōfortantia. Et adhuc natura a ſuperfluitatibus exonerata nō deficit poſtea in neceſſariis, qa maxime in vigoratione principalium. Et ſicuti dictum eſt remiſſe ledūtur, Quū mercurii qualitas ſatis ſit refracta & conſolata? Si quis diligentiſſime compoſitionem noſtram inſpexerit. Vti dicitur de ſcamonia ī electuario ſucci ro. coloquintida, helleboro, agarico, turbit in aliis.

Quæratur ſexto, vtrū tale medicamen veneno ſitate participet? Dicendū quod ſic, refracta tamē,

Digitized by Google

Quæraſ ſeptimo, vñ eſt qđ a talibus vlcerationibus abſoluti, poſt aliqđ tp̄s, vtputa p annū, de nouo in vlcerationes incurrūt: Dicēdū qđ nō obſeruato debito regimine, in ſex rebus nō naturalibus, multiplicatiſq; ſuperfluitatibus, & ſuperueniēte iterū cā ab extrinſeco, tales iterū in vlcerationes incurrunt, ſicuti accidit in aliis ægritudinibus pticuluribus, vt pleuriſi. Et vniuerſalibus, vt febre. Cognitū.n.ē experimento talem morbum eſſe contagioſum.

Quæraſ octauo, vñ eſt qđ in aliqbus caſibus curatio reddiſ mēdoſa: nā illa vlcera vidētur qſi exiccari & in breui tpe reſcindi. Dicēdū qđ cōtingit ex iis v3 qđ nō facta fuerit euacuatio cōpleta & ſufficiēs, ſed in cōpleta & diminuta, qa diminuta fcā fuit illinitio, ſeu qđ forte ifirm⁹ expoſuit ſe frigido aeri in tpe euacuatiōis, vñ materiæ añcedētes obturatis porroſitatib⁹ & cōſtipatis, nō potuerūt exalaſ & expirati, qre dlegate ad locū dbilē fuerūt cā recidiuæ.

Quæriſ nono, vtrū inueniātur alia medicamina ſimilē qlitatē habētia, ita qđ ex eorū approximatione ad mēbra, inducāt talē euacuationem: Dicēdū q ſic, nō tñ a natura p̄fati medicaminis denudata valde, vt ſuffumigia q lā adminiſtratio vſitata culpari poterit, & cauſam cōſidera. Pertrāſit ſiquidē ſubtiliata ſubſtātia ingredientiū ſuffumigii cōpoſitionē, immediate ſuper principalia & eius deſeruientia.

Quæraſ decimo, vtrū vnguētis mercurialibus eo modo quo dicitur vtēdū ſit: cōſtitutū.n. eſt q nullo modo talia vnguēta ſuper principalibus applicāda ſint, & cū irritādo naturā mēbrorum principalium, irritatio talis nō poſſit fieri, niſi virtus ipſius cadat ſuper principalia, igitur nō vtēdum eis eo modo vtendum eſt. Dicendū q ſi cadūt ſuper mēbra principalia, remiſſe tamen cadunt extremis partibus inunctis, &

Digitized by Google

ſic virtus eorum ad principalia remiſſe accedit.

Quærat̃ vndecimo, vtrũ ſit euacuãdũ repente & multũ queadmodũ faciũt vnguẽta mercurialia, vt q̃ plures verbo vno aſſeruere? Talis.n. euacuatio fallax eſt & naturæ inimica. Paulatina vero certa & vera. Dicẽdũ ꝙ talis euacuatio nõ eſt repẽtina, q̃re nõ eſt fallax nec naturæ inimica. Fit.n. talis euacuatio actiõe naturę potẽtiã ĩ materiã hñtis vt ſupponitur, & non medicinæ. Si nãq; fieret actione medicinæ, tunc repentina & multa euacuatio eſſet fallax & naturæ inimica.

Quęratur duodecimo, vtrum huius ægritudinis vlceroſæ, & maxime cum dolore, vigilia complicatæ, negligenda ſeu differenda ſit curatio? Dicendũ quod non, Nam dolore infeſtante, vigiliaq;, & ægritudine (vt compertum eſt) contagioſa exiſtente, indies totum corpus corrupta, maligna, ſeu venenoſa & ad euacuationem inobediente ſuperflua materia inficitur, humores exacuuntur, innaturalis ſiccitas adducitur. Et ſic totum corpus diſſolutum & cõſumptum redditur. Hæc & quantula & qualiacũq; ſint, pro virili noſtri ingenioli, vt noſtrorum deſiderio ſcholaſticorum ſatiſfaceremur, ædidimus, quibus ſi hæc haud ingrata fore cognouerimus, licet credimus pro iunioribus vtilia, nos ad maiora cœlis fauentibus accingemur. Vale medicorum decus ac mi optime fautor.

FINIS.

Digitized by Google

LIBELLVS DE VLCERIBVS continet duos tractatus.

Tractatus primus eſt theorica pars, quatuor habens capitula.

Eſt prologus, in quo proponitur intentio libri, & diuiſio eius. Cap. I.

Docet inueſtigare quæ, & quot ſint impedientia cō ſolidationem vlcerum. Cap. II.

Oſtendit, quonam modo præfata conſolidationem impediant. Cap. III.

Eſt de ſignis eorum, quæ conſolidationem impediunt. Cap. IIII.

Tractatus ſecundus, eſt pars practica curationis vlcerum exteriorum. XVII. habens capitula.

De regulis & modis generalibus curationis vlcerum. Cap. I.

De cura forme vlcerum fiſtularis. Cap. II.

De cura ſaniei ſubtilis. Cap. III.

De cura ſaniei groſſæ & viſcoſæ. Cap. IIII.

De cura qualitatis ſaniei acutæ, & corrodẽtis tam per ſe q̃ per accidens. Cap. V.

De cura ſanguinis peccantis. Cap. VI.

De cura malæ cōplexionis p̄tis vlceratę. Cap. VII.

De cura doloris. Cap. VIII.

De cura ſuperflui fluxus ſanguinis. Cap. IX.

De cura apoſtematis. Cap. X.

De cura oſtracatæ carnis ſeu calloſæ. Cap. XI.

De cura carnis mollis. Cap. XII.

De cura carnis ſupfluę & ſupadditę. Cap. XIII.

De cura ſerpiginis ſiue pruriginis. Cap. XIIII.

De cura corroſionis. Cap. XV.

De cura putrefactionis. Cap. XVI.

De cura corruptionis oſſium. Cap. XVII.

Digitized by Google

LIBELLVS DE VNGVENTIS continet ſeptem capitula.

Eſt prologus in quo ponitur intentio libri. Cap. I.
Continet quot & quæ ſint vnguenta, quæ ſunt in communi practicantium vſu in vniuerſali & ſub quadam ſumma. Cap. II.
In quo continetur de vnguẽtis defenſiuis. Cap. III.
In quo tractatur de vnguẽtis digeſtiuis. Cap. IIII.
In quo tractat̃ de vnguẽtis mũdificatiuis. Cap. V.
In quo tractatur de vnguẽtis capitalibus. Cap. VI.
In quo tractat̃ de vnguẽtis mercurialibus. Ca. VII.

ANTONII SACCI
Parmeñ. artium ad medicinæ Doctoris.

Ordine q̃ pulchro, mira & breuitate ſecundum
Angelicum hoc quæſo conſpice lector opus.
Hoc duce membrorum ſanantur vulnera ſæua
Horrida quo, ſcabies & metuenda fugit.
Hoc locus, ordo, via, & modus, & medicamina tp̃s
Noſcitur, & quicquid poſtulat ipſa ſalus.
Ergo opus hoc doctus legitetq; indoctus, & errent
Nec timeant, curas Angelus ipſe docet.

Venetiis per Ioãnem Patauinum & Venturinum de Ruffinellis. Anno domini M D XXXV.

Digitized by Google



Digitized by Google